PSALMI

ANNOTATIONE PERPETUA

ILLUSTRATI

AB

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERO

THEOL. DOCT. ET LINGG. OO. IN ACADEM. LIPS. P. O.

VOLUMEN PRIMUM.

EDITIO SECUNDA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

LIPSIAE

SUMTIBUS IOH. AMBROS. BARTHII

MDCCCXXI.

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERI

THEOL. DOCT. ET LINGG. OO. IN ACADEM. LIPS. P. O.

SCHOLIA

IN

VETUS TESTAMENTUM

PARTIS QUARTAE

PSALMOS CONTINENTIS

VOLUMEN PRIMUM.

EDITIO SECUNDA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

LIPSIAE

SUMTIBUS IOH. AMBROS. BARTHII

MDCCCXXI.

PRAEFATIO.

In tanta, qua jam abundamus, multitudine Verſionum, Commentariorum, Obſervationum, atque omne genus ſcriptionum, quibus tam antiquitatis, quam noſtrae aetatis docti homines Pſalmos illuſtrarunt, ſane optandum erat, ut exiſteret tandem aliquis, qui, quae ab illis docte et utiliter annotata eſſent, deligeret, interpretationumque diverſitates potiores, quasque ad ſuos auctores et fontes relatas, ac in certum ordinem redactas, non recenſeret tantummodo, et ita omnium, qui-

bus locum aliquem explicare licuerit, rationum, conſpectum quaſi quendam redderet, verum expenderet etiam ac ponderaret; atque haec quidem omnia ita inſtitueret, ut ſimul et ipſe in ſingulorum verborum totiusque orationis ſenſum grammaticum, non paſſim et deſultorie, ſed conſtanti et aequabili ratione ita inquireret, ut cum fructu, et in plerisque ſaltem locis, ſine gravis cujusdam erroris periculo, uti poſſent labore ſuo Hebraearum literarum ſtudioſi ii, quibus ſuo ipſorum ingenio quaelibet perluſtrandi, et examinandi, et aliunde colligendi, nec tempus ſuppeteret, nec occaſio, nec doctrina. Et tale quidem ut eſſet hoc ipſum opus, quod jam molior, non optaſſe me tantum, ſed omni opera et ſtudio meo anniſum eſſe, nolo diſſimulare ipſe; num vero in eodem conſilio perficiendo non plane infeliciter opera mea proceſſerit, penes alios jam ſit judicare.

Interpretes vero quod attinet, quorum laboribus in hoc opere uſus ſum minime in iis, qui noſtra aetate Pſalmos illuſtrarunt, conſulendis acquieſcendum putavi; ſed praeter eos praeſtantiſſimos quoque ex antiquio-

quioribus, qui hodie ſere neglecti jacent, adhibui, ex iisque, quicquid apud ipſos vel ad confirmandam rationem noſtram, vel ad aliam quandam ſtabiliendam utiliter disputatum reperirem, enotavi, in meosque commentarios transſcripſi, indicatis tamen ubique nominibus eorum, quibus obſervatio aut interpretatio aliqua debeatur. Nolo autem enumerandis ac recenſendis omnibus illorum commentariis lectorem ſtatim in operis limine morari, praeſertim quum plenior et uberior eorum notitia in promtuario, quod inſtruere cepimus, Literaturae Biblicae a nobis danda ſit. Nunc tres tantummodo ex illis ſuperioris aetatis interpretibus, quorum frequentius a nobis mentionem factam lectores reperient, nominaſſe ſufficiat: ESROMUM RUDINGERUM *), qui omni liberali doctrina atque

*) Ejus liber ita inſcribitur: *Libri Pſalmorum Paraphraſis Latina, quae oratione ſoluta breviter exponit ſententias ſingulorum, ex optimorum interpretum veterum et recentiorum rationibus. Addita ſunt Argumenta ſingulorum Pſalmorum, Et redduntur rationes paraphraſeos, Aſperſis alicubi certorum locorum explicatiunculis. Excepta omnia e Scholis* ESROMI RUDINGERI, *in ludo literario Fratrum Boemicorum Evanzizii in Moravis, et nunc primum edita.* Quinque Partibus, Gorlicii, 1580. 1581. in qua-

atque eruditione ſuorum temporum Theologos pleroſque longe ſuperavit, et maxime in inquirendis Pſalmorum argumentis et tempori-

quaternis. Summis laudibus hunc Rudingeri laborem extollit I. A. ERNESTI in *Narratione Critica de Interpretatione Prophetiarum Meſſianarum in Eccleſia Chriſtiana*, Lipſ. 1769. p. XXIV. ubi, inter alia (in *Opuſcc. Theologg.* p. 522.): „Paraphraſis, inquit, eſt elegante latinitate ſcripta, quae intelligi ab unoquoque poſſit, et ſenſum hebraicorum verborum, quem ipſe crederet eſſe, planiſſime exprimit. In προϑεωρίαις explicat argumentum Pſalmi, inprimisque hiſtoriam cujusque ſuppeditat, ut ad intelligendum conferri poſſit, in quo ſe interdum conjecturam ſequutum eſſe non negat: fuitque profecto primus, qui hiſtoriam Pſalmorum univerſorum indagare et perſcribere inſtituerit. —— In notis dum rationem paraphraſeos reddit, explicat ſententias verborum ex hebraei ſermonis indole, in quo ſe dicit uſum optimis ex veteribus et recentioribus interpretibus, unde quale hoc opus ſit, quod a viro linguarum mortuarum recte et ad bene intelligendum et explicandum tractandarum peritiſſimo elaboratum ſit, facile intelligi poteſt.“ *Rudingeri* vitam uberiore narratione expoſuit G. T. STROBEL in libro, quem inſcripſit: *Neue Beyträge zur Literatur, beſonders des ſechszehenden Jahrhunderts.* P. II. Norimberg. 1791. p. 5—78. quam narrationem doctis additamentis nuper auxit et ſupplevit IO. FRIEDER. KOEHLER, Eccleſ. Tauchenſis Diacon., in libro, cui titulum fecit: *Beyträge zur Ergänzung der deutſchen Litteratur- und Kunſtgeſchichte*, P. I. Lipſ. 1792. p. 162 ſeqq., ex quo praeter alia didicimus, Rudingerum molitum eſſe ſecundam Pſalmorum ſuorum editionem, quos in Epiſtola ad Bersmannum (p. 199. l. c.) ipſe dicit ita *recognoviſſe, correxiſſe, auxiſſe, ut novus liber haberi poſſit*; quae editio tamen lucem non vidit.

poribus operam utilissimam collocavit; MARTINUM BUCERUM*), qui subacto ingenio, atque acri et subtili judicio omnibus fere suae aetatis interpretibus antecelluit; ANTONIUM denique AGELLIUM**), eruditissimum et sagacis-

*) Is edidit sub ARETII FELINI, Theologi, nomine, S. *Psalmorum Libros Quinque ad Ebraicam veritatem versos, et familiari explanatione elucidatos*, Argentorati, 1526. in forma max., tum ibid. 1529. in quaternis, qua editione nos usi sumus, postea saepius tam Argentorati, quam Genevae, quae Genevenses tamen editiones interpolatae sunt. Buceri librum multis commendavit RICH. SIMON in *Biblioth. Crit.* (quam gallica lingua, ficti *Sainjorii* nomine scripsit) Paris. 1708. T. III. p. 257., nec non I. A. ERNESTI l. c., qui *eruditum ac rarum* hoc opus vocat.

**) Ejus *Commentarii in Psalmos et in divini officii Cantica* prodierunt primo Romae 1606., tum Coloniae 1607. denique Paris. 1611. in forma max. (quam editionem nos usurpavimus.) Dixit de hoc Commentario, quem ignorabat, cum Criticam scriberet, RICH. SIMON in *Epistolis Selectis* (*Lettres Choisies*, Amsterdam, 1730. in octon.) P. I. Epist. XXXVI. p. 311., nec non I. A. ERNESTI l. c. p. XXIX. „Fuit ille, inquit, hebraice graeceque doctissimus, versatusque excellenter in Scriptis Doctorum Ecclesiae veteris, in primis Graecae, nec modo editis, sed etiam ineditis. Is igitur in plerosque libros Propheticos scripsit Commentarios, quorum major pars, ut in Esaiam, Danielem, et Prophetas minores latet inedita in Bibliotheca Pontificia Romae (vid. *Le Long* Bibl. S. p. 598.), imperfecta, ut opinor. Editos autem habemus quatuor, e quibus nos eos cognovimus habemusque in manibus, qui sunt in Psalmos cum ceteris canticis, ut Mosis etc. et in Habacucum, sed hic

gacissimum virum, quem potissimum in versionis Graecae Alexandrinae atque Latinae Vulgatae rationibus explicandis feliciorem aliis versatum esse deprehendi. Haud minimam praeterea diligentiam impendi interpretum Hebraeorum Commentariis excutiendis, qui quamvis infelicibus, imo haud raro absonis interpretamentis minime careant, tamen, quum illis hominibus linguae hebraeae longe familior, quam nostratibus, esset usus, plura continent, quae bene ac utiliter observata sunt, atque a posterioribus saepe neglecta; id quod inprimis de KIMCHII atque ABEN-ESRAE Scholiis intelligi velim. Accedit, quod illi interpretes non paucas interpretationes a majoribus inde ab antiquissimis temporibus acceptas religiose servarunt, quae jam hoc nomine dignae sunt, ut perpendantur. Prae ceteris vero IARCHIUM in hujusmodi interpretationibus commemorandis dili-

hic brevior est, eruditus tamen; *ille* admodum copiosus et eruditus, sive Criticam spectes, quam bene et circumspecte tractat, allatis etiam lectionibus Codd. scriptorum, sive interpretationem ipsam. Inprimisque plenus est Excerptis e Commentariis Graecorum ineditis tunc, quibusdam et nunc."

diligentem comperi; ac multa ſunt in Hieronymi Commentariis, quae aſſerit ſe didiciſſe a Iudaeis, quae etiamnum apud Iarchium reperiuntur. Quod vero Hebraeorum illorum interpretum obſervationes ſuis ipſorum verbis, atque lingua ipſorum vernacula adduxi, id duplici conſilio feci; *primo* ut certior eſſet operis noſtri uſus, dum cuique facultas redderetur examinandi, verba Hebraeorum interpretum num recte a nobis accepta fuerint, quod non ubique ita facile eſt, quum ſaepe ſtylo illi utantur obſcuro atque nimis conciſo; *deinde* ut ii, qui in legendis Rabbinorum libris minus ſunt exercitati, locorum illorum verſionem noſtram cum Hebraeis conferendo adſueſcant ſenſim illorum ſtylo et ſcribendi modo, atque ita Hebraeorum commentarios ſine verſione intelligendi facultatem adipiſcantur; id quod eo magis utile exiſtimavimus, quod plerique juvenes, dum in ſtadio Academico decurrunt, neſcio qua difficultate, quam ſibi imaginantur ſuperari non poſſe, a ſcriptorum Talmudicorum et Rabbinicorum lectione deterreantur, quae tamen quam neceſſaria ſit ei, qui

Novi

Novi Foederis Codicem recte intelligere cupiat, ac propriis oculis quidquam in eo videre velit, nemini non eſt notum.

Interea, Lector humaniſſime, hisce noſtris laboribus utere, noſtrisque ſtudiis fave. Dabam in Academia Lipſienſi, d. XIII. April. MDCCXCVIII.

PRO-

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

Carminum, quae in hoc volumine continentur, origo.

In eorum, quos ut ſacros et divinos Hebraei venerantur, librorum corpore, volumen quoque extat carminum, per multa et varia argumenta decurrentium, atque a pluribus auctoribus, diverſisque temporibus editorum. Eorum tamen partem ſatis magnam a Davide, aliisque, qui huic aequales eſſent, originem ducere, docent ſingulorum tum inſcriptiones, tum argumenta. Sed res videri poſſit paene incredibilis, inter eum populum, qui poſt longas et multas per ſolitudines vagationes, poſt acerba et calamitoſa bella externa et domeſtica, vix certas et quiëtas ſedes nactus, modo in civium ſocietatem coaluerat, inter talem, inquam, populum, literarum et artium plane rudem, extitiſſe carminum tam multorum, tam gravium, tam excellentium conditores. Unde illa, quam in iis admirantur omnes, rerum divinarum et humanarum ſcientia cognitioque? unde elaborata carmis ratio, ſententiarum gravitas, orationis poëticae ornatus et ubertas?

Circumſpicientibus vero nobis, qua ratione et diſciplina tot ac talia ingenia excitata fuerint, atque expolita, *Vatum* [1]) illa occurrunt *Collegia*, a Samuele vel primum inſtituta, vel certe inſtaurata [2]). Quae quidem *Oratorum* fuiſſe et *Cantorum*, ſive, qui antiquiſſimis temporibus ab his diverſi non eſſent, *Poetarum*, coetus et ludos, intelligimus tum ex ipſo Hebraeo *Nabi* nomine, tum ex his, quae in veterum Hebraeorum annalibus de illis prodita legimus. Dicitur vero *Nabi* primo quidem omnis, *qui verba ore profert* [3]); ſed prae-

1) Hoc enim Latinum nomen Hebraici נָבִיא vim optime videtur exprimere: utrumque a *fando* derivatum (de Hebraeo vid. mox not. 3. de Latino GESNERI *Theſaurum Lat. Ling.* ſub voce *Vates*), utrumque deſignat eum, qui *canit verſus* vel *futura*.

2) Ante Samuelis tempora ſaltem earum mentio occurrit nulla.

3) Quod quidem cognoſcitur ex Arabico نَبَأَ 1) *eminuit*, editus, elatus fuit; hinc 2) tranſitive, *produxit*, protulit, veluti terra plantas. Ita in carminis cuiusdam particula, ab ACHMEDE *Arabſiada* in *Hiſtor. Timuri* (Tom. II. pag. 426. edit. Manger.) producta dicitur: الروض تنبي بالورود, *pratum roſas profert*. Inde eadem translatione, quae in pluribus aliis linguis obſervatur, atque in ipſa Hebraea in alio verbo, נִשָּׂא, adhibetur ad *prolata ore verba*, quare ſaepe, *narravit*, *annunciavit* ſignificat, ut συνωνυμον أخبر. Sic in *Hiſtor.*

praesertim ille, qui, quaecunque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et composite, et ornate, et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate [4]). Jam quia inter priscos homines quae quis doceret, moneret, suaderet, carmine proferri solebant, sive oratione certis numeris et modis adstricta [5]) (solent enim quaecunque metrice composita sunt, aures animosque magis capere, memoriae firmius inhaerere, mentique altius insigi, quam quae soluta oratione proferuntur), cum quadam etiam vocis sonique modulatione, quae cantui proxima esset; factum est, ut nomen נביא, quemadmodum verbum נבא, transferretur quoque ad eos, qui carmina pangere, eaque, voce fidibus iuncta, ad citharae et lyrae so-

stor. Timuri T. I. pag. 8. de Mohammede dicitur: اخبر عن السرّ المصون ونباء بما كان في الازل *Renunciavit de arcano abscondito, et narravit, quod ab omni aeternitate contigit.* Et eadem illa pagina nomen تنبيعة de *narratione*, historia, usurpatur.

4) Testes sunt Iesaias, Ieremias, Hoseas, et quotquot, *Prophetarum* nomine noti, orationes coram multitudine olim habitas literis mandatas reliquerunt.

5) Qua quidem ipsa Vatum illa Hebraeorum monumenta concepta sunt omnia.

ſonum decantare ſolerent [6]). Atque in hac arte ſeſe exercuiſſe, cui Samuel praeerat, נביאים coetum, docent, quae in Samuelis hiſtoria legimus [7]). Vates poſtquam Saulum regem inunxiſſet, ei novi muneris varia omina praedicit, ubi inter alia plura, *Poſthaec*, inquit, *venies ad collem Dei, ubi ſunt Philiſthaeorum praeſidia. Oppidum ingreſſus occurres choro vatum, qui de ſacello deſcendentes praeeunte nablio, tympano, tibia et cithara carmina ſacra canent* [8]); *hic furore divino correptus et ipſe una cum illis carmina dices.* Similis locus alius occurrit in eadem hac hiſtoria [9]). Saul manifeſtum fece-

6) Eum verbi נִבָּא uſum manifeſte docet locus 1 Chron. XXV, 1. ſeqq. *Selegerunt quoque David et principes coetus ad miniſterium ſacrum poſteros Aſaphi, Hemanis et Ieduthunis*, הַנִּבְּאִים בְּכִנֹּרוֹת בִּנְבָלִים וּבִמְצִלְתָּיִם *qui carmina ſacra canebant adhibitis citharis, nabliis et tympanis.* Iterum de Aſapho repetitur in Verſu ſequente, qui הַנִּבָּא עַל־יְדֵי הַמֶּלֶךְ *moderante rege canebat.* Atque in verſu tertio de Ieduthunis filiis, qui patri ſuberant בַּכִּנּוֹר הַנִּבָּא עַל־הוֹדוֹת וְהַלֵּל לַיהוָה *cithara canenti ad laudandum celebrandumque Iehovam.* Hinc *Miriam*, Aaronis ſoror, Exod. XV, 20. נְבִיאָה, *cantatrix*, vocatur. Cf. A. F. PFEIFFERI librum vernacule ſcriptum de *Veterum Hebraeorum Muſica*, p. XVIII.

7) 1 Sam. X, 5.

8) יֹרְדִים מֵהַבָּמָה וְלִפְנֵיהֶם נֵבֶל וְתֹף וְחָלִיל וְכִנּוֹר וְהֵמָּה מִתְנַבְּאִים׃

9) 1 Sam. XIX, 19. 20.

ſecerat conſilium ſuum de Davide occidendo. David, de eo certior factus, fugit Ramam ad Samuelem, qui cum eo ad aediculas [10]), in quibus illi, qui Samuelis diſciplina utebantur, coniunctim habitabant [11]), ſe recepit. Saul vero, reverentia Samuelis a propoſito non deterritus, *Ramam miſit nuncios, qui Davidem caperent. Sed hi, cum viderent vatum coetum, carmina canentium, quibus Samuel praeerat, ipſi quoque impetu extraordinario correpti canebant* [12]). Hi vero nuntii, cum ſemel iterum et tertium fruſtrarentur expectationem Saulis, ipſe tandem Saul eorum preſſit veſtigia, pari ſucceſſu. Ipſe enim, eodem loci delatus, cum ceteris fertur ceciniſſe [13]).

Ne-

10) Hebr. נָיוֹת, quod praecipue de *habitationibus ruſticis* dicitur, veluti de caulis paſtorum, cum pecoribus per paſcua errantium, 2 Sam. VII, 8. 1 Chron. XVII, 7. Ezech. XXXIV, 14.

11) Quod apparet ex 2 Reg. VI, 1. ſeqq.

12) וַיַּרְא אֶת־לַהֲקַת הַנְּבִיאִים נִבְּאִים וּשְׁמוּאֵל עֹמֵד נִצָּב עֲלֵיהֶם וַתְּהִי עַל־מַלְאֲכֵי שָׁאוּל רוּחַ אֱלֹהִים וַיִּתְנַבְּאוּ גַּם־הֵמָּה׃

13) De *Vatum* Hebraeorum *Collegiis* ſubtiliter et copioſe disſeruit I. C. C. NACHTIGAL, in ſingulari commentatione, quae inſcribitur: *Ueber Samuels Sängerverſammlung oder Prophetenſchule,* inſerta *dem Magazin für Exegeſe, Religionsphiloſophie und Kirchengeſchichte,* Henkii cura inſtructo, Tom. VI. Faſc. I. p. 38. Eamdemque auctor praepoſuit Pſalmis a ſe vernacule redditis, quibus hunc fecit titulum: *Pſalmen geſungen vor Davids*

Neque ſi ad iſtarum aetatum rationem, iſtorumque hominum vitam et neceſſitatem animum advertamus, *quo conſilio* vatum illa et cantorum collegia fuerint inſtituta, facile obſcurum eſſe poteſt. Aſpera cultu et agreſtis Hebraeorum gens ad manſuetiorem et humaniorem vitae ac morum cultum adducenda erat, rudes et impolitae mentes ſenſu recti, veri, atque honeſti imbuendae. Quae vero illis temporibus morum fingendorum, animorum regendorum, et ad pietatem ac virtutem firmandorum ratio ac diſciplina eſſe poterat certior et melior, quam quae *carmine* et *cantu* fieret? Quanta enim numerorum fuerit atque muſices vis apud antiquiſſimos populos ad inhibendos animorum impetus, aut ad magnam virtutem inflammandos, nemo ignorat. Ut de Orpheo HORATIUS [14]:

Sylveſtres homines ſacer, interpresque Deorum,
Caedibus et victu ſaevo deterruit Orpheus.

Hinc factum, quod inter omnes populos, qui non ab alio populo victore vel victo cultum humanitatis acceperunt, ſapientiae ac doctrinae omnis primordia a *carmine* profecta ſunt, et

vids Thronbeſteigung, oder in Beziehung auf ſeine frühere Lebensperiode. Halle, 1797. 8.

14) *De arte Poetica* vſ. 390.

et proficifci debuere. Ita qui primi vagantibus paffim Graeciae populis certas fedes melioremque vitae cultum attulere, carmine id eos perfeciffe, pervulgatum eft; quaecunque vitae morumque praecepta et inftituta traderentur, quae leges condendis civitatibus fcriberentur, quae religiones fancirentur, carmine ad citharam aut lyram cani folitas. Quare poetae inter populos prifcos, quorum quidem memoria ad nos pervenit, tantum non omnes, legum, morum, humanitatisque magiftri [15]) vitaeque melioris auctores erant, atque

15) Exemplum fuppeditat ATHENAEUS *Deipnofophift.* L. I. p. 14. edit. Cafaub. Σώφρον δὲ τε ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ Κλυταιμνήστρᾳ φύλακα καὶ παραινετῆρα τινά· ὃς πρῶτον μὲν ἀρετὰς γυναικῶν διερχόμενος ἐνέβαλλε τινὰ φιλοτιμίαν εἰς καλοκαγαθίαν, εἶτα διατριβὴν παρέχων ἡδεῖαν ἀπεπλάνα τὴν διάνοιαν φαύλων ἐπινοιῶν· διὸ Αἴγισθος οὐ πρότερον διέφθειρε τὴν γυναῖκα, πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκτεῖναι ἐν νήσῳ ἐρήμῃ. Τοιοῦτος ἐστὶ καὶ ὁ παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν ἀείδων ἀνάγκῃ, ὃς τοὺς ἐφεδρεύοντας τῇ Πηνελόπῃ ἐβδελλύττετο. *Fuit autem eo feculo modeftum cantorum genus, et philofophica prorfus morum integritate. Quamobrem uxori Clytemneftrae cantorem Agamemnon relinquit monitorem et cuftodem, qui primum fane laudes foeminarum profequeretur, exemploque illarum honefti ac recti defiderium excitaret, deinde fuae confuetudinis ac praefentiae jucunditate ab improbis cogitationibus mentem averteret. Itaque non prius Clytemneftram Aegifthus ftupravit, quam in infula deferta quadam cantorem occidiffet. Ejusmodi fuit et qui apud procos invitus coactusque necef-*

que etiamnum ſunt inter populos parum excultos, et eodem, quo illi, culturae gradu conſtitutos. Tantum igitur carminum amorem et ſtudium quum ſuae aetatis hominibus Samuel inſitum intelligeret, tantam muſices et cantus in animos vim; quis non videt, prudenter omnino illum ac ſapienter civium ſuorum animis formandis proſpexiſſe, cum juvenum quandam lectiſſimorum ſocietatem ſibi adjungeret, qui rerum divinarum cognitione artiumque humanarum diſciplina ab ipſo imbuti, in pangendis cantandisque carminibus occupati eſſent, et talibus quidem, quae, in conventibus religioſis atque inter feſtas hilaritates ad muſicorum modorum concentum canenda, vel ſummi numinis laudem celebrarent, vel vitae morumque praecepta traderent, vel, cum ſinguli poetae ſuos ipſorum triſtes aut laetos caſus verſibus perſequerentur, his etiam de divina cura et inſpectione rerum humanarum, de vindicta et ultione ſcelerum monita interſpergerent? Hujusmodi autem carmina quum hoc Pſalmorum volumen comprehendat, nonne recte eorum origines atque auctores in illis Vatum Collegiis quaeramus? Davidem certe, a quo magna horum carminum pars edita

neceſſitate canens inſidiantes illos caſtitati Penelopes execrabatur.

ta eſt, illorum ſtudiorum conſortem fuiſſe, credibile facit et arcta inter ipſum et Samuelem conjunctio, et carminum, quae fudit, copia et praeſtantia, et opera denique, quam inſtaurandae atque emendandae Muſicae Sacrae impendit [16]). Nec eſt, cur dubitemus, reliquorum etiam carminum auctores, quorum nomina plerumque interierunt, eidem illi, quam Samuel moderabatur, cantorum et poëtarum ſocietati junctos fuiſſe [17]).

16) Poëſin illum et Muſicen eo jam tempore excoluiſſe, cum adoleſcens paſtoritiam in paternis laribus vitam adhuc ageret, inde apparet, quod cum citharoedus Sauli quaereretur, qui fidium pulſu ferocientem animum demulceret, praeſtantior haud alius in omni populo deprehenderetur, quam David, 1 Sam. XVI, 16. ſeq.

[17) Verum illa Vatum collegia etſi non parum contulerint ad poëſin ſacram apud Hebraeos inde a Samuelis et Davidis temporibus excolendam, tamen in illis Pſalmorum originem non unice quaerendam eſſe, ſed altius repetenda eſſe poëſeos lyricae apud Hebraeos efflоreſcentis initia, quum jam Moſis aetate poëſeos cum muſica connubii veſtigium deprehendamus (Exod. XV, 20. 21.), nec deſint poëmatum hebraicorum ad lyricum genus prope accedentium monumenta, Moſaicis et proximis dehinc temporibus a Pentateuchi librique Judicum auctoribus attributa, quae ſeriori aevo aſſignare cauto critico plures rationes disſuadent, vere monuerunt E. G. BENGEL in Diſſert. *ad introductionis in librum Pſalmorum ſupplementa quaedam* exhibente, Tubing. 1806. in quat., atque DE WETTE in Prolegomenis ſuo in Pſalmos Commentario praemiſſis §. II., adſtipulante BERTHOLDTO *Einl. in die Schriften d. a. u. n. Teſtam.* Vol. V. P. *I.* §. 457.]

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

Quibus temporibus, et a quibus auctoribus Psalmi sint editi.

Explosa jamdudum est ejectaque Patrum Rabbinorumque sententia, esse carmina, quae in hoc volumine continentur, omnia et singula a Davide concinnata. Neque longa refutatione digna illa videtur, quum non inscriptiones tantum, sed, quod majus est, argumentorum etiam stylique diversitas, diversa tempora diversosque auctores manifeste prodant. Nec impedit Apostolorum, Davidem speciatim laudantium auctoritas, quo minus ita statuamus, quum satis notum sit, ejus nomine universam horum carminum syllogen ita dictam esse, quod primum locum inter Psalmos ii obtinebant, quorum Davides auctor fuerat, quemadmodum Psalmorum nomine universum *Hagiographorum* volumen vocatum est [1]). Age vero, tempora et auctores, quibus haec carmina vel inscriptionibus assignantur, vel edita esse, probabili conjectura colligi potest, nunc perlustrabimus. De *ordine* autem, quo scripta

1) Cf. LIGHTFOOT ad Luc. XXIV, 44.

pta ſint, et collocanda ſingula, poſt expoſitas conjecturas noſtras de ſingulis, atque ita poſt finem explicationis omnium, aptius erit et commodius a nobis differendum.

I) Mosi carmen *nonageſimum* tribuit Hebraea inſcriptio, et ad eundem ipſum auctorem Talmudici referunt decem, quae illud proxime ſequuntur, carmina, propterea quod illis alius auctoris nomen non eſt praeſcriptum [2]), quod quam nihil valeat, in promtu eſt examinare cuique ac res ipſa demonſtrat. Nonageſimum vero illud carmen quod attinet, ut nihil habet, quod Moſe ſit indignum, aut illi non congruat, ita rurſus nihil ei ineſt, quod Moſaicis rebus et temporibus ita ſit proprium, ut non ab alio quovis auctore, aut quovis alio tempore concinnatum eſſe poſſit: que-

2) Ita HIERONYMUS quoque in Epiſt. CXXXIX. ad Cyprianum, p. 388. edit. Plantin. *Hanc habet Scriptura ſancta conſuetudinem, ut omnes Pſalmi, qui, cujus ſint, titulum non habent, iis deputentur, quorum in prioribus Pſalmis nomina continentur.* Idem quoque de his carminibus jam olim ſenſit ORIGENES in *Selectt. in Pſalmos* (Opp. Tom. II. edit. Benedict. pag. 574.) ex traditione Iuilli, Patriarchae Iudaeorum, atque hinc Hieronymus *Octogeſimum, inquit, nonum Pſalmum, qui ſcribitur: Oratio Moyſis hominis Dei, et reliquos undecim, qui non habent titulos, ſecundum Huilli expoſitionem ejusdem Moyſi putat. nec dedignatur, hebraeam ſcripturam interpretans per ſingula loca, quid hebraeis videatur, inſerere.* Lib. I. adverſ. Ruffin. Cap. III. p. 235.

queritur enim de generis humani miſeriis, ac potiſſimum de vitae humanae fugacitate. Sed de hac re ſuo loco quaeretur.

Antiquiora igitur hoc volumen carmina continebit nulla

II) Davidicis temporibus, quibus longe pleraque erunt aſſignanda. Horum vero plurimis

1) *Davidis* praeſcriptum eſt nomen in libris Hebraicis hodiernis, LXXI. videlicet, ſed in verſione Alexandrina undecim aliis etiam. In his tamen reperiuntur non pauca, quae a Davide minime poſſunt eſſe confecta, ut omnia ea, in quibus exſilii Babylonici, deſolati templi, reditus ex terris exteris, aliarumque rerum, quae ad Davidis tempora referri nequeunt, mentio manifeſta eſt facta. Rurſus magna carminum pars, quibus nec Davidis, nec ullius omnino auctoris inſcriptum eſt nomen, ita eſt comparata, ut a nemine facile dubitari poſſit, quin a Davide ſint confecta. Non ſolum enim ſtylus conſpirat, ſed quae in ipſo carmine interdum occurrunt, ita ſe habent, ut ad alia tempora prorſus referri nequeant. Sed prorſus rejicienda eſt ſententia eorum, qui Davidi tribuenda cenſent omnia ea carmina, quibus poetae nomen praeſcriptum eſt nullum. Argumento utuntur potiſſimum hoc, quod tam in Annalium epitome

me [3]) Pſalmi ἀδεσποτοὶ, *nonageſimus ſextus*, et *centeſimus quintus*, quam in Novi Foederis codice Pſalmus *ſecundus* [4]) et *nonageſimus quintus* [5]), itidem nullis auctorum nominibus inſigniti, Davidi auctori aſſignantur. Verum quod ex Chronicorum libro petitur teſtimonium, ita comparatum eſt, ut hic in cenſum venire prorſus nequeat. Non integra enim carmina excitat auctor τῶν Paralip. quisquis ille fuerit, ſed imperfecta tantum fragmenta, et memoria inſuper infida adeo, ut comma octavum Pſalmi nonageſimi quinti cum initio Pſalmi vigeſimi noni permutaverit, ob ſententiarum affinitatem. Sed ex verſiculo ſeptimo Cap. XVII. libri primi Chronicorum, Aſaphus et ſocii non minore jure horum carminum auctores credi poſſunt, quam Davides. Quod ad teſtimonia e Novo Teſtamento petita attinet, his quoque parum auctoritatis hac in re tribui poteſt, quum notiſſimum ſit, Apoſtolos ſaepe ex ſententia apud Judaeos recepta Veteris Teſtamenti oracula excitare. Itaque carmina ἀνώνυμα ab auctoribus valde diverſis erunt perſcripta, quorum quum ignorarent nomina, qui diſperſa haec carmina collegerunt, memoria eorum

3) 1 Chron. XVI, 7. ſeqq.

4) Actor. IV, 25.

5) Hebr. IV, 7.

eorum oblivione ſepulta eſt. Alii Davidis eſſe videntur ex his Pſalmis, alii Aſaphi, alii temporibus longe poſterioribus compoſiti.

2) Carminibus duodecim *Aſaphi* nomen praeſcriptum eſt. Plures vero quum extiterint illo nomine appellati [6], is, qui titulos his carminibus praefixit, Aſaphum haud dubie intellexit, Berachiae filium, Levitam [7], cantorum Davidicorum praefectum muſicesque moderatorem [8], quem tamen et carmina edidiſſe, colligitur inde, quod Hiskias rex Iovam carminibus a Davide et Aſapho compoſitis jubet celebrandum [9], quo ipſo loco Aſaphus praeterea *ſapiens* [10] dicitur. Verum *quinquageſimum* carmen ſi excipias, cetera omnia [11] ab illo Aſapho, qui Davidis temporibus floruit, nequaquam poſſunt eſſe conſignata, alia enim de Chaldaeorum queruntur imperio, deque templi urbisque ſubverſione, alia de Aſſyriorum ſtrage triumphum canunt, de quibus omnibus ſuo loco videbimus.

3) *He-*

6) Vid. SIMONIS *Onomaſtic.* p. 406.
7) 1 Chron. VI, 24. XV, 17.
8) 1 Chron. XVI, 4. 5.
9) 2 Chron. XXIX, 30.
10) חֹזֶה, propr. *videns.*
11) LXXIII—LXXXIII.

3) *Hemanis Esrachitae* nomen praefixum est Psalmo *octogesimo octavo*. Quum autem secundum genealogias in Annalium libris *duo* fuerint huius nominis viri celebres, alter [12]) e posteris *Serachi*, filii Iudae, Patriarchae [13]), alter *Levita*, e Cahatitis, atque Samuelis prophetae e filio Ioele nepos [14]), qui cum sociis, Asapho, et Ieduthune, sacrae musicae a Davide praefectus fuit [15]); perquam ambigitur, horum utrum designaverit is, qui titulos praefixit. Quia vero noster *Esrachita* dicitur, quemadmodum *Ethan* in Psalmi, qui proxime sequitur, limine; nihil sane probabilius videri possit, quam hosce Esrachitas eosdem fuisse cum Serachi filiis, Iudae posteris. Sed illud ipsum, *Esrachitam* [16]) esse nomen patronymicum a *Seracho*, valde dubium est, quum *Aleph* huiusmodi nominibus nusquam alias praefixum reperiatur. Quare alii Hemanem *Esrachitam* nominatum putant a patre *Esrach*, ut hic Heman prorsus diversus sit a duo-

12) 1 Chron. II, 4. 6. cuius et fratrum propter sapientiam honorifica quoque mentio fit 1 Reg. V, 11.

13) Genes. XXXVIII, 30. XLVI, 12.

14) 1 Chron. VI, 18. seqq. XV, 27.

15) 1 Chron. XXV, 1. coll. 2 Chron. XXIX, 30.

16) אֶזְרָחִי.

duobus illis, antea commemoratis; alii vero Hemanem, Levitam, Davidicorum Muſicorum praefectum intelligunt, ut *Eſrachita* non *familiam*, ſed *patriam* indicet. Quisquis autem fuerit Heman ille, quem is, qui titulos praeſcripſit, intelligendum voluit, hoc certum videtur, eſſe carmen ipſum in exilio ſcriptum, qua de re ſuo loco inquiremus.

4) Eadem ſententiarum diverſitas eſt de eo, cui Carmen *octogeſimum nonum* aſſignatur, *Ethane*, quem plerique quidem eundem exiſtimant cum Ethane Levita [17]), nec diverſum a *Ieduthune*, qui una cum Hemane inter chori muſici a Davide inſtituti moderatores appellatur [18]). Sed quum in carminis inſcriptione Ethani illi cognomen *Eſrachitae* inditum ſit, alii eum diverſum putant a Davidico illo. De quo tamen cognomine diximus modo antea. Videtur vero et hoc carmen Babylonicis potius quam Davidicis temporibus congruere.

5) *Samuelis* quoque, aliorumque poetarum ab ipſo inſtitutorum, carmina huic volumini ineſſe, licet nulli nomina eorum ſint praeſcripta, Nachtigalii coniectura eſt minime im-

17) 1 Chron. VI, 29—32.

18) 1 Chron. XXV, 1.

improbabilis [19]. Verum ſingula carmina quibus ſint aſſignanda, hodie fruſtra quaerimus.

III) Ex SALOMONICIS temporibus plura nobis ſupereſſe carmina, vix eſt, quod dubitemus. Atque Salomon quidem ipſe quinque carminum millia compoſuiſſe fertur [20]. Sed hodie eius nomen duobus tantummodo carminibus praeſcriptum legitur [21], quae tamen eum magis ſpectant, quam ab ipſo compoſita eſſe videntur. Ad Salomonica tempora praeterea referenda ſunt quadrageſimum ſeptimum, et centeſimum trigeſimum ſecundum, quorum hoc in templi Salomonici conſecratione, illud in arcae in templum introductione, nec non, ex quorundam ſententia, ſecundum, quod in Salomonis regis inauguratione decantatum eſſe volunt [22].

IV) Ex REGUM autem, qui Salomonem ſequuti ſunt, omnium, temporibus, non reperio quos cui tribuam praeter *Ioſaphatum*, cui in periculis Ammoniticis illis quaeratur, an tribui poſſint carmen *octogeſimum tertium* cum

19) Atque *Samueli* quidem ipſi ex coniectura aſſignandum putat Pſalm. XC. XIX, 8 15. CIII, 1—18. CXLV. I. CXII., aliis vero illius diſciplinae alumnis XCI. XCV. CXI. CXXXIX. Vid. Nachtigalii Pſalmorum verſio ad Cap. I. laud. p. 37.

20) 1 Reg. IV, 32. (al. V, 12.)

21) LXXII. et CXXVII.

22) Vid. Argument. Pſalmi II.

octogeſimo quinto. Inter epinicia vero victoriae, ab illo tunc reportatae referenda fuerint carmen *quadrageſimum ſextum* atque *quadrageſimum octavum.*

V) Inde iam magno ſaltu transilimus ad EXILII tempora, ad quae haud exiguus horum carminum numerus referendus videtur. Inter ea praecipuum locum tenent, quae a *Corahitis*, inſcriptionibus iubentibus, decantanda erant [23]). Et carmen *centeſimum trigeſimum ſeptimum* conteſtationem continet doloris, quem in exilio exulantes a loco templi et patriae pertulerint, unde non tam *Ieremiae* erit aſſignandum (ut in verſione Alexandrina factum eſt), qui quidem Babylonem non eſt abductus, quam alii potius cuidam Iſraelitarum, ibi degentium.

VI) Nec pauca carmina ad tempora revertentis e terris Perſicis populi Iſraelitici ſunt referenda, ex his manifeſte *centeſimum ſecundum* atque *centeſimum vigeſimum ſextum*, quae inter ipſa initia reſtaurationis templi et urbis videntur cantata eſſe. Templo autem ſecundo exſtructo, et conſecrationi huius arcaeque introductioni, et primi cultus ibi temporibus, multo plura ſortaſſe horum car-

23) Veluti Pſalm. LXXXIV. LXXXV. LXXXVII. Cf. EICHHORNII *Iſagog.* P. III. p. 409. not., et Argument. noſtr. ad Pſ. XLII.

carminum sunt facta, quam nunc vulgo creditur. Atque *Haggaeo* ac *Zachariae* in graeca versione tribuuntur carmina quaedam [24]), quibus in Hebraeis libris nullum praescriptum est nomen.

VII) Sunt etiam carmina, quae MACHABAICIS temporibus facta putantur a quibusdam interpretibus [25]). Nec est, cur dubitemus fuisse iis temporibus priscorum carminum assiduo studio, eorumque continua cantione plura ingenia excitata, ut et ipsa ad illorum imitationem carmina, in sacris publice decantanda, concinnarent. Quae vero et qualia illa fuerint, suo loco et tempore videbimus.

24) Ps. CXXXVIII. CXLV. CXLVI. CXLVII.

25) Ut a Rudingero Ps. I. (vid. Argument. nostr.), XLIV, LXIX. XLVI. CVIII. Ab Herrmanno vonder-Hardt Ps. CXIX., a Venema Ps. LXXXV. XCIII, CVIII. Psalmorum seriem non adeo parvam Maccabaeorum temporibus assignandam esse, statuit Bengel in Dissertat. in Not. 17. ad Cap. I. laud. p. 16. sequ., et principem fere in iis carminibus locum vindicaverit Psalmis LXXIV. LXXVI. et LXXXIII.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

De Pſalmorum collectione, partitione et numero.

Davidem tum, quum ſacrum cultum ordinaret et cantorum collegium inſtitueret, carminum etiam, quae in ſacris conventibus atque celebritatibus cantanda eſſent, collectionem quandam feciſſe, multorum conjectura eſt non improbabilis. Iam quum poſt carmen illud, quod hodie *ſeptuageſimo ſecundo* loco eſt poſitum, ſcriptum ſit, *finiri* illo *Davidis carmina* [1]); opinio eſt ſatis pervulgata, ea ſeptuaginta carmina effeciſſe ipſam illam a Davide collectam ſyllogen. Cui ſententiae potiſſimum obſtat, quod plura inter illa carmina deprehenduntur, in quibus manifeſta ſerioris Davide aetatis indicia occurrunt [2]). Nec facile credi poteſt, a Davide carmen decimum quartum bis receptum [3]), aut ſeptuageſimum adjectum fuiſſe, quum aliquot quadrageſimi com-

1) כָּלּוּ תְפִלּוֹת דָּוִד בֶּן־יִשָׁי.

2) E. c. Pſ. II. vid. Argument. p. 24. Pſ. XLVIII. LXVI. LI. com. 20. 21. LIII. com. 7.

3) Altera vice Pſ. LIII. efficit.

commata contineat. Probabilior EICHHORNII videtur conjectura [4]), volumen carminum *septuaginta duorum* primum ex collectionibus hominum privatorum, in quorum manibus minora carminum Davidis aliorumque poetarum ſyntagmata fuerint, originem duxiſſe, quae tandem in unum corpus eſſent redacta. Quod ipſum tamen poſt exſtructum demum templum ſecundum factum eſſe crediderim, quo tempore, quae ex vetuſtate ſupereſſent, carmina, denuo recenſita, atque, quum in ſacris publice eſſent decantanda, recentioribus illis temporibus ſubinde accommodata eſſe videntur; cujus rei exemplum deprehendiſſe putamus in carmine *quarto decimo* [5]). Quae noſtra conjectura ſi vera eſt, reliqua carminum pars multo ſerius erit addita. Huic vero parti poſteriori quamvis priſca quaedam carmina, poſt abſolutam priorem illam collectionem reperta, inſerta eſſe non negaverim; longe pleraque tamen vel proxime ante exilii tempora, vel in ipſo exilio, vel denique poſt reditum ex eo, temploque ſacrisque reſtitutis eſſe facta, vix dubitari poteſt. Quae quum ita ſint, non ante

te

4) *Iſagog. ad V. T.* P. III. p. 421. ſeqq. edit. ſec.

5) Vid. Argument. Simile prorſus exemplum videmus in Pſ. LI., cujus commata duo ultima vel in ipſo exilio, vel proxime poſt reditum ex eo addita eſſe, ſuo loco probabimus.

te *Machabaica* tempora altera illa carminum pars priori ſubjuncta fuerit.

Hodie in libris Maſoreticis univerſum Pſalmorum volumen in *quinque* libros distributum eſt, quorum cuique finis ibi conſtituitur, ubi carmen in *Amen Amen*, vel in *Amen Halleluiah* deſinit. Ut itaque *primus* liber carmine XLI., *ſecundus* LXXII., *tertius* LXXXIX., *quartus* CVI., *quintus* CL. finiat. Quae dividendi ratio, quamvis jam Hieronymi temporibus fuerit recepta [6]), tamen minime ita vetus eſſe poteſt, ut Iudaeorum fert opinio, qui vel ad ipſum Davidem, vel certe ad Eſram illam referunt. Cauſam quidem illius diviſionis pleri-

6) Ita enim in Epiſt. CXXXIV. ad *Sophronium: ſcio,* inquit, *quosdam putare Pſalterium in quinque libros eſſe diviſum, ut ubicunque apud LXX. Interpp. ſcriptum eſt: γένοιτο, γένοιτο, id eſt, fiat, fiat, finis librorum ſit; pro quo in Hebraeo legitur, Amen, Amen. Nos autem Hebraeorum auctoritatem ſequuti, et maxime Apoſtolorum, qui ſemper in Novo Teſtamento Pſalmorum librum nominant, unum aſſerimus Pſalmorum volumen.* Spectat ad Luc. XX, 42. et Act. I, 20. Idem Hieronymus in Epiſt. CXXXIX. ad Cyprianum: *Aiunt Hebraei, uno Pſalmorum volumine quinque libros contineri, a priori usque ad quadrageſimum, a quadrageſimo usque ad ſeptuageſimum primum; et a ſeptuageſimo ſecundo usque ad octogeſimum octavum, et ab octogeſimo nono, qui quarti libri initium eſt, usque ad centeſimum quintum, et a centeſimo ſexto, usque ad finem, inſtar duodecim prophetarum, qui et ipſi, quum proprios libros ediderint, unius voluminis nomine continentur.*

plerique putant fuiffe hanc, quod Pentateucho affimilare Pfalterium Judaeis placuerit [7]). Aliis vero et quinque partium illarum inaequalitas, et Pfalmorum, qui in fingulis continentur, ratio ipfa, arguere videtur, partitionis iftius originem repetendam effe a totidem diverfis carminum collectionibus, quae ordine, quo paulatim funt factae, fe excipiant. Omnino ut ita ftatuamus, res ipfa fuadere videtur; de ratione tamen fingulorum illorum fyntagmatum, et quibus temporibus fint facta, nil certi definiri poterit [8]).

In fingulorum carminum divifione ac numero libri Hebraici hodie non plane confentiunt. Pfalmus *primus* in quibusdam codicibus *fecundo* jungitur, ut, qui in libris typis exfcriptis *tertius* numeretur, fit *fecundus.* Item carmen, quod nobis eft *quadragefimum tertium*, in nonnullis libris manufcriptis jungitur illi, quod proxime praeceffit, ut, quod in plerisque fit *quadragefimum quartum*, in illis

7) Ita jam Epiphanius *de mensuris et ponderibus* §. 5. *Opp.* T. II. p. 162. *Τό ψαλτήριον διεῖλον εἰς πέντε βιβλία οἱ Ἑβραῖοι ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλην πεντάτευχον. Pfalterium in quinque libros partiuntur Hebraei, nova ut indidem Pentateuchus oriatur,* quod pluribus deinceps perfequitur.

8) Varias variorum de hac re conjecturas diligenter recenfuit examinavitque BERTHOLDTUS *Einleit.* Vol. V. P. I. §. 466. feqq. p. 2009. feqq.

lis ſit *quadrageſimum ſecundum* [9]. Ita eadem numerandi ratio obtinet ad Pſ. CXVII. qui iterum Pſalmo antecedenti junctus eſt, ut qui nobis eſt CXVIII. in Mſs. ſit CXV. A quinto vero Pſalmi CXVIII. verſiculo novum carmen incipit, atque ab hoc inde commate in illis Mſs. numeratur Pſ. CXVI., ut qui nobis eſt CL. ibi ſit CXLVIII. Carmen, quod nobis eſt CXVIII., in nonnullis libris manuſcriptis in tres partes diſtribuitur. Magna quidem harum varietatum pars recentiorum temporum librariis eſt tribuenda, et iis praecipue, qui numeros addiderunt; hos enim ſaepiſſime ab iis, qui ipſum textum exararunt, diverſos fuiſſe, Mſs. libri teſtes ſunt. Accidit hoc praecipue in codicibus στιχηρῶς deſcriptis, ubi quae ſingulis carminibus intercedunt interſtitia, parum nonnumquam obſervata ſunt. At ab antiquiſſimis inde temporibus hunc diſſenſum in libris regnaſſe, clarius demonſtrant antiquae verſiones. Pſalmus *ſecundus* pro *primo* in Graecis libris olim habitus fuit. Et hodie in Graecis libris longe plerisque, cum quibus Vulgata Latina conſentit, a Pſalmo X. usque ad Pſ.

CXLVII.

9) Vid. *Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carminum Libri V. Ex Codd. Mſs. et antiquis verſionibus accurate recenſuit et commentariis illuſtravit* IOA. AUG. STARK Vol. I. (*Prolegomena continens*) P. II. p. 437.

CXLVII. ea est ab Ebraeis numerandi discrepantia, ut IX. et X. in unum sint conjuncti, et qui nobis est XI., Graecis et Latinis sit X., et sic porro, usque ad Ps. CXLVII., quem rursus in duos distribuerunt, ut CL. Psalmorum numerum integrum servarent. Praeterea Graeci et Latini Psalmum nobis CXV. jungunt cum CXIV. ut isti junctim constituant ipsis Psalmum CXIII. Hinc Psalmus nobis CXVI. ipsis est CXIV., ubi binario numero dissident ab Ebraeo. Sed mox in ordinem redeunt, Psalmum CXVI. in duos partiendo, et a commate 10. Psalmum novum, ipsis CXV. incipiendo, atque ita Psalmus sequens, nobis CXVII. ipsis est CXVI. [10]. At nec haec numerandi ratio in omnibus Codd. est recepta [11]. In Hebraicis vero libris hodie saepenumero carmina diversa a librariis juncta esse, et rursus alia perperam divisa et separata, jam observavit Eichhornius [12], et nos ipsi exemplum vidimus in carmine undevigesimo.

10) Pluribus haec persequitur SIXTIN. AMAMA *Anti-Barbari Biblici* Lib. III. ad Ps. X. p. 448. Haec vero observasse ex re est Patrum scripta legentium, apud quos illa ipsa supputatio, ab Hebraica recedens, servatur.

11) Vid. STARKII Davidis aliorumque Poett. Hebr. Carmin. Vol. I. P. II. p. 440.

12) In *Isagoge ad V. T.* P. III. p. 443. not.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

De Pſalmorum inſcriptionibus.

Pſalmis longe plerisque tituli [1]) ſunt praeſcripti, qui *vel* perſonas deſignant, tum auctorum [2]), tum, quibus commiſſi ſunt, cantorum [3]), tum eorum quoque, in quorum gratia ſunt conſcripti [4]); *vel* res et facta indicant, quibus poetae ad carmina componenda excitati fuerint [5]); *vel* argumenta ſingulorum carminum declarant [6]); *vel* denique docent, quae muſices et cantionis ratio in iis decantandis fuerit adhibenda [7]). De quorum titulorum fide

1) Pſalmi ἀνεπίγραφοι viginti quinque ſunt (I. II. X. XXIV. XXXIII. XLIII. LXXI. XCI. XCIII. XCIV. XCV. XCVI. XCVII. XCIX. CIV. CV. CVII. CXIV. CXV. CXVI. CXVII. CXVIII. CXIX. CXXXVI. CXXXVII.), quorum quemque Iudaei מזמורא יתומא, *Pſalmum orphanum*, vocant in Talmud. Cod. עבודה זרה.

2) Ut in Pſ. IV. V. VI. VII. VIII. IX.

3) IV. V. VI. VIII. IX.

4) LXXII. CII.

5) VII. LIX. XXXIV. LXIII.

6) תְּפִלָּה Pſ. XVII. LXXXVI. תּוֹדָה, Pſ. C. תְּהִלָּה Pſ. CXLV.

7) IV. V. VI. LIV. LV. al.

fide tamen et auctoritate, magna femper fuit fententiarum varietas atque discrepantia. Alii enim omnes Pfalmorum titulos fine omni discrimine refpuendos effe arbitrantur, quum quae in textu Hebraico leguntur, a recentioribus Iudaeis, feu iis, qui Pfalmos collegerunt, fint adpofita, quae Graeca vero, Arabica, Syriaca, et vetus Latina verfio habet, pro interpretum lubitu adfcripta fint [8]). Alii contra omnes infcriptiones, Graecas non minus atque Hebraicas pro genuinis et fide dignis habent, ut plurimi Patrum, qui eandem Graecae verfioni reverentiam exhibuerunt, quam ipfis fontibus Hebraeis folemus. Alii denique Hebraicas tantum infcriptiones recipiunt, et ab ipfis Pfalmorum auctoribus profectas effe credunt [9]), rejectis omnibus, quae in

8) Cf. GEORG. IO. LUD. VOGELII Differtat. *Infcriptiones Pfalmorum ferius demum additas videri.* Halae, 1767.

9) Maximo momento aeftimandas effe Hebraicas Pfalmorum infcriptiones ftatuit Bengel Differtat. laud. p. 18., antiquitati potiffimum infcriptionum *Pfalmis LXXII. prioribus* praefixarum, non parum auctoritatis inde accedere ratus, quod verfiones Alexandrina et Vulgata cum textu Hebraeo in ipfis his titulis conftantiffime confentiant, et Davidis certe nomen in Hebraeo appofitum ne femel quidem omittant. Ex omnibus omnino Pfalmis, quibus in textu Hebraeo titulus, auctorem occafionemque indicaturus, praefit, *perpaucos* enotari poffe arbitratur, *qui infcriptioni fibi praefectae ipfi adverfentur.* Sed

in Graeca, Arabica et Syriaca translatione leguntur. His denique adnumerandi ſunt, qui licet ab ipſis Pſalmorum auctoribus inſcriptiones profectas eſſe non credant, ab Eſra tamen et Nehemia carminibus illas adſcriptas exiſtimant. At quamvis mire diverſae ſint hae opiniones, nulla tamen earum eſt, quae argumentis haud prorſus contemnendis non inſtructa ſit, nulla adeo falſa eſt, quin veritatis particulam aliquam habeat [10]). Atque ab ipſis quidem Pſalmorum auctoribus titulos praeſcriptos eſſe, ex poetarum orientalium conſuetudine perquam ſit veriſimile. Hi enim in carminis limine poetae nomen, atque interdum quoque tempus, quo carmen dictum eſt, ponere ſolent. Ita poſt قال Arabes, et Syri poſt ܐܡܪ, quod poematis plerumque initium eſt, nomen poetae indicant. Idem quoque Hebraeis mos fuiſſe videtur. Prophetarum vaticiniis, quae poëmata eſſe, nemo dubitat, longe

Sed cf. quae monuit BERTHOLDT *Einleit.* §. 462. p. 1978. ſeqq.

10) Sequimur in hac disputatione potiſſimum I. A. STARKIUM, qui in libro ad Cap. anteced. aliquoties laudato p. 411. ſeqq. de omni hac re doctius et ſubtilius diſſeruit, quam alii ante ipſum. Conſentit quoque cum eo EICHHORN in *Iſag.* in V. T. P. III. p. 429. ſeqq.

ge plerisque nomen vatis et tempus, quo dictum est, praefixum reperies. Idem factum est in carmine triumphali Exod. XV., Hymno Mosis Deuteron. XXXI, 30. XXXII, 1. XXXIII, 1., in Carmine Deborae, Iudic. V, 1. Atque quorundam Psalmorum titulos genuinos esse, vix dubitari potest. Eadem inscriptio, quae Psalmo XVIII. praefixa est, legitur quoque 2 Sam. XXII, 2. Quaedam etiam horum carminum ita sunt comparata, ut ea ipso illo tempore, cujus inscriptio mentionem facit, composita esse, ex ipso carminis argumento pateat, etiamsi nulla inscriptio praefixa foret. Sic Psalmus tertius cum historia Davidis, cum filius patrem regno spoliaret, conspirat, ut vix dubium esse possit, quin iis temporibus dictus sit, etiamsi nullam eius rei inscriptio mentionem faceret. Idem valet de Graecis et Syriacis inscriptionibus, qui ita interdum sunt comparata, ut de earum αὐθεντία neutiquam sit dubitandum. Quare minime probandi videntur, qui sine omni discrimine omnes inscriptiones, Hebraicas, Graecas, Syriacas, repudiandas iudicant. Neque tamen omnes veteres uno eodemque modo de Psalmorum titulis sensisse, certum est. Syri novas saepenumero inscriptiones effinxerunt, rejectis priscis illis, quas Hebraicus textus et Graeca Alexandrina

versio

verſio exhibet [11]). Nec exigua earum pars, quae in Bibliis Polyglottis expreſſae, inſipidas fabulas, et allegoricas myſticasque explicationes, ex Patrum ſcriptis petitas, ſapit. In quibusdam vero libris manuſcriptis omnes omnino tituli deſunt, et Davidis tantum nomen carminibus inſcriptum eſt, iis quoque, quae aliis poetis tribuuntur in libris Hebraicis, quod de iis praecipue codicibus valet, qui eccleſiaſtico uſui a librariis deſtinati fuerunt. Ex quibus ſatis patet, non tantam auctoritatem Hebraicis inſcriptionibus Syros tribuiſſe, et cujusque arbitrio relictum fuiſſe, quem ſenſum, quamque explicationem carmini accommodare velit. THEODORETUS non omnes promiſcue inſcriptiones accipit, ut in Graecis et Hebraicis libris leguntur, ſed probe Graecas ab Hebraicis discernit, illasque tanquam ſpurias et adulterinas rejicit, quae in Graecis tantum inveniuntur, ab Hebraicis vero exemplaribus abſunt. Ac Theodoreti quidem veſtigia plerique ex noſtris Theologis olim ſecuti ſunt, ex praejudicatis illis de librorum Hebraicorum ἀκριβείᾳ et integritate opinionibus. Ut enim e Graecis multae a librariis et interpretibus additae

11) Sic Pſ. III. Syriaca verſio exhibet: ܐܬܐܡܪ ܠܕܘܝܕ ܥܠ ܛܒܬܐ ܕܥܬܝܕܢ *carmen dictum eſt a Davide de bonis futuris.*

ditae ſunt, ita quoque ex Hebraicis nonnullas manifeſto falſas eſſe, vidimus ſupra in Capite ſecundo. Quae quum ita ſint, non dubito, STARKII accedere ſententiae, omnibus Pſalmis ab initio auctoris nomen, et interdum quoque tempus, quo ſint dicta, praeſcriptum fuiſſe, ex Poetarum Arabicorum et Syriacorum, etiam Hebraeorum, ut ſupra vidimus, conſuetudine. Quae autem muſicam modulationem, et inſtrumentum, quo canendum erat carmen, in inſcriptione tangunt, ab iis profecta videntur, qui haec carmina diverſis temporibus ſacris publicis accommodarunt. Ita 2 Sam. XXII., ubi Pſalmus XVIII. relatus eſt, nulla τοῦ מנצח in titulo mentio occurrit. Quod ipſum tamen cauſa eſſe potuit, ut antiquiorum inſcriptionum, quae auctoris nomen, carminisque argumentum et tempus commemorarunt, plures vel mutilarentur, vel prorſus interirent. Hanc lacunam reſarcire cupientes, qui diverſis temporibus haec carmina collegerunt, utut eorum ferebat opinio, inſcriptiones addiderunt, non ſemper habita ratione librorum Mſs. et carminum ipſorum indole; nec paucae commentatoribus, librariis, quid quod ipſis lectoribus tribuendae videntur, quorum arbitrio ea ſaepe addita eſt inſcriptio, quae ipſis commodiſſima eſſe videretur. Probant hoc Graeci, Syriaci, Arabici, Latini Codices, nec hi tantum, ſed

ipſi quoque interdum Hebraici. Exemplum luculentum Starkius affert Codicem XXXII. Sorbonicum, in quo interdum ad marginem, a poſtera licet manu, argumentum notatum eſt, e Rabbinorum ſcholiis petitum. Sic ad Pſalmum XI. notatum eſt: על כהני נוב *De ſacerdotibus Nob*, de quibus Vs. 2. verba ישרי לב in gloſſa explicantur. Item ad Pſalmum XIV. notatum eſt: נבוכדנצר *De Nebucadnezare*. Eſt nempe in ſcholio primi commatis: דוד נתנבא נבוכדנצר שעתיד, *Vaticinatus eſt David de Nebucadnezare, qui futurus erat.* Pſ. XVII. in margine legitur: על בחשבע *De Bathſeba*, ex Rabbinorum interpretatione Vs. 3. Eiusmodi autem figmenta quam facile in ipſum textum irrepere potuerint, praeſertim ubi vera inſcriptio excidit, non neceſſe eſt demonſtrare. Hinc vero ſimul intelligitur, qui factum ſit, ut nonnullae harum inſcriptionum cum carminis argumento minime conſpirent, et auctorem indicent, a quo niſi ubi vaticinia in ſubſidium vocare velis, carmen compoſitum eſſe prorſus non potuit. Neque omnes itaque, quae in libris Hebraicis leguntur, inſcriptiones, temere rejiciendae, neque omnes ſine discrimine recipiendae erunt; ſed, criſi atque ſana interpretandi ratione duce, diſpiciendum, quae ab ipſis poetis ſint profectae, quaeque a poſtera manu additae.

Reſtat,

Restat, ut eas dictiones, quae plurium carminum titulis communes sunt, recenseamus atque illustremus; ubi literarum ordinem servabimus, utpote illis, qui harum rerum explicationes quaerunt, commodissimum [12]).

12) Inter eos, qui titulorum Psalmorum interpretationi operam navarunt, praecipue nominandus est primo quidem CHRISTOPH. SONTAGIUS, cujus liber hanc gerit epigraphen: ראשי חלין *h. e. Tituli Psalmorum, in methodum anniversariam redacti, Diatribis LXVII. Philologo-Theologo-Practicis, variisque adeo qua Iudaeorum, qua Christianorum, qua veterum, qua recentiorum congestis ἑρμηνείαις, collectaneis Medraschicis, et versionibus praesertim antiquioribus; Targumica, Graeca, Vulgata, Syriaca etc. fideliter illustrati, et ad singula cum Dominicarum, tum Festivitatum praecipuarum Evangelia decenter accommodati, ea quidam lege, ut, subinde quodam habito delectu, in sacris ad populum sermonibus exordiorum instar esse possint.* Silusiae, 1687. in quaternis. Tum GUILELM. IRHOVIUS, qui edidit *Conjectanea Philologico-Critico-Theologica in Psalmorum Titulos*, Lugd. Batavor. 1728. in quaternis. Multa quoque, quae ad titulorum Psalmorum intelligentiam faciunt, reperies in A. F. PFEIFFERI libro de *veterum Hebraeorum re Musica (Ueber die Musik der alten Hebräer)*, Erlangae, 1779. in quatern. cum tab. aeri insculpta.

EXPLICATIO

DICTIONUM NONNULLARUM, IN PSALMORUM TITULIS FREQUENTIUS OBVIARUM.

א.

אַל־תַּשְׁחֵת, *Ne perdas*, quatuor Pſalmis praeſcriptum reperitur, LVII. LVIII. LIX. et LXXV. Qua dictione non pauci I) *Argumentum Carminis* exiſtimant ſignificari. Atque 1) alii quidem *generatim* verbis illis breviter indicari putant, oraſſe Davidem, ne ſe in discrimine ſummo poſitum, Deus peſſumdari ſineret, ut itaque illa carmina ſint *ἀποτροπαῖα καὶ ἀπευκτικὰ*, *malorum averruncandorum cauſa ſupplicia.* Quam ſententiam praeivit Chaldaeus, qui ſic reddit: עַל עָקְתָא בִּזְמַן דִי אֲמַר דָוִד לָא תְחַבֵּל *Propter anguſtiam, eo tempore, quo David dixit, ne perdas.* Quae interpretatio tamen parum convenit Pſalmo LXXV., qui vota populi continet pro liberatione ab hoſtis alicujus praepotentis imperio. Alii 2) verbis אַל־תַּשְׁחֵת breviter commemorari putant laudabile illud Davidis factum, qui, cum Abiſai Saulem, regem, dormientem inter-

terficere pararet, continuit eum his verbis, אַל־תַּשְׁחִיתֵהוּ *ne perdas eum,* 1 Sam. XXVI, 9. Verum ut taceam, hanc interpretationem Pfalmo LXXV. multo minus congruere, quam cujus antea mentionem fecimus, ne LVII. quidem Pfalmo et LIX. eft apta. Huic enim quum praeter verba אַל־תַּשְׁחֵת. etiam praenotatum fit: *cum a Saule ad necem quaereretur intra fuam ipfius domum claufus* (cf. 1 Sam. XIX, 11.), priori illi vero, *cum Saulem fugiens in fpelunca Adullamitica delitefceret* (1 Sam. XXII, 1.); patet, haec carmina fuiffe a Davide concinnata, priusquam verbis illis Abifaium a cruento propofito Saulem occidendi revocaret. Quae quum ita fint, tutiffimum videtur, dictionem illam II) de *initio carminis alicujus* interpretari, ad cujus modos carmina haec a Magiftro chori mufici fuerint cantanda. Ita iam ABEN-ESRA, qui in Scholiis Ebraicis notat: על נוע פיוט תחלתו אל תשחת*).

III)

*) Syros quoque canticis fuis facris praeponere folere prima verba eorum canticorum, ad quorum modulos illa fint canenda, obfervat STEPH. BORGIA *de Cruce Vatic.* (Rom. 1779. in quat.) Append. p. XLIII. „Quoniam," inquit, „Syri notas muficales non habent, faltem communiter, hinc vocem modulari folent in facris, quo fere pacto Itali, qui canunt, ut vulgo dicitur, *ad aria*, quae *ariae* (liceat fic loqui) Graecis *hirmi* dictae, funt penes eos regulae canendi. In codicibus propterea fub initium fingularum cantionum appofitae funt

III) Singularis eſt A. F. PFEIFFERI ſententia (in libro *de veterum Hebraeorum re muſica*, p. LVIII.), verba אַל־תַּשְׁחֵת eſſe cum nomine מִכְתָּם quod in Pſalmi LVII. LVIII. LIX. titulo ſequitur, ita coniungenda, ut totius inſcriptionis hic ſenſus ſit: *carmen Davidis, ne intereat,* ſive oblivione obruatur, *lapidi inſculptum*, ſic enim מִכְתָּם vertit. Hoc ipſum tamen vocabulum in Pſalmi LXXV. titulo non additum eſt.

ג

גִּתִּית, quod tribus Pſalmis VIII. LXXXI. LXXXIV.. praeſcriptum eſt, I) plerique pro *inſtrumenti muſici* nomine habent, ita tamen, ut de ejus ratione et origine valde diſſentiant. Atque alii quidem 1) inſtrumentum putant eſſe allatum ex urbe *Gath Rimmon* (quae a tribu Manaſſitica et Danitica familiae Cahathitarharum attributa legitur Ioſ. XXI, 24., unde gentile nomen in maſculina terminatione גִּתִּי, *Gitthaeus*, ut *Obed-Edom* vocatur 2 Sam. VI, 11., atque feminina גִּתִּית). Sic Paraphraſtes Chaldaeus: עַל כִּנּוֹרָא דְאַיְתֵי מִגַּת, *ad citharam,*

ſunt nonnullae voces pro norma canendi, et ab his tropariorum, ſeu Stropharum in ea ode canendarum conſequentia ac ſeries duci ſolet." Cf. librum noſtrum: *das alte u. neue Morgenland* P. IV. No. 800. p. 21.

ram, quam attulit e Gath. Quod ſequitur IARCHI ad Pſ. VIII. גתית כל זמר שבא מגת שם עשות. אומנים מצויים *Gitthith eſt Inſtrumentum Muſicum, allatum ex urbe Gath, ubi artifices erant, qui illa conficerent.* Quod ipſum praeplacet SONNTAGIO, *de Titulis Pſalmorum,* p. 423. §. 13. atque I. F. FISCHERO, qui in *Clavis Verſion. Graecar. V. T. Specim.* p. 37. eandem et Theodotionis mentem fuiſſe putat, qui Γετθιτες poſuit. Neque haec ſententia prorſus videtur repudianda eſſe. Nihil enim uſitatius eſt, quam inſtrumenta muſica nomen apud veteres ſortiri a loco, ubi primitus inventa, aut frequentiſſime tractata eſſent. Nota ſunt inſtrumenta *Lydia, Phrygia;* noti in Muſicis toni *Dorii, Lydii, Aeolici, Ionici.* Alii vero 2) nomen גִּתִּית referunt ad appellativum גַּת, *cupa,* in qua uvae pedibus conculcantur, *torcular,* in Plur. גִּתּוֹת. Discedunt tamen et hi invicem. Alii enim α) inſtrumentum aliquod muſicum ita appellatum exiſtimant, quod formam et ſpeciem torcularis quodammodo referret. Ita PETR. RAVANELLUS in *Biblioth. Sacra,* p. 676. Aliis eſt β) muſicum inſtrumentum, in gaudiis torcularium, ſive vindemiae uſitatum. Ad hanc claſſem referendus I. D. MICHAELIS in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. II. p. 382 ſeq. „Solebant, inquit, ſolentque adhuc, ab his, qui uvas calcant, laeta

laeta cantari cantica, atque ad ea greſſus attemperari; quid ſi גִּתִּית ſit inſtrumentum, ad quod haec cantica canebantur, vindemiae et calcationis tempori proprium? Iam duo ex Pſalmis ad גִּתִּית canendis, LXXXI. et LXXXIV. videntur mihi feſto tabernaculorum inſigniter aptiſ, quod Octobri medio vindemiam peractam ſequebatur, erantne ergo ad idem inſtrumentum canendi, ad quod calcabantur torcularia?" 3) IO. CHRISTOPH. HARENBERG Hebraeum גִּתִּית idem fuiſſe exiſtimat cum eo inſtrumento muſico, quod Graecis μαγὰς dicebatur, nullo alio argumento ductus, quam quod ſoni aliquam ſimilitudinem inter utrumque vocabulum deprehendiſſe ſibi viſus eſſet. Vid. *Miſcellan. Lipſ. Nova*, Vol. IX. P. II. p. 224 ſeq. Quod quam infeliciter excogitatum ſit, quam praeter literam γ vocabula illa nihil plane commune habeant, quisque intelliget ipſe, et ſatis oſtendit A. F. PFEIFFER de *Re Muſica veter. Hebr.* p. XXXII. Sunt vero non pauci, qui גִּתִּית nullius omnino inſtrumenti muſici nomen, ſed II) *Carminis argumentum* ea voce exiſtiment indicari, Quorum iterum alii 1) nomen *gentilitium* putant eſſe, ſed ab urbe *Philiſtheorum*, *Gath* (cuius ſaepe in libris hiſtoricis V. T. mentio fit, v. c. Ioſ. XI, 22. XIII, 3. 1 Sam. XVII, 4. XXI, 12. al.), ad quam Davides a Saule confugerat, vid. 1 Sam. XXI,

10.

10 seqq.; ut גִּתִּית vertendum sit, *Githtiticum* scil. carmen, quo significari putant vel tale, quod Davides, dum Gathae commemoraretur, composuerit, vel quod ea, quae illo tempore ipsi acciderent, caneret. Reperitur tamen in nullo illorum carminum quidquam, quod ad illa tempora referri possit. Taceo, illam dictionem non praescriptam esse Psalmis XXXIV. et LVI., quibus tamen, si illorum interpretum sententia vera esset, multo magis conveniebat, quam VIII. LXXXI. et LXXXIV. Aliorum conjecturas vid. in Ps. VIII. Argumento. 2) Qui vero a גַּת, *torculari*, גִּתִּית deductum opinantur, hoc vocabulo significari putant carmen vindemiae tempore cantari solitum, Vindemiantes enim tam inter ipsum vindemiandum, quam eo confecto hymnos decantasse, colligitur ex Iud. IX, 27. Iesaj. XVI, 8—10. Ierem. XLVIII, 33. Quemadmodum et Graecis apud torcularia ὕμνους ἐπιληνίους decantatos docet ANACREON, Od. LII.

Μόνον ἄρσενες πατοῦσι
Σταφυλὴν, λύοντες οἶνον,
Μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες
Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις.

Viri tantum calcant
Uvam, vinum exprimentes,
Multum Deum laudantes
Hymnis in torcularibus cani solitis.

Prae-

Praeivit hanc ſententiam de Hebraeo גִּתִּית Alexandrinus interpres, qui ὑπὲρ τῶν ληνῶν, *de torcularibus*, reddidit, comprobavitque LUTHERUS, IRHOVIUS, de *Titulis Pſalmor.* p. 89., atque PFEIFFERUS de *Muſica Hebr.* p. XXXIII. Quo minus tamen ego calculum huic ſententiae addam, me impedit, quod credam, eum, qui titulos illis carminibus praefixit, ſi ad *torcularia* ea canenda eſſe ſignificare voluiſſet, poſuiſſe potius הַגִּתּוֹת, quam הַגִּתִּית. — Ceterum extat IOH. BEN. CARPZOVII *Obſervat. Philolog. ſuper Pſalmos tres* הגתית, Helmſtad. 1758. quam tamen ipſe nunquam vidi.

ה

הִלֵּל, *Celebravit*, hinc תְּהִלָּה, *laus, laudatio*, Plur. תְּהִלּוֹת et תְּהִלִּים. סֵפֶר תְּהִלִּים, *Liber laudum*, vel, ut HIERONYMUS interpretatur, *Liber Hymnorum*, ab Hebraeis inſcribitur noſtrum carminum volumen, a potiori illorum parte petita denominatione, quod emineant in iis ea carmina, quae Graecis proprie *Hymni* ſunt, atque, ſi quae etiam in aliis argumentis verſantur, tamen plerumque conjungunt ſummi numinis laudem et celebrationem. Vulgo per ſyncopen, litera ה eliſa, Iudaei ſcribunt ספר תלים, ſive Chaldaica terminatione, ס׳ תלין. In Novi Foederis codice (Luc. XX, 42. Act. I, 20.) volumen hoc Βίβλος ψαλμῶν vocatur,

a

a Graecis autem vulgo Ψαλμοὶ et Ψαλτήριον, vocis ſignificatione leviter inflexa, atque ad carmina ipſa accommodata. Eſt enim ψάλλω primo in univerſum *tango, leni motu percutio,* tum praecipue, *fides tango, increpo,* fidibus cano, SUIDA docente: Κυρίως δὲ ψάλλειν, τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. *Proprie* ψάλλειν *ſummis digitis chordas inſtrumentorum muſicorum tangere,* qua notione occurrit Iac. V, 13. Epheſ. V, 19. Hinc ψαλτήριον dicitur inſtrumentum muſicum, quo pſallitur; ſive ad noſtrae chelydis formam modumque proxime acceſſerit, ut AUGUSTINUS in *Pſalm.* XXXII. et XLII. aſſerit, ſive, quae communis eſt aliorum ſententia, triangularis formae, decemque inſtructum fidibus fuerit; unde ψάλτριαι dictae, quae fides pulſando victum ſibi quaerebant; et Ψαλμὸς harmonicus ille Pſalterii percuſſi ſonus ac melodia. Hinc factum, quod utraque illa vox de ipſis etiam illis carminibus diceretur, quae ad modos Muſicos, citharaeque vel fidium pulſum in ſacris publicis cantari ſolebant. Quae confirmat EUTHYMIUS *Praefat. in Pſalm.* ex edit. *Le-Moyne,* in *Variis Sacris,* T. I. p. 172. Καταχρηστικῶς γὰρ λέγεται αὔτη (ἡ Ψαλμῶν Βίβλος) Ψαλτήριον, ὅτι Ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδος, Ναῦλα παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, ἐκ τοῦ ψάλλειν, ὡς εὐκτήριον ἐκ τοῦ εὔχεσθαι· μετηνέχθη δὲ καὶ

ἐπὶ

ἐπὶ τὴν βίβλον ἡ κλῆσις ἄλλως, ἐκ τοῦ τηρεῖν τοὺς Ψαλμούς. *Quod Pſalterium appellamus hunc carminum librum improprie id dicimus; nam Pſalterium proprie organi quoddam genus eſt, quod Hebraeis Nabla* [נֶבֶל] *dicitur, a pſallendo ſic dictum, quemadmodum oratorium ab orando; ſed huiusmodi appellatio ad hunc librum poſtea translata eſt, quia Pſalmos continet.*

ז

זָמַר *cecinit, pſallit, modulatus eſt,* ut Arabum زَمَرَ, et Syrorum ܙܡܰܪ, inde nomen מִזְמוֹר eſt *cantio, carmen.* Sed quum verbum זמר in Conjugatione *Cal* ſignificet, *amputavit* (veluti *vites,* Levit XXV, 4. Eaſaj. V, 6.), *ſecuit, incidit,* fuerunt non pauci, inter quos LOWTHUM nominaſſe ſufficiat *(de Sacra Poeſi Hebraeor.* Praelect. III. p. 59. ed. Goetting. [p. 36. ed. Lipſ.] not.), qui nomen מִזְמוֹר carmini ideo inditum putarent, quod eſſet oratio, peculiari quodam modo in breves, certisque intervallis dimenſas ſententias interciſum. Quam quidem etymologiam auctoribus ſuis relinquamus. Frequentiſſime autem in Pſalmorum inſcriptionibus legitur מִזְמוֹר לְדָוִד, ubi praefixum ל ante דָוִד *alii* idem exiſtimant denotare quod בעבור, ut indicetur carmen in gra-

gratiam Davidis a quodam Praecentore vel Phonaſco compoſitum: *alii* vero *de* exponunt (quemadmodum uſurpatum reperimus Geneſ. XX, 13. XXVI, 7. 2 Sam. XI, 7. al.), ut ſignificetur *carmen, quod de Davide agat.* Communis tamen ſententia eſt, ל hic eſſe tale, quod *opus* ad *auctorem* ſuum *referat*, ut nomen, cui praefixum eſt, in *Genitivo* nobis ſit vertendum, *Carmen Davidis*, quo modo innumeris aliis locis V. T. occurrit, veluti Habac. III, 2. תְּפִלָּה לַחֲבַקּוּק הַנָּבִיא, *Preces Habacuci Vatis*, item 1 Sam. XIV, 16. הַצֹּפִים לְשָׁאוּל, *Speculatores Saulis.* Plura vide in STORRII *Obſervatt. ad. Analog. et Syntax. Hebr.* p. 291., et in CHRIST. BENED. MICHAELIS Diſſert. qua *Soloeciſmus Caſuum ab Ebraiſmo Sacri Codicis depellitur*, Halae, 1739. §. XIII. p. 15. 16.; qui praeterea recte obſervat, uſurpare eodem modo ad deſignandum Auctorem in librorum inſcriptionibus Arabes ſuum ل. Ita ABULFEDAE Opus Geographicum inſcribitur: تقويم البلدان لابي الفدا *Tabula Regionum Abulfedae:* MEIDANENSIS Onomaſticon Arabico-Perſicum اسامى الاسماء للميداني *Explicationes nominum Meidanenſis*, et alia plura. Satis largam exemplorum copiam reperies in GOLII Lexici Arabici limine, in Operum indice, quibus in concinnando Lexico erat

erat usus. Atque quum eorum Psalmorum, quibus מִזְמוֹר לְדָוִד praescriptum est, non pauci ipso argumento Davidem auctorem prodant, non est, quod dubitemus, indicare voluisse illud ipsum ea dictione, qui titulos praefixit, quamvis minime negari possit, illum saepe hac in re errasse, ut supra Cap. II. vidimus.

י

יְדוּתוּן in trium Psalmorum titulis legitur, in XXXIX. לַמְנַצֵּחַ לִידוּתוּן מִזְמוֹר לְדָוִד; in LXII. לַמְנַצֵּחַ עַל־יְדוּתוּן מִזְמוֹר לְדָוִד; atque in LXXVII. לַמְנַצֵּחַ עַל־יְדוּתוּן לְאָסָף מִזְמוֹר. Nomen יְדוּתוּן alii *appellativum*, alii *proprium* esse putant. I) Quibus *appellativum* est, in varias sententias discedunt. 1) ABEN-ESRA illa dictione indicari existimat ראש חפיוט, *initium cantionis* celebris, ad cuius modos Psalmi illi essent cantandi. Cui sententiae obstare videtur, quod in Ps. XXXIX. titulo nomini יְדוּתוּן particula ל est praefixa. 2) Aliis est *instrumenti musici* nomen. Ita JARCHI ad Ps. XXXIX. גם כלי שיר היה שם ששמו ידותון, *erat quoque Musicum instrumentum* Ieduthun *vocatum*. Sed nusquam alias inter organa musica huius fit mentio. 3) Singularis est IRHOVII sententia (in *Coniectaneis in Psalmor. Titul.* p. 105.), a verbo יָדָה, in *Hiphil* הוֹדָה, *confessus est, celebravit*, nomen יְדוּתוּן esse formae יְשֻׁרוּן, atque signi-

ſignificare *Confeſſorem,* appellari vero eo nomine *populum Iſraeliticum,* quod ejus officium primarium fuiſſet, ſummum numen confitendi atque celebrandi. Quod parum feliciter excogitatum videtur, quum nulla cauſa appareat, cur in *titulo* Pſalmi populus Iſraeliticus nomine nusquam alias uſurpato, adeoque obſcuriore, appelletur. Verum huiusmodi conjecturis minime opus videtur, quum יְדוּתוּן II) *Nomen proprium* eſſe reperiamus, 1 Paralip. XXV, 1., ubi inter chori muſici a Davide inſtituti moderatores etiam *Ieduthun* memoratur, cujus *filii,* ſive ceteri muſici, quibus praeerat, Vs. 3. recenſentur; item Cap. XVI, 41. et 42. ejusdem libri *Heman* et *Ieduthun* dicuntur concentum feciſſe cum organis muſicis et hymnis divinis. Hinc KIMCHI Pſalmi XXXIX. titulum recte ſic interpretatur; זה המזמור חברו דוד ונתנו לידותון המשורר *Hoc carmen compoſuit David tradiditque Ieduthuni, Cantori.* Sed in Pſalmi LXII, et LXXVII. inſcriptione, ubi לַמְנַצֵּחַ עַל־יְדוּתוּן ſcribitur, ego cum SONNTAGIO (*de Titul. Pſalmor.* p. 127.) *Ieduthunis* nomine totum illum muſicorum chorum, cui ille praeerat, deſignari putem, ut vertendum ſit: *Praefecto Ieduthunaeorum,* ſubaudi: *tradendum;* eâdem loquendi formula, quae reperitur 2 Paralip. II, 2. מְנַצְּחִים עֲלֵיהֶם, *praepoſiti illis;* 1 Paralip. XXIII, 4. לְנַצֵּחַ עַל־מְלֶאכֶת

עַל־מְלֶאכֶת *ut praeeſſent operi;* Eſr. III, 8. 9. לְנַצֵּחַ עַל־עוֹשֵׂי הַמְּלָאכֶת, *ut praeeſſent facientibus opus in domo Iehovae.* Poſſit tamen etiam לַמְנַצֵּחַ לִידוּתוּן in Pſalmi XXXIX. titulo ſic verti: *Praefecto Iedutkunaeis*, qnemadmodum in Pſ. XLIV. inſcriptione dicitur מְנַצֵּחַ לִבְנֵי קֹרַח, *Praefectus Corahitis.*

כ

מִכְתָּם ſex Pſalmis praenotatur, XVI. LVI. LVII. LVIII. LIX. LX. Sed de hujus dictionis ſignificatione mirus interpretum eſt diſſenſus. 1) Quum כֶּתֶם *aurum* Hebraeis denotet, fuerunt non pauci, qui מִכְתָּם *Aureolum, inſigne aureum* eſſe putarent. Quam ſententiam praeivit ABEN-ESRA, qui Pſalmos illos ita inſcriptos conjicit, quod נכברים כמו כתם פז ונועם, *quod pretioſi eſſent inſtar auri optimi et amabilis.* Eodem KIMCHI tendit: מכתם כלומר היה חשוב עליו המזמור ככתם שהוא הזהב הטוב *Inſcribitur* מכתם, *quaſi diceret, aeſtimaſſe hoc carmen apud ſe inſtar* כֶּתֶם, *quod eſt aurum optimum.* Idem placuit LUDOVICO DE DIEU, qui in *Crit. S.* p. 130. ait: „Aſſentimus iis, qui *aurum*, ſive *inſigne aureolum Davidis* vertunt, quod hic pſalmus pretioſus eſſet inſtar auri, ſicut Proverbia Arabica Alis ob inſignem ſuam praeſtantiam inſcribuntur شذرة الادب,

Aureo-

Aureolum morum." GEIERO Pythagorae χρυσᾶ ἔπη in mentem veniunt, quod et placuit SONNTAGIO *de Titulis Pſalmor.* p. 351. atque IRHOVIO in *Conjectaneis* p. 97. Ita et IOH. FRID. FISCHERUS in *Specim. Clavis Verſſ. Graecarr. V. T.* p. 80. מִכְתָּם *Oden aureolam* ſignare putat, h. e. *prorſus egregiam*, ſive *ejusmodi, quae ſit digniſſima, quam quisque ſignatam pectore habeat.* Sed vix intelligitur, quid ea carmina aliis praeſtent, ut digna ſint, quae *aureoli* nomine ab aliis diſtinguantur. Quod quum haud dubie cogitaſſet HARMER, in *Obſervatt. ſuper Oriente,* T. II. p. 175. verſ. teuton., rationem, cur carmina illa *aureolorum* nomine inſignita fuerint, opinatur fuiſſe hanc, quod *aureis literis* ſcripta eſſent, et ſive in Sanctuario, ſive alio loco ſuſpenſa, quemadmodum ſeptem illa carmina veterum clariſſimorumque poetarum, qui in Arabia ante Muhammedis tempora floruerunt, معلقات, *Moallacat,* i. e. *Suſpenſa* ad templi Meccani ianuam, vulgo appellata, et مذهبات, *Modhahabat,* i. e. *Aurea,* vocantur, quod aureis literis in byſſo Aegyptio ſcripta eſſent, a ذهب, *aurum,* ut מכתם a כתם. Nulla tamen huius conſuetudinis inter Hebraeos indicia occurrunt. 2) Verbum כָּתַם, quod Ierem. II, 22. occurrit, quidam ex Arabum كتم *abſcondidit ſe* interpretantur. Hinc

HEZEL in Not. ad Pſ. XVI, 1. noſtrum מִכְתָּם *carmen occultationis* explicat, eoque nomine hoc carmen appellatum conjicit, quod Davides illud patriae exul feciſſet. Quod tamen non omnibus, quibus hoc vocabulum praeſcriptum eſt, carminibus, congruit, veluti LVIII. quod de partium ſtudio magiſtratuum queritur, et LX. quod Iehovam pro reportata de gentibus vicinis victoria celebrat. 3) Syris verbum ܟܬܡ ſignificat *foedare, notam inurere,* unde Gal. VI, 17. ܟܘܬܡܐ, *nota, ſtigma.* Hinc fuerunt, qui Hebraico כָּתַם *inſculpendi, incidendi* notionem ineſſe putarent, ut מִכְתָּם primo quidem in univerſum ſit *Inſculptum* aliquid, in carminum vero illorum titulis vertendum ſit *Carmen,* monumentum, *lapidi inſculptum.* Ita Alexandrinus, et Theodotion, qui στηλογραφίαν interpretati ſunt, quod Vulgatus *tituli,* i. e. monimenti aerei aut lapidei *inſcriptionem* vertit, et Chaldaeus גְּלִיפָא תְּרִיצָא *Sculptura erecta,* ſcriptura lapidi erecto inſculpta. Quod plures ex recentioribus interpretibus ſequuti ſunt, veluti I. D. MICHAELIS in *Colleg. Crit. in Pſalm.* XVI. p. 43 ſeqq. et in *Supplem. ad Lexx. Hebr.* P. IV. p. 1381., ubi ait: „haec quidem interpretatio argumento Pſalmorum omnium hoc titulo inſignium perquam apta: *decimus ſextus* Epitaphii fere argu-

gumentum habet, *sexagesimus* Epinicion, insignis victoriae monumentum, in ipso, ut videtur, loco proelii, erectum; Psalmi LVI. LVII. LVIII. LIX. eodem forte in loco aut specu erecti, ubi summum vitae periculum Davides adierat." Eadem est I. E. FABRI in Not. ad *Harmeri Observatt.* vers. teuton. P. II. p. 142. atque A. F. PFEIFFERI *de Musica Veter. Hebr.* p. LVIII. sententia. Verum prolixiora sunt illa carmina, quam ut credam, tabulis aereis aut lapideis fuisse insculpta. 4) Probabilis mihi videtur eorum sententia, qui מִכְתָּם non diversum putant a מִכְתָּב, litera ם posita pro ב, id enim frequenter in Hebraeis et Arabicis literis usu venit, ut altera similis pro altera, prolatione simili, ponatur; utraque vero ם et ב labiis pressis pronuntiatur, unde et apud Arabes illarum permutatione nihil frequentius. Quemadmodum igitur Hiskiae, regis, carmen, quod Iesaj. XXXVIII, 9—20. legitur, מִכְתָּב לְחִזְקִיָּהוּ, *Scriptum Hiskiae*, inscribitur, ita sex istis carminibus מִכְתָּם לְדָוִד praenotatum est, quod non dubito interpretari: *Scriptum Davidis.* Et fortassis מִכְתָּם vetus ille titulus est, vel a Davide ipso, vel ab alio quodam, qui ipsi aequalis esset, praescriptus, qui in paucis illis carminibus servatus est, quum in aliis plurimis usitatius posterioribus temporibus מִזְמוֹר pro illo substitueretur. — Notanda denique est

Aquilae dictionis מִכְתָּם לְדָוִד interpretatio, quae talis eſt: Τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἁπλοῦ τοῦ Δαυὶδ, *Modeſti et ſinceri Davidis.* Atque eum quidem in ſuo Codice Hebraeo מַךְ וְתָם legiſſe, poſt LUDOVIC. CAPPELLUM in *Critic. S.* L. V. Cap. VI. X. (p. 840. 892. edit. Halenſ.), etiam opinatur IOH. FRID. FISCHERUS in *Clavis Verſſ. Graecar. Specim.* V. T. p. 80. „Legit מַךְ וְתָם (inquit): nam τὸ תָּם etiam alibi [Geneſ. XXV, 27.] reddit per ἁπλοῦς: et verbum מָכַךְ vel מוּךְ, a quo eſt τὸ מָךְ, et quod proprie *attenuari*, *inopem fieri*, ſignificat, ſed quum de animo dicitur, *modeſtum eſſe*, Alexandrini exprimunt verbo ταπεινοῦσθαι, vid. Levit. XXV, 37. Eandem lectionem ſequutus eſt Symmachus; habet enim: ταπεινόφρονος καὶ τοῦ ἀμώμου. Ἁπλοῦς autem et ἄμωμος idem valent." Ego tamen Aquilam non tam aliter legiſſe exiſtimem, quam potius מִכְתָּם pro compoſito habuiſſe e duabus vocibus מָךְ et תָּם, ab Hebraeis ſuis magiſtris haud dubie ita edoctus. Similis interpretationis a majoribus ſuis acceptae IARCHI meminit ad Titulum Pſ. XVI. אמרו רבותינו לדוד שהיה מך ותם מהיתה מכתו תמה שנולד מהול *Docent Magiſtri, ſenſum horum verborum* מִכְתָּם לְדָוִד *eſſe hunc, Davidis* (Pſalmus), *qui fuit* humilis *et* perfectus, *quia vulnus ſuum erat perfectum, quum incircumciſus natus eſſet.*

מ

מַחֲלַת bis reperitur in Pſalmorum titulis, particula עַל praemiſſa, primo Pſ. LIII., tum Pſ. LXXXVIII. Atque ex loco quidem poſteriore, ubi cum לְעַנּוֹת, *alternis* choris *canendum*, ſive ſimpliciter *canendum* (ex Arab. غني), jungitur, muſici inſtrumenti nomen eſſe apparet; ſed qualis? hodie vix aliquis definiat. Plerisque *tibiarum* videtur genus eſſe, a חָלַל, *perforavit*, quod eſſet inſtrumentum muſicum *perforatum*. IO. SIMONIS in *Lexico Hebr.* p. 570. ed. Eichhorn. refert ad verbum حَلَثَ, *raſit, carpſit*, unde מַחֲלַת genus putat eſſe *inſtrumendi chordis inſtructi, quae, digitis carpendo, vel caule pennae radendo, tangebantur.* Alias conjecturas vide apud SONNTAGIUM *de Titulis Pſalmorum*, p. 233. ſeqq. et PFEIFFERUM *de Muſica Veter. Hebr.* p. XLVI.

נ

נָגַן ſignificatione convenit cum verbo חָמַשׁ, *attrectavit*, quod Geneſ. IV, 21. de muſicorum inſtrumentorum tractatione dicitur (תּוֹפֵשׂ כִּנּוֹר *tractans citharam)*, inprimis vero cum Graeco κρούειν, *pulſare*, i. e. digitis vel plectro, radiolo, calamo aut paxillo attrectare inſtrumentum muſicum, ut ſonum concinnum edat. Ita 1 Sam. XVI. 23. *David* לָקַח אֶת־הַכִּנּוֹר וְנִגֵּן

וְנִגֵּן בְּיָדוֹ, *prehendit citharam et pulſavit manu ſua.* Hinc נְגִינוֹת, quod in Pſ. VI. LIV. LV. LXI. LXXVI. inſcriptione legitur, *inſtrumenta pulſatilia* denotat; et ſortaſſe omnium eorum inſtrumentorum, quae fidibus inſtructa eſſent, commune erat nomen, quae etiam A. F. PFEIFFERI eſt ſententia, *de Muſ. Hebr.* p. XIX. Cf. SONNTAG. *de Titul. Pſalm.* p. 214 ſeqq. Quare recte Aquila ἐν ψαλμοῖς, atque Symmachus, et is quidem elegantius, διὰ ψαλτηρίων, vertit.

נְחִילוֹת, quod Pſalmo V., praemiſſa particula אֶל, inſcribitur, varie interpretantur. I) Sunt non pauci, qui *carminis argumentum* ea dictione exiſtiment indicari. Nec hi tamen prorſus conſentiunt. 1) Graeci vertunt ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, *Pro ea, quae hereditatem conſeqnitur,* ut Vulgatus interpres reddit; videntur *gentem Iſraeliticam* intellexiſſe, cui Cananaea terra, ex veteri opinione, hereditas obtigit, unde Pſ. CV, 11. Concedam *terram Cananaeam* חֶבֶל נַחֲלַתְכֶם *portionem hereditatis veſtrae.* Sed confuderunt נְחִילוֹת cum נְחָלוֹת quod *terras* denotat, *quae jure hereditario poſſidentur.* Ioſ. XIX, 51. Ieſ. XLIX, 8. 2) Quum Chaldaeis נְחִיל *examen apum* ſignificet (ab Arab. نَحْلُ, *apes);* IARCHI noſtro נְחִילוֹת *multitudinis, exercitus* notionem ineſſe exiſtimat, ut carmen illud eſſet oratio, a Davide po-

populi univerſi nomine fuſa, propter exercitus hoſtiles Iſraelitas oppugnantes. Cui ſententiae Carminis argumentum minime videtur ſuffragari. II) I. D. MICHAELIS in *Supplemm. ad Lexx. T. V.* p. 1629. נחילות ab Arab. نخل, *cribavit, meliorem ſeparavit ac delegit partem,* notare conjicit *Oden accinendam purificatae et meliori parti populi.* Quod quaeſitum videtur et etymologiae ſtudium ſapere. Multo magis eorum probandam cenſeo ſententiam, quibus III) נְחִילוֹת *Organi muſici* eſt nomen. Conſentiunt tamen nec hi, quale illud fuerit, et unde dictum. 1) Multis placet ſententia R. HAI, a Kimchio ad Pſ. V. commemorata, נְחִילוֹת a נְחִיל *examen apum, eſſe inſtrumentum muſicum,* bombum, ut apes, edens (רבינו האיי ז"ל פירוש המלה מלשון נחיל של דבורים בדברי רבותינו ז"ל רוצה לומר כי נגונו היה דומה לשריקת דבורים). Quare et SONNTAGIUS *de Titulis Pſalmor.* p. 430. נְחִילוֹת omnium organorum muſicorum ſonum rauciorem edentium, praeſertim pnevmaticorum, nomen eſſe putat. 2) I. D. MICHAELIS in Supplemm. l. c. ſi נְחִילוֹת inſtrumentum ſit muſicum ad نَخِيل, *palma,* referre mallet, ut denotet *Pſalterium, ligno palmae obductis nervis.* 3) Equidem adſtipulor I. E. FISCHERO, qui in *Clavis Verſ. Graec. V. T. Specim.* p. 61. נְחִילוֹת, vel po-

tius

tius נְחִלוֹת, ut נְסִבָּה a סבב 2 Chron. X, 15., dici putat *Organa cavata, quae inflantur,* quod genus tibia, quae propterea ſimpliciter חָלִיל audit, a חָלַל. Chaldaeus quoque חִנְגִין, *tibias,* vertit. Eandem PFEIFFERI eſſe ſententiam video, *de Muſ. Hebr.* p. XX. Nec obſtat inſtrumento muſico, quod particula אֶל, non עַל, praemittitur. Eſt enim loquutio, qualis illa Latinorum: *canere ad tibiam.*

נָצַח, *vicit, praevaluit, eminuit,* hinc לַמְנַצֵּחַ, Pſalmis *quinquaginta tribus* praeſcriptum, in cuius explicatione in duas potiſſimum partes diſcedunt. I) Aliqui *Infinitivum* eſſe putant, atque ad *vocem* referunt, et horum quidem rurſus 1) alii ſimpliciter *ad canendum* vertunt, Chaldaeo praeeunte, qui לְשַׁבָּחָא, *ad laudandum,* i. e. ad hymnum canendum reddit. Atque *canendi* quidem notionem verbo נַצֵּחַ tribuunt nonnulli ex 1 Paral. XV, 21., veluti I. D. MICHAELIS, qui in *Supplemm. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1668. verba, quae illo loco occurrunt, בְּכִנֹּרוֹת עַל־הַשְּׁמִינִית לְנַצֵּחַ, ſic vertit: *cum citharis octo chordarum ad canendum,* vel pulſandum. „Nempe a *puro* et *liquido* (inquit), quam notionem Hebraeum verbum cum Arabico نصح communem habet, et vox canentium pſallentiumque dicitur: HORATIUS, *Carm.* L. I, 1. v. 3. 4.

Melpo-

Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.

Syris quoque ܢܘܨܚܐ, *vox liquida et canora.*" Verum hoc ipsum, נִצַּח eo loco *canere* significare, perquam dubium est, et a multis aliis non male vertitur, *ut praeessent.* Alia ratione S. F. G. WAHL in Excursu III. ad *Habacuci Oracula* vernacule a se versa, p. 252. מְנַצֵּחַ Conjug. II. Infinitivum esse dicit ad formam, Arabibus usitatam, مُقَتَّل, cum Infinitivo Conjug. II. تَقْتِيل interdum permutetur. Verbi נצח notiones vero ita ordinat: *vicit, praevaluit;* Conjug. II. praevaluit — *ut in cantione,* hinc in universum *praecinuit, cecinit.* Quae notionum series arbitraria videtur. 2) Alii vero *eminentiae superantis* significationem, quae est in verbo נִצַּח, atque hinc in vocabulo מְנַצֵּחַ, de *vocis* et *soni eminentia* interpretantur, ut existiment eos Psalmos, quibus hoc praescribitur, *acuta voce*, et modis clamosis et intensissimis, qui superent ceteros, decantandos. Sed quum vocabulum מְנַצֵּחַ ceteris omnibus V. T. locis v. c. 2 Paral. II, 2. 17. XXXIV, 13. manifesto *Adjectivum* sit, ego adstipulor his, qui II) מְנַצֵּחַ de *Magistro Cantorum* interpretantur, quum verbum, ut statim initio monuimus, significet *eminentiam* *supe-*

ſuperantem alios, qualis eſt eorum, qui praefecti ſunt aliis, et operas aliorum gubernant ac regunt, unde 2 Paral. II, 2. 17. et XXXIV, 13. מְנַצְּחִים *praefecti* et inſpectores *operariorum.* Illam igitur inſcriptionem ſi ad Muſicam templi referamus, מְנַצֵּחַ erit *Magiſter Cantorum*, aut Chori muſici, qui Chorus cum cymbala, buccinas, nabla, citharas, id eſt, et quae inflantur, et quae fidibus intenduntur, organa habuerit, quorum modi ad verba carminum, et vocis humanae muſicam adhiberentur; nimirum *utriusque muſicae*, et chirurgicae, et voce canentium. *Magiſter* ſive *Praefectus* intelligitur. A qua ſententia nec diverſus eſt SONNTAGIUS *de Titulis Pſalmor*, p. 170 ſeqq. atque IRHOVIUS in *Conjectaneis* p. 43. Cum igitur in Pſalmi IV. titulo לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת legitur, id haud dubie ita explicandum erit: *Chori muſici Praefecto* tradendum, ut *cum fidicinibus caneretur.* Quae et Aquilae videtur mens fuiſſe, cum Pſ. IV, 1. vertit: τῷ νικοποιῷ ἐν ψαλμοῖς, quod I. F. FISCHERUS in *Specim. Clavis Verſſ.* p. 67. explicat, *Magiſtro organorum* ἐγχόρδων, ſive *ei, qui praeit iis, qui canunt organis* ἐγχόρδοις. Cauſſam vero, cur Aquila verba Hebraica ſic reddiderit, dicit eſſe hanc, quod cum verbum נִצַּח in Piel denotet *facere, ut quis vincat, facere, ut quis accurate* aliquid et ordine *faciat*, *magiſter chori* recte

appel-

appelletur מְנַצֵּחַ, quod videt et curat, ut chorus canat commode, ut concordent omnia, nil discrepet. Digna etiam ſunt, quae legantur, quae de dictionis לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת diſſeruit Vir quidam Doctus in EICHHORNII *Biblioth. Literat. Biblicae Univerſ.* T. V. p. 539 ſeqq. — Alexandrinus לַמְנַצֵּחַ fere ubique εἰς τὸ τέλος, *in finem*, ut Vulgatus reddit, vertere ſolet. Quam verſionem plerique quidem ſenſu prorſus carere exiſtimant. Quod tamen aliter viſum eſt AGELLIO, qui qualem is tentaverit Graecae et Latinae illius verſionis explicationem, cognoſcere lectoribus non ingratum fore puto, praeſertim quum illam a noſtrae aetatis interpretibus neglectam fere videam. Ita igitur ille in *Prooemio in Pſalmos*, p. 9. col. b.: „Solent interpretes LXX. duobus modis εἰς τέλος, hoc eſt, *in finem*, dicere; vel ubi *aſſiduitatem* ac *diuturnitatem* ſignificare volunt; vel ubi *conſummatae rei perfectionem*, et ut brevius dicamus, pro eo, quod eſt, *prorſus*, ſeu *omnino*, ſeu *penitus*, dicunt εἰς τέλος, *in finem*. Prioris exemplum eſt in Pſalmo LXXIV, 10. *Usque quo Domine, improperabit inimicus, irritat adverſarius tuus* nomen tuum εἰς τέλος; hoc eſt, *aſſidue*, *perpetuo irritat*, et Pſalmo CIII, 9. cum in Graeco ſit οὐκ εἰς τέλος, *non in finem ulciſcetur*, docte vertit Latinus interpres: *non in* *per-*

perpetuum ulciſcetur. Et multa ſunt alia ejusmodi exempla, unum etiam in Evangelio beati Lucae (Cap. XVIII, 5.), vbi judex iniquus viduae interpellantis aſſiduitate victus, ad recte judicandum flectitur, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με, hoc eſt, *ne aſſidue veniens mihi iniquitatis notam inurat.* Alterius modi exemplum eſt Pſalmo XXXVIII, 6. *Miſer factus ſum et curvatus ſum usque in finem,* εἰς τέλος, quod in Hebraeo eſt, עַד־מְאֹד, *usque ad ſummum,* quo in loco clarum eſt, eos vertiſſe *usque in finem,* pro eo quod eſt *prorſus, penitus curvatus ſum.* Cum ergo praenotatur Pſalmus: *In finem;* altero ex his modo poteſt accipi, ut vel *perpetuo* atque *aſſidue* ſignificet; vel *ad ſummum, ad perfectum.* Qui priorem ſignificationem ſequuntur, et *aſſiduitatem* indicari volunt, his placet ideo *In finem* hos inſcribi Pſalmos, quia non ſtatis certisque diebus canerentur, ut ceteri, qui vel Sabbato, vel prima Sabbati, aut alio aliquo die canebantur, ſed *aſſidue reſonarent;* aut quia aſſidue usque *ad finem ſacrificii,* aut dum *aſſiduum* illud et juge *ſacrificium,* et mane et veſperi fieret, hi Pſalmi a cantoribus dicerentur. Qui alteram ſignificationem probant, hi propterea *in finem* inſcribi Pſalmos exiſtimant, quia *ſumma contentione,* ſummo niſu atque conatu, ac perfectiſ-

fectiſſime canerentur. Quod autem diximus aſſidue, usque ad finem ſacrificii, ſeu holocauſti cani conſueviſſe Pſalmos, id ex libro ſecundo Paralipomenῶν (Cap. XXIX, 28.) habetur, ubi ſic legimus: *Cantores et ii, qui tenebant tubas, erant in officio ſuo, donec compleretur holocauſtum.* Poſteriorem vero ſignificationem, qua *ſumma in canendo* ſeu *pulſando contentio* atque certamen indicatur, etiam illud adjuvat argumentum, quod libro Paralipom. primo (Cap. XV, 21.) ſcriptum reperimus, inſtitutos a Davide Levitarum choros, eosque in tres ordines fuiſſe diſtributos, hisque ordinibus ſingulos ex his viris praefuiſſe, Heman, Aſaph et Etham, terna praeterea inſtrumentorum genera, cymbala, nabla, citharas. His expoſitis ſubjungitur, quod ad omnes pertinet cantores, ſeu organa omnia, מַשְׁמִיעִים, quod LXX. transtulerunt τοῦ φωνῆσαι εἰς ὕψος, id eſt, *ut in excelſum levarent vocem,* ſeu ſonum, ut beatus Hieronymus vertit: *ut reſonaret in excelſis ſonitus.* Hoc igitur notandum eſt, communiter hanc reſonantiam de omnibus inſtrumentorum generibus dici. Tum cuique cantorum ordini ſuum legimus attributum inſtrumentum, atque illi quidem cantorum principes, Aſaph, Heman, Ethan, aenea cymbala pulſabant לְהַשְׁמִיעַ, *ut vox,* ſeu *ſonus in altum reſonaret*, ut dictum eſt.

eſt. Ceteri partim ad nabla, partim ad citharam canebant לְנַצֵּחַ, id eſt, *in finem*: ſicut enim prioribus illis tributum eſt לְהַשְׁמִיעַ, *ad reſonandum*, ſic iſtis לְנַצֵּחַ, *in finem*. Ergo cognatum eſt aliquid intelligendum per hoc verbum ei quod praeceſſerat, לְהַשְׁמִיעַ, et ſimile aliquid ſignificatur, id eſt, *vocis* aut *pulſus quaedam contentio*, aut perfectio."

ש

שִׁגָּיוֹן, quod Pſalmo VII. praeſcribitur, a verbo שָׁגָה, *erravit*, plerique *Oden* notare exiſtimant *erraticam*, id eſt talem, quae non uno metrorum genere, ſed varie intercurrentibus et inaequalibus verſibus conſtet; ſeu in qua cantanda uni non inſiſtatur tono, ſed ab alio ad alium transcurratur, id quod magnis animi motibus, atque anguſtiis, quibus oppreſſus Davides illud carmen edidit, optime conveniat. Sed aptius etymon offert Arabum شَجِيَ, *anxius, moeſtus fuit*, unde شَجٍّي, *moerore et anxietate preſſus*; ut שִׁגָּיוֹן ſit *Carmen viri moerore oppreſſi*, qualis inſcriptio non illi tantum Pſalmo, verum Habacuci quoque Carmini (Cap. III.), cui eadem praepoſita eſt, bene congruit. S. F. G. WAHL in *Excurſu* III. ad ſuum in Habac. Commentar. p. 225. שִׁגָּיוֹן *cantio-*

tionem ſignificare putat, collato Syriaco ܡܥܢܝܬܐ a Verbo ܥܢܐ, quod in Pael *cecinit* denotat, et 1 Sam. XXI, 12. pro Habraeo עָנָה *canendi* ſignificatu ibi uſurpato, legitur. Aliarum conjecturarum minus probabilium farraginem vid. in SONNTAGII *Titulis Pſalmor.* p. 325 ſeqq.

שִׁיר *Carmen omne cantioni deſtinatum* ſignificat, ſive aſſa voce, ſive fidibus conjunctis canendum. Ubi vero in titulo carminum שִׁיר מִזְמוֹר (ut Pſ. XLVIII. LXVI. LXXXIII. LXXXVIII. CVIII.), vel, ordine transpoſito, מִזְמוֹר שִׁיר (ut Pſ. XXX. XXXVII. LX. LXV.) extat; pleonaſtica ſea loquutio eſt, ſermoni Hebraeo perquam familiaris, ex qua ſaepe conjunguntur vocabula συνώνυμα, veluti Dan. I, 20. חָכְמַת בִּינָה, *Sapientia intelligentiae;* Ieſ. XXXIII, 23. עַד־שָׁלָל, *praeda ſpolii;* Num. XIX, 2. חֻקַּת הַתּוֹרָה *ſtatutum legis.* Cf. GLASSII *Philolog. S.* P. I. p. 85. ed. Dath.

שִׁיר הַמַּעֲלוֹת in Argum. Pſ. CXX. explicabitur.

שָׂכַל praeter alia plura etiam *intellexit* ſignificat, unde nomen מַשְׂכִּיל, quod in XIII. Pſalmorum titulis legitur, *Carmen didaſcalicum* vertere ſolent. Primus quidem illo inſignis, XXXII, carmen didaſcalicum ſive erudiens, recte dici poſſit, ſed aliis non aeque aptum. Quare I. D. MICHAELI adſtipulor, qui in

in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. VI. p. 2323. a *ligandi* notione, quae Arabum شكل inest, Hebraeum מַשְׂכִּיל *ligatam orationem, Carmen,* dictum putat, quod genericum poematis nomen forte ex usu ad certum aliquod poematum genus restrictum fuerit.

שְׁמִינִית Psalmo VI. et XII. praenotatum, organi alicuius musici nomen fuisse, cognoscitur ex 1 Chron. XV, 21., atque quum שְׁמִינִי *octavum* alias denotet, plerique *citharam, octo chordis* instructam, sive *octochordon* illud fuisse putant. Aliis est organon musicum, reliquis *Octavâ* (ut Musicis dicitur) respondens, quale nobis *Viola.* Alias conjecturas dabit SONNTAGIUS *de Psalmorum titulis,* p. 223 seqq.

עַל־שׁוּשַׁן Ps. XLV. et LX., atque עַל־שֹׁשַׁנִּים Ps. LXIX. et LXXX. inscribitur. Quod alii de *organo Musico,* quod forma *lilio* simile fuisset (ejus enim floris nomen Hebraicum שׁוּשָׁן est); alii de noti cujusdam illorum temporum carminis initio, ad cujus modos et illa cantanda essent, interpretantur. Alii ad *argumentum* Carminis referunt, vertuntque *de laetitia.* Sed quemadmodum nos עַל־שְׁמִינִית, עַל־מָחֲלַת, עַל־הַגִּתִּית de organis musicis, ad quorum concentum carmina illis titulis insignita,

ſignita, canenda eſſent; ita nec iſtae inſcriptiones aliter capiendae videntur, quamvis quale organorum genus nomine שׁוֹשַׁן ſignificetur, hodie fruſtra quaeratur. Multo minus de ejus, quod Pſ. LX, 1. LXXX, 1. additur, עֵדוּת, ſignificatione quidquam afferri poteſt, quod veri aliqua ſpecie ſe commendaret. Uſitatam *teſtimonii* notionem parum utrique loco aptam eſſe, quisque intelliget ipſe. I. D. MICHAELIS, in *Supplemm. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1850. ad Syrorum ܥܐܕܐ, *feſtum anniverſarium*, conjectat referendum eſſe, ut ſit *conſuetum et anniverſarium*, *ſtato die canendum carmen.* SIMONIS in *Lex. Hebr.* עֵדוּת *cantionem* eſſe cenſet, quae fieret *cithara*, vel *pſalterio*, denominativum ab inuſitato עֵד, Arab. عُودٌ quod in Verſione V. T. Arabica paſſim pro Hebraeo כִּנּוֹר occurrit. Eſt autem عُودٌ, ut EICHHORNIUS obſervat ad Lexicon Simonilianum, *teſtudo*, lyra, et عَوَّادٌ *qui teſtudinem pulſat*, unde שֹׁשַׁנִּים עֵדוּת denotare putat *hexachordum forma teſtudinis*, ut prius vocabulum ad שֵׁשׁ *ſex*, ſit referendum; ſed ita שִׁשְּׁנִים ſcribendum eſſet. Taceo aliorum interpretum ſomnia, quae qui ſcire cupit, adeat SONNTAGIUM *de Pſalmorum titulis*, p. 257 ſeqq.

ת

תְּהִלִּים vid. ſupra p. XLII.

תְּפִלָּה *Oratio, ſupplicatio.* Pſalmis nonnullis, et XVII. LXXXVI. XC. CII. et Habacuci Odae Cap. III., praenotatur, quemadmodum inter nomina, quae carmina Syrorum ſacra in fronte gerunt, ſunt ܒܥܘܬܐ et ܨܠܘܬܐ *precatio,* vid. A. HAHN *Bardeſanes Gnoſticus Syrorum hymnologus* (Lipſ. 1819.) p. 51. Alia vid. in EICHHORNII *Biblioth. Literat. bibl.* P. V. p. 552. et in Not. noſtr. ad Habac. III, 1.

ADDI-

ADDITAMENTUM.

DE VOCABULI סֶלָה SIGNIFICATIONE POTIORES SENTENTIAE BREVITER ENARRANTUR.

De ſignificatione vocabuli סֶלָה, in Pſalmis *ſeptuageſies ſemel*, et in Habacuci Elegia *ter* obvii, in *duas* potiſſimum partes interpretes diſcedunt, aliis pro *compendio ſcriptionis plurium vocum*, aliis pro *ſingulari integroque vocabulo* habentibus.

I) Ut ab harum ſententiarum poſteriore ordiamur; qui huic adſtipulantur, iterum in duas alias abeunt: alii סֶלָה *notam muſicam* eſſe volunt, alii vero *certam ſententiam* illo exprimi putant.

1) Atque hi poſteriores quidem vocabulo סֶלָה vel *perpetuitatem* ſignificari exiſtimant, ut Aquila, qui ἀεὶ, *ſemper*, Symmachus, qui εἰς τὸν αἰῶνα, *in aeternum*, atque Chaldaeus, qui לְעָלְמֵי עָלְמִין, *in ſecula ſeculorum*, vertit: id quod nonnullis quidem locis aptum eſt, ſed longe pluribus minime, veluti Pſ. LXXXI, 8. Habac.

III, 3. 9. 13., imo ſenſum plane abſonum efficit Pſ. XXXII, 4. 7. Anne enim *ſemper aeſtas?* Anne *ſemper* ſecuri omnes homines? Pſ. LXVIII, 8. Anne Deus *in aeternum* coram populo praeceſſit in deſerto? Vel *confirmationem* et *aſſeverationem* notare exiſtimant, ut vertendum ſit *certe, ſic eſt,* vel *votum* et *apprecationem, γένοιτο, ita fiat!* vel denique *admirationem* et *exclamationem,* quaſi nota quaedam ἐμφατικὴ et ἐπιφωνηματικὴ eſſet. Quae omnia merae ſunt conjecturae, argumentis prorſus deſtitutae, ut taceam, nullam illarum ſignificationum *omnibus,* quibus סֶלָה poſitum eſt, locis, aptam eſſe.

2) Multo magis eorum probanda videtur ſententia, qui סֶלָה *notam Muſicam* eſſe cenſent. Nec hi tamen conſentiunt. Alii *cantus, et modorum muſicorum immutationem,* quaſi novorum modorum introductionem, illo notari putant, quod Alexandrinus praeivit, qui Διάψαλμα vertere ſolet, quod Suidas μέλους ἐναλλαγὴν eſſe dicit. Quod HERDERO etiam placuit in libro de *Poeſeos Ebraeae Genio.* P. II. p. 376., atque PFEIFFERO *de Muſica Veter. Hebr.* p. 17., ſed quam is Vir Doctiſſimus affert rationem, quod סֶלָה cum Arab. شِلْوٌ, *artus, membrum,* conveniat, unde ad Muſicam translatum, *caeſuram* in modis aut in rythmo indi-

indicet, dubito, probari poſſe. Alii, quod verbum סָלַל *elevavit, exaltavit* ſignificat, *elevandam* eſſe *vocem*, vocabulo סֶלָה juberi exiſtimant. Alii *intermiſſionem cantus, pauſam*, ut, cantoribus ſilentibus, ſola organa muſica audirentur, ea nota ſignificari arbitrantur; cui ſententiae patrocinatur Syriacum ܫܠܐ, *quievit, ſiluit*. Quod mihi quidem omnium optime placet. In eadem ſententia acquievit quoque recenſitis *undecim* de nomine *Selah* opinionibus, G. MATTHESON, in peculiari libello, quem inſcripſit: *Erlaeutertes Selah*, Hamb. 1745. p. 18. Cf. et *das alte und neue Morgenl.* P. IV. No. 787. p. 10., nec non not. noſtr. ad Habac. III, 3. p. 434., et S. F. G. WAHL *Excurſ.* IV. ad ſuum in Habac. Commentar. p. 225. ſeqq.

II) Qui pro *ſcriptionis compendio plurium vocabulorum* סֶלָה habent, (frequentia enim hujusmodi ſcribendi artificia Syris, Arabibus et Judaeis, ſolentque ejusmodi literis conjunctis ſuas etiam vocales addere) in eo quidem fere conſentiunt, ſignificare vocabula ad muſicam pertinentia, ſed qualia, magnopere diſſentiunt. MARC. MEIBOMIUS in *Interpretationum Novarum in Cod. V. T.* Specim. I, p. 87. ſic interpretatur: סֹב. לְמַעְלָה הַשָּׁר, *redi ſurſum cantor*, ut conveniat cum Italorum: *da Capo*. Alias conjecturas in medium attulit

tulit Vir quidam Doctus in EICHHORNII *Biblioth. Literat. Univerſ. Bibl.* P. V. p. 545 ſeqq. Poſſe vel ſic explicari: סימן לַמנצח *Signum pro Praefecto Chori muſici;* vel ſic: סימן לשנות הַקול *Signum ad tonum modulandum;* vel ſic: סימן לענות הַמקהלות, *Signum ut alternis choris ſit cantandum*, vel ſic: סימן לכל הָעם *Signum pro toto populo*, ut totus populus concinat. Mitto reliquas conjecturas ibi propoſitas, quas qui ſcire cupit, evolvat librum laudatum. I. D. MICHAELI quoque in *Supplemm. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1762. סלה compendium ſcriptionis eſſe videtur, literis initialibus, vel etiam aliis, pro integris vocibus poſitis, quas voces quidem aliquid muſici ſignificare exiſtimat, quid autem? de eo conjecturam facere audax ipſi videtur, quum tota prope muſicae Hebraeorum notitia nobis una cum vocabulis perierit. „De his orientalium compendiis (addit) eo difficilius conjecturam facere, poſtquam eorum memoria periit, quod non ſolum literas initiales, ſed et medias finalesque ponunt, ut in illo Muhammedis encomio, pro ipſo nomine poni ſolito, صلعم (Tſalam) pro صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ, *benedicat ei Deus et det pacem.*" Nobis quid de hoc vocabulo videatur, ſupra diximus.

SCHO-

SCHOLIA
IN
PSALMOS.

PSALMVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Docet, pios in Iehovam, ac legum ejus ſtudioſos et amantes beatos exiſtere (vſ. 1. 2. 3.), contraque omnes improbos ac Iehovae contemtores miſeros eſſe (vſ. 4, 5. 6.).

Ad ſingulare aliquod factum antiquorum reipublicae Iudaicae temporum reſpicere hunc Pſalmum, perſuaſum eſt interpretibus haud paucis, qui tamen valde inter ſe disſentiant neneſſe eſt, quum ne nomen quidem poetae praeſcriptum ſit aliquod, ut an Davidicus ſit, aut haberi debeat, ex antiquitatis judicio, non poſſit non dubitari. Davidis quidem eſſe hoc carmen, cenſent Patres plerique omnes, auctoritatem haud dubie hac in re ſequuti magiſtrorum Hebraeorum, qui omnes eos Pſalmos, quibus nullum poetae nomen eſt praeſcriptum, Davidi ſolent aſſignare [1]); unde etiam

1) כל אותם שלא נזכר בהם שום מחבר דוד חברם, *omnes illi Pſalmi, qui nullum certum auctorem prae ſe ferunt, Davidis ſunt*, ſcribit Kimchius in Praefatione

etiam factum eſt, ut in nonnullis verſionis Graecae Alexandrinae libris vetuſtis hoc carmen Davidi ſit aſſignatum [2]). Cui ſententiae etiam accedit VENEMA, qui hunc Pſalmum unum facit cum eo, qui ſequitur, qui Act. IV, 25. ad Davidem auctorem refertur. Rationem vero omiſſae inſcriptionis: *Pſalmus Davidis*, quam pleraque huius libri carmina gerunt, repetendam cenſet inde, quod libro primo Pſalmorum antiquitus generalis praeſcriptus fuerit titulus: *liber Pſalmorum Davidis*, qui generaliori poſtea cedere debuerit, cum reliqua odarum volumina adjuncta eſſent. Sed in ipſo etiam Pſalmo Venema quaedam deprehendiſſe ſibi viſus eſt, quae ad ea reſpiciant tempora, quibus David, cum rex creatus eſſet, Saulum vehementiſſimum ſibi et ſuis habuerit adverſarium, atque odio et invidiae impiorum fuerit expoſitus; ſive in aula Sauli adhuc verſatus fuerit, ſive in ſpeluncis latitare, et in montibus oberrare debuerit, vel apud gentes exteras latibulum quaerere. Tunc enim temporis impiorum

ne ad ſuum in Pſalmos commentarium. Quod tamen ſine fundamento eſſe, vel cognoſcitur ex Pſ. CXXXVII, in exilio Babylonico, vel paulo poſt, compoſito, aliisque pluribus.

2) Vt ex Complutenſi atque Aldina editione apparet, in quibus haec leguntur: *Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις*· et in *Ald.* haec ſubjiciuntur: *Δαυὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος.*

piorum ingentem fuiſſe turbam, qui in regis pii perniciem conſpiraverint, atque ipſi, et paucis illis, qui ab eius partibus eſſent, illuſerint. In his vero periculis et triſtiſſimis temporibus Davidem hac oda (quam, ut monitum eſt, cum ea, quae nunc ſecunda eſt, olim unam fuiſſe Venema putat) ſe et alios, qui animos deſpondere inciperent, conſolari et confirmare voluiſſe, ne malorum acerbitate et impiorum proſperitate victi, in eorum caſtra transirent. Sed ut duo haec carmina olim unum feciſſe credamus, vetat ſtyli diverſitas. Nam quum in hoc pſalmo ſtylus ſit planus et facilis, in eo, qui proxime ſequitur, eſt elatior, animoſior et fortior, qualis eſſe ſolet viri indignabundi et confidentis, quique hoſtium inſultus cum contemtu adſpicit. Quod quum Venema haud dubie ipſe intellexiſſet, paulo poſt ſubjungit: „attamen videtur mihi vero propius, oden in ejus temporis, quod definivi, memoriam eſſe compoſitam, quum David, Saulo cum domo e medio ſublato, in totius populi regno iam eſſet confirmatus, et in Zione ſedem haberet.“ Sed etiam ſic obſtat manifeſta ſtyli diverſitas, quo minus duo haec carmina conjungantur. Atque id ipſum opponi poteſt ſententiae viri cuiusdam docti [3]), qui hoc carmen cum eo, quod

3) Qui nomine ſuo ſuppreſſo anno 1794. edidit librum, qui inſcribitur: *Verſuch einiger Beyträge zur*

quod proxime ſequitur (quae duo carmina, ut Venema fecit, conjungenda cenſet), ad ea refert, quae 2 Sam. XV. narrantur, adeo, ut ſub bonis probisque viris, de quibus Verſu primo, intelligendi ſint cives boni, qui animo fideli in Davidem eſſent, praeſertim Huſai; ſub malis vero et improbis, qui illis opponuntur, ſeditioſi atque perfidi, qui cum Ahitophele a Davide deſciverint, atque ad Abſalomi partes transierint. ESROMUS RUDINGER denique ad Machabaea et Antiochica tempora hanc oden refert; tunc enim multi ex Iudaeis a veritate fidei et populo Iſraelitico turpiter deficiebant, et cum hoſtibus ſe adverſus patriam et populares conjungebant, atque hoſtem etiam primi et aliquoties introducebant. Vides, in quam late patentem opinionum incertiſſimarum campum deducaris [4]), ubi, nimio atque intempeſtivo

zur hiſtoriſchen Auslegung der altteſtamentlichen Bibel.

4) Inter diverſiſſima reipublicae Iudaicae tempora ipſe fluctuatur Rudingerus, prìusquam in Machabaicis pedem figat. *Si probatur*, inquit p. 24., *Davidicum haberi eum, quem antiquus auctor cui adſcriberet, non reperit, exiſtimarem, Abſalonici temporis eſſe, ſicut et Pſalmum XXVI., quem tamen aliqui Saulici temporis exilio accommodant. — Nequaquam tamen repugnavero, ſi quis Sionio novo a Davide factum hunc et CXII. exiſtimaverit, et* σύγχρονος *ſimul CXXVIII. fortaſſis et CXXVII.* Et p. 27.: *Poſſet et de Ioſaphatico tem-*

ſtivo interpretationis hiſtoricae ſtudio, quae univerſim dicta ſunt praecepta moralia, ad certas quasdam res geſtas ſtudes revocare. Nihil plane in carmine occurrit, quod de certis quibusdam perſonis cogitare nos jubeat. Commendatur in univerſum probitatis et virtutis ſtudium, propoſita diverſa piorum et impiorum ſorte. Quod et vidit THOM. GATACKER [5]), qui recte hymni huius argumentum ait eſſe axioma illud a Stoicis olim tantopere decantatum, quod ſtrictim Socrates apud Platonem in Alcibiade ſecundo:

Οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων εὐδαίμονες, οἱ κακοὶ, ἄθλεοι·

Bonus, beatus, omnis, et improbus miſer.

Quae probitatis commendatio ab eo, qui collegit Pſalmos, atque in ordinem eum, quo hodie leguntur, redegit, ceteris non incommode prooemii loco praemiſſa eſt [6]); ex quo factum videtur, ut primum hoc carmen in aliis codicibus non ſit numeratum, in aliis vero ſecundo junctum, ut, quod in libris impreſſis tertium numeretur, ſecundum ſit. Ac numeratum

tempore aliquis ſuſpicari; ſed praefero conjecturam de Antiochico.

5) In *Cinno* ſive *Adverſariis Miſcellaneis*, L. I. C. I. p. 169. *Oper. Criticor.*

6) Προοίμιον βραχὺ, *prooemium breve Pſalmorum*, hunc Pſalmum vocat etiam Baſilius.

tum non eſt in Cod. Roſſ. 254., qui eſt Pſalterium membran. rabbin. ao. 1391. ſcriptum, atque in Cod. Roſſ. 879., Pſalterio cum Maſora minore, membranaceo, codice antiquo et bonae notae, ut Roſſi aſſerit. Cf. etiam argumentum Pſalmi ſecundi 7).

---

1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *Beatitudines illius viri! Felicia viro!* *ἐπιφονηματικῶς.* Vim enim interjectionum accipiunt Nomina quaedam, abrupte, ob adfectum animi commoti enuntiata, e. g. חָלִילָה, *profanum*, pro *abſit!* 1 Sam. XX, 2. Vid. SCHROEDERI *Inſtitt.* ad fundamenta linguae Hebraeae in *Syntaxi Particular.* Reg. CVI. c. Cf. STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 345. אִישׁ h. l. pronominis vices ſuſtinet; nam uti ſaepe *quemlibet, aliquem* ſignificat, ſic h. l. idem eſt, quod latinum *ille.* Solent etiam Latini vocabulum *homo* ſic uſurpare, veluti HORATIUS *Sermon.* II, 7. 117. אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים *Qui non ambulat in conſilio impiorum,* qui non verſatur cum improbis, nec intereſt conſiliis eorum; aut qui non inſtituit vitam de conſilio et ſententia improborum. Praeteritum et ſaepe alias, et hic, de eo, quod quis facere ſolet, vel quod omni tempore eodem modo ſe habet, *ἀορίστως* uſurpatur, atque per noſtrum Praeſens commode

7) Extat DAN. HENR. VOGTI *Commentatio in Pſ. I. ejusque cum Pſalmo II. connexione*, Rudolſtadt. 1785. 4., quam tamen numquam vidi. Obſervationibus criticis et philologicis hunc Pſalmum docte illuſtravit CONR. GOTTLOB ANTON, LL. OO. Prof. Viteberg., in *Specimine editionis, in qua Pſalmi ad Metrum revocabuntur et recenſebuntur, Varietate Lectionis et perpetua Annotatione illuſtrabuntur*, Vitebergae, 1780. in octonis.

de exponi, obſervat SCHROEDERUS in *Synt.* Reg. XLVI. Plura vide in GLASSII *Philolog. S.* ed. Dath. p. 297. et in GESENII *Ausführl. Lehrgeb. d. Hebr. Sprache*, p. 763. Locutio הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים *in conſilio improborum ire*, pro ſtylo Orientalium non tantum commercium familiare cum improbis hominibus, ſed et inſtitutionem vitae, ad eorum placita degendae, indicat; in quem ſenſum ab interpretibus opportune huc adducuntur loca 2 Paral. XXII, 5. [גַּם בַּעֲצָתָם הָלַךְ], et Mich. VI, 16. [*Etenim diligenter obſervari ſolent praecepta Omri, et poſterorum Achabi facta omnia,* וַתֵּלְכוּ בְּמֹעֲצוֹתָם *horumque inſtituta ſectantur*]. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד *Neque in via peccatorum conſiſtit*, i. e. eam perſequitur, qui enim viae alicui inſiſtit, is et calcat eam, et ea incedit et ambulat. דֶּרֶךְ, *viam*, apud Hebraeos ſaepe uſurpari pro *inſtituto* et *ratione vivendi*, ſatis notum eſt, vid. Exod. XVIII, 20. Eſai. LV, 7. Iob. XVII, 9. רְשָׁעִים et חַטָּאִים etymis ita differunt, ut illi ſint proprie *turbidi, turbulenti* (verbum רָשַׁע enim opponitur τῷ שָׁקַט, *ſidere* Iob. XXXIV, 29., unde Syris ܐܬܪܫܥ, *perturbato eſſe animo*, atque Arabibus رَشِعَ *magna cupiditate et concupiſcentia fuit*); חַטָּאִים vero *lapſabundi* (coll. Arab. خَطَا, pro خَطِئَ, et خَطَا, ὀλισθεῖν, ὀλισθαίνειν, *lubrico lapſu excidere*, *ausgleiten*, vid. SCHULTENSIUM *ad Proverb.* XXI, 4. p. 246. ſeqq.). Hoc tamen loco utrumque vocabulum promiſcue poſitum eſſe pro *improbis* et *impiis*, vix eſt, quod moneamus. וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב *Et in ſede irriſorum non ſedet*, non conſidet in communi ſubſellio cum his, quibus luſus iocusque eſt religio et veritas, horum amicitias et conſuetudines fugit. Verbo יָשַׁב ſaepe congreſſus et familiaritas ſignificatur, ut Pſ. XXVI, 4. לֹא יָשַׁבְתִּי עִם־מְתֵי־שָׁוְא, *non conſedi cum viris*

ris vanitatis, non quidquam commercii habui cum mendacibus. לֵצִים, proprie *ſanniones* (coll. Arab. لَاصَ, pro لَوَصَ, *torquere*, *torquendo inflectere*, quod transfertur ad *ridiculam intorſionem* linguae, labiorum, oculorum, digitorum etc. ad aliquem ſubſannandum et ludificandum, cf. SCHULTENSIUM *ad Proverb.* I, 6. p. 4.), h. l. vel ſunt *irriſores*, qui eos, qui virtutem et pietatem colunt, derident, vel homines nefarii et ſceleſti, qui non tam verbis, quam factis injuriam aliis inferunt, ut Proverb. III, 34., ubi לֵצִים et עֲנָוִים opponuntur, et Prov. XXI, 24. לֵץ explicatur ab ipſo Salomone זֵד יָהִיר *ſuperbus inſolens*, qui alios opprimit, qualis deſcribitur Habac. II, 5. Ceterum in tribus huius commatis membris gradationem ſibi reperiſſe videntur interpretes antiqui et recentiores hanc, ut verbis ſingulis reſpondeant in membro quolibet ſequenti verba graviora; quam quidem gradationem et in ſubſtantivis לֵצִים, רְשָׁעִים, חַטָּאִים, et in vocabulis עֵצָה, דֶּרֶךְ, מוֹשַׁב, et verbis הָלַךְ, עָמַד, יָשַׁב ineſſe exiſtimant, Cuius interpretationis, tanquam a majoribus acceptae, jam mentionem facit Aben-Eſra: קדמונינו ז"ל אמרו כי עמד קשה מן הלך וישב קשה מכלם אם כן יהיו הלצים רעים מחטאים *Majores noſtri, piae memoriae, tradunt, perſiſtere gravius eſſe, quam ambulare, et conſidere gravius ceteris, quod ſi verum eſt, irriſores peccatoribus* (חַטָּאִים) *pejores erunt.* Idem placuit Iunio, Geiero, Schulzio, aliis. Sed recte monet GATACKERUS in *Adverſariis Miſcellan.* L. I. Cap. I. (quod totum in Verſu primo Pſalmi hujus explicando verſatur) p. 170. ſeqq., cum κλίμαξ, obſervante Demetrio Phalereo, in libello περὶ ἑρμηνείας, ſit λόγος ἐπαναβαίνοντος ἐπὶ μειζόνων, orationis affectus, *quo a minoribus ac levioribus ad majora et graviora per gradus quosdam conſcenditur*; ſi pari ratione κλίμαξ ſive grada-

gradatio hic instituatur, ut *ὑμνοποιοῦ* nostri haec sit mens: *beatus is est, qui nec cum improbis consilia inierit, nec prave viventium artibus malis se immiscuerit, nec cum obfirmatis in maleficio obstinate perstiterit,* non insurgere, sed descendere orationis seriem, et frigidam plane ac frivolam futuram esse orationem. Etiamsi enim, negativa insuper habita, si de malis inter se collatis sermo instituatur, gravius sit crimen, male consulta ad exitum perducere, quam de perpetrando consilia admisisse, et atrocius adhuc, in perperam gestis animo praefracto persistere, quam eadem nude perpetrasse; attamen, si, particula negativa cum hymnographo admissa, *τὰ κατορθώματα* secum invicem comparentur, multo plus praestantiusque esse, a consiliis malis vel ineundis, quam ab eisdem exequendis abstinuisse; amplius etiam haud paulo, nec mali quidquam perpetrasse, quam in perpetrato jam obstinate non perstitisse. Esse itaque in hoc Versu non tam *κλίμακα*, quam *ἐπιμονὴν*, distributione trimembri illustratam, ut jam observavit Musculus, qui *tres*, inquit, *primus hic Versus triades habet; quarum prima dictionibus impiorum, peccatorum et derisorum, omne malorum et improborum hominum genus; altera, nominibus consilii, viae, et sedis, universa illorum cogitata et facta, cum omni vita; tertia, verbis ambulandi,* [consistendi], *ac sedendi, quodcunque illorum commercium comprehendit; ut eum vere beatum esse significet, qui nec ullum, nec ulla in re, nec cum ullo reproborum hominum genere consortium habeat.* Bene etiam Kimchi ad h. l. והנה בשלשה אלה כל תכונות האדם ותכונותיו או הולך או עומד או יושב והשכיבה בכלל הישיבה היא ועוד כי השכיבה לישן ברוב ובעוד שהאדם ישן לא יעשה לא טוב ולא רע *In tribus autem istis omnino hominis situs et dispositiones continentur; aut enim ambulat, aut stat, aut sedet; cubatio enim sub sessione comprehenditur; praeterea cubatio fit, ut plurimum ad somnum capiendum;*

dum; cum autem dormit homo, neque boni, neque mali quidquam facit.

2. כִּי אִם *At vero, e contrario,* ut infra vf. 4. Prov. XVIII, 2. Efai. LIX, 2. בְּתוֹרַת יְהוָה חֶפְצוֹ *In legem Iovae eft propenfio ejus,* cujus omne ftudium eft in lege Iovae. תּוֹרָה proprie *monftrationem* defignat (cf. Genef. XLVI, 28. Exod. XV. 25.), hinc *doctrinam, legem,* qua monftratur, quod oportet facere, *inftitutionem.* חֵפֶץ, collato Arabico حفض, *flectere, flectendo clinare, inclinare,* prorfus refpondet Latino *inclinatio,* quod fimiliter frequentatur pro *affectu propenfo* in aliquid. וּבְתוֹרָתוֹ יֶהְגֶּה יוֹמָם וָלָיְלָה *Et de lege ejus meditatur dies noctesque,* commentatur ea, quae lex Iovae poftulat, et commentatione tali affidua dies noctesque fe occupat. Eadem locutio occurrit Iof. I, 8., ubi Iova, Iofuam monens: *legis ejus librum numquam non in ore habeto,* וְהָגִיתָ בּוֹ יוֹמָם וָלַיְלָה *deque eo dies noctesque cogita.* הָגָה et de *animi cogitatione,* et de fermone dici, docent loca luculenta. Priori fenfu occurrit Pf. XIX, 15. (ubi הֶגְיוֹן לֵב opponitur אִמְרֵי־פִי), XLIX, 4. Proverb. XXIV, 2. Efai. XXXIII, 18.; pofteriori Pf. XXXV, 28. (לְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה צִדְקֶךָ), XXXVII, 30. Proverb. VIII, 7. Hic fignificat *meditari* fenfu latiffimo, i. e. non folum memoria et animo repetere praecepta Dei, fed etiam iis exequendis exerceri, quo fenfu μελετᾶν apud Graecos etiam dicitur. יוֹמָם וָלָיְלָה *die et nocte,* i. e. perpetuo, indefeffo ftudio, ex ufu omnium linguarum, etiam vernaculae. Cf. Iof. I, 8. CICERO, *de claris oratoribus: Ego noctes et dies in omnium doctrinarum meditatione verfabar.* PLINIUS *Epiftolar.* L. V. Epift. 8. *diebus et noctibus cogito* etc. Id. II, 3. *Diebus ac noctibus nihil aliud agit.*

3. וְ ante הָיָה h. l. vertendum eft *nam,* ut faepe alias, veluti Pf. LX, 13. CVIII, 13. Proverb. IV, 18.

ratio-

rationem enim, cur pius beatus ſit praedicandus, reddit: probus eſt felix, ſimilis arbori, laetiſſime florenti, quicquid ſuſcipit, feliciter ipſi ſuccedit. כְּעֵץ שָׁתוּל עַל־פַּלְגֵי־מָיִם *Eſtque ſicut arbor, plantata ad rivos aquarum.* עֵץ h. l. quidam de ſingulari aliquo arborum genere volunt intelligendum, quod ad pii felicitatem exprimendam quaelibet arbor non ſit apta. Atque plerique quidem ad *palmam* alludi putant, quae centum fere annos viret laetiſſime, quotannis fructum largum reddit, atque loca irrigua amat, vid. CELSII *Hierobot.* P. II. p. 544. et SHAWII *Itiner.* p. 128. verſ. vern. Accedit, quod Pſ. XCII, 13. probus diſerte comparatur cum palma. *Palma gaudet riguis, totoque anno bibere amat*, inquit PLINIUS *Hiſt. Nat.* L. XIII. C. IV. atque idem L. XVI. C. XX. *Palmae folia non decidunt.* Ad *malogranatam*, quae cum vite ſolebat ad aquarum ductus plantari (vid. Ezech. XIX, 10.), reſpici putat I. E. FABER ad *Harmeri Obſervatt.* verſ. germ. P. II. p. 333. ſeq. Ceterum eadem imagine in re eadem utitur Ieremias XVII, 8., ubi hominem, qui in Iehova fiduciam ponit, eſſe dicit inſtar *arboris conſitae juxta aquas* (כְּעֵץ שָׁתוּל עַל־מַיִם), *et juxta ſcaturiginem mittentis radices, quae aeſtu, ubi venerit, non afficitur, ſed foliis viret, quae anni ſiccitatem non curat, nec deſinit ferre fructus.* פַּלְגֵי־מָיִם, *diviſiones, divortia, aquarum*, διέξοδοι τῶν ὑδάτων, ut recte Alexandrinus interpres, h. l. videntur eſſe canales, ad rigationem hortorum arte diducti. Hunc enim irrigandi morem uſitatum fuiſſe apud Hebraeos, patet ex Ieſ. LVIII, 11., ubi proſperitas reipublicae Iudaicae renovatae comparatur cum גַּן רָוֶה *horto irriguo.* Cf. *das alte u. neue Morgenl.* P. IV. No. 180. אֲשֶׁר פִּרְיוֹ יִתֵּן בְּעִתּוֹ *Quae fructus reddit tempore ſuo*, i. e. quotannis, eo, quo exſpectatur, tempore. Haec vero verba in comparatione non ad ſimilitudinem diriguntur, ſed ad per-

 petuam

petuam felicitatem et conservationem tota comparatio dirigitur, ut aperte docent, quae sequuntur. וְעָלֵהוּ לֹא יִבּוֹל *Cujus folium non marcescit.* Statum hominis fortunae copiis florentis Orientis poetae imagine *arboris laete vigentis* amant exprimere. Veluti Iobus VIII, 16. XV, 32. Similiter IBN DOREID, Poeta apud Arabes satis celebris, conqueritur de fortuna adversa comparatione instituta cum ramo *emarcescente,* olim *succoso* (Vs. 9. *Poemat.* ed. EBERH. SCHEIDII sive Vs. 11. ed. HAITSMAE):

إِذَا ذَوِي ٱلْغُصْنُ ٱلرَّطِيبُ

فَٱعْلَمَنْ أَنَّ قُصَارَاهُ نَفَادٌ وَذَوِي

Quamprimum flaccuerit ramus succosus, tunc certo scias, finem ipsius fore exhaustionem humorum, *et interitum.* וְכֹל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ *Et quidquid faciat, prospere succedet.* Quum verbum עָשָׂה etiam de arbore dicatur, fructus proferente, ut Ies. V, 4. XXXVII, 31., neque non צָלַח Ezech. XVII, 9. 10. de arbore feliciter virescente usurpetur; fuerunt interpretes, qui posterius hoc commatis nostri incisum non ad *probum,* verum ad *arborem,* referrent. Praeivit Chaldaeus: וְכָל לַבְלָבוֹי דִמְלַבְלֵב מַגְרַגַר וּמַצְלַח, *et omne germen, quod germinat, granescit et proficit.* Ejusdemque interpretationis Aben-Esra facit mentionem, cujus haec sunt verba: וכל אשר יעשה יצליח] ישוב על האדם הנמשל לעץ ויש אומרים כי ישוב כל אשר יעשה יצליח על העץ כי אם יוקח ממנו סעיף ויוטע יצליח ואחרים אמרו כי שב על עלהו כמו ועלהו לתרופה Verba: וכל אשר יעשה יצליח *referenda sunt ad hominem, qui cum arbore comparatur; sunt autem, qui ad arborem illa referant; quia si de arbore surculum sumas, eumque plantas, de eo usurpatur* יצליח; *alii ad frondem referunt, quasi haec verba sensu conveni-*

veniant cum illo Ezechielis loco: (XLVII, 12.): *ad utramque ripam fluvii crefcent omnis generis arbores edules, foliis non deciduis, et fructibus inexhauftis, quae fuis menfibus novos fructus edent; — eruntque earum et fructus efui* ועלהו לתרופה *et folia medicinae.* Idem placuit Fabro l. c. et Knappio ad h. l., ne poeta nimis fubito a figurata oratione ad propria verba transiſſe videatur. Sed non defunt exempla fimilis in uno eodemque Verfu translatorum cum propriis permutationis. Cf. LOWTH *de Sacra Poefi Hebr.* Praelect. X. p. 216. feqq. (111. edit. Lipf.). Accedit, quod, quum iam praeceſſiſſet: *quae edit fructum ftato tempore, cujus folia non marcefcunt;* ταυτολογία vix toleranda eſſet, fi haec etiam verba: *quidquid fructuum producit, profpere perficiet,* ad arborem referrentur. Accipienda itaque funt de *pio*, cui omnia profpera et laeta eveniunt; atque conjungenda cum Verfus initio: *erit pius inftar arboris fructiferae, et omnia profpere ipfi fuccedent.*

4. Contra ea impiorum et fceleratorum hominum nequaquam eft ftatus talis; nihil eft in iis firmum aut durabile, fed fluxa funt et caduca horum omnia: paleis fimiles funt, quarum levitas ventorum exagitationi expofita eft, et ab his jactatur et abripitur. Imago inde eft repetita, quod, vel cum frumentum more orientalium teritur in locis editis (ad quem morem alluditur Efai. XVII, 13. in vocibus מֹץ הָרִים), vel ventilatur in areis, quae in iftis terris fub dio erant, et etiamnum funt, palea vento difpergitur. Vid. SHAWII *Itinerar.* p. 124. verf. germ. PAULSEN *vom Ackerbau der Morgenländer*, p. 142., atque *das a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 781. Atque haec quidem imago adeo apta vifa eft poetis hebraeis, ad fubitam, qua infelix redditur improbus, converfionem rerum exprimendam, ut eam faepius ufurpent, veluti Pf. XXXV, 5., ubi

poeta

poeta Iovam orat, ut inimicos exagitet et disjiciat, ut fiant כְּמֹץ לִפְנֵי רוּחַ *glumae inſtar, quae expoſita ſit ventorum ludibriis.* Et Hoſeas XIII, 3. Ephraimitas diſperſos ait eſſe כְּמֹץ יְסֹעֵר מִגֹּרֶן *glumae ſimiles ab area turbine abreptae.* Ceterum in verbis noſtris אֲשֶׁר־תִּדְּפֶנּוּ obſervandum eſt, *Pronomen relativum* אֲשֶׁר abſolute poſitum eſſe: *ad quam* (paleam, *quod attinet, dispellit eam* ventus, ut ex genio linguarum Occidentis illud אֲשֶׁר modo relationi indicandae inſerviat, ut Ierem. I, 2. אֲשֶׁר אֵלָיו, *ad quem,* Deut. XXVIII, 49. אֲשֶׁר לֹא־תִשְׁמַע לְשֹׁנוֹ *cujus linguam non intelligis.* Plura vide in STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Ling. Hebr.* p. 298. ſeqq. In priori hujus Verſus membro Graeci Alexandrini interpretes pro eo quod in textu Hebrae legitur: לֹא־כֵן הָרְשָׁעִים ponunt: *οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως,* quaſi לֹא־כֵן bis legiſſent. Idem ſequuntur Vulgatus et Arabs, qui ex Graeco verterunt. Sed et Syrus, qui e textu Hebraeo vertit, in codice Erpenii ſuum ܠܐ ܗܟܢܐ repetiit, quod tamen in codice Vſſerii margini adſcriptum fuit, ut obſervatur in *Variis Lectionibus* ad verſ. Syr. in Tomo VI. Polyglottor. Londinenſ., in quibus alterum illud ܠܐ ܗܟܢܐ non eſt receptum. Et recte quidem, ut mihi videtur. Nam Origenes in Hexaplis tradit, neque in textu Hebraico, neque ab ullo interprete hoc vocabulum his poni (*οὔτε τὸ Ἑβραϊκὸν ἐδίπλωσε τὴν λέξιν, οὔτε τῶν ἑρμηνευτῶν οὐδείς*). Et Pſeudo-Hieronymus ad h. l. teſtatur, ſe ſemel tantummodo ſcripta vidiſſe in Origenis exemplis haec vocabula (*Id quod ſecundo dicitur,* non ſic, *in Hebraeis voluminibus non habetur, ſed ne in ipſis quidem LXX. Interpretibus. Nam in exemplis Origenis in Caeſareenſi Bibliotheca legens ſemel tantum ſcriptum reperi).* ANTON tamen, in *Specimine editionis Pſalmorum,* additamentum illud non ſolum defendit, ſed

etiam

etiam in textum recepit. „Neque haec lectio, inquit, gloſſema ſapit, cum neque explicationem vocabuli alicujus contineat, neque luculentus locus afferri poſſit, ex quo haec repetitio huc potuerit transferri. Neque textui hebraeo vitio librariorum ea irrepſiſſe videtur, quia facilius לֹא־כֵן in fine poterat negligi, quam vocabulo alio interpoſito, repeti. Praeterea huius repetitionis quae ſit vis, cum facile ſentiatur, non eſt, quod Theodoreti auctoritate doceamus. Denique eam uſui Hebraeorum eſſe acommodatam, ex Pſ. LVII, 8. intelligitur.“

5. עַל־כֵּן לֹא יָקֻמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט *Itaque improbi non conſiſtent in judicio.* Hoc de judicio Dei noviſſimo accipit Chaldaea paraphraſis, cujus haec ſunt verba: מְטוּל הֵיכְנָא לָא יִזְכּוּן רַשִׁיעֵי בְּיוֹמָא רַבָּא, *propterea non juſti reperientur*, i. e. condemnabuntur, *improbi die magno*, ſive, *die magni*, i. e. extremi, *judicii.* Chaldaeum ſequuntur interpretes Hebraei tantum non omnes, ex quibus Aben-Eſram tantum nomino, qui בַּמִּשְׁפָּט pro בְּהַמִּשְׁפָּט, cum *He demonſtrativo* poſitum urget, quemadmodum בַּשָּׁמַיִם ſaepe pro בְּהַשָּׁמַיִם (Pſ. XXXVI, 6.) occurrit, ut innuatur *noviſſimum illud et univerſale judicium*, quod eodem vocabulo מִשְׁפָּט intelligat Eccleſiaſtes Cap. XII, Vs. 14., cum ait. אֶת־כָּל־מַעֲשֶׂה הָאֱלֹהִים יָבִיא בְמִשְׁפָּט, *adducturum Deum in judicium omnia hominum opera.* Quo tamen loco ut ſignificetur *judicium extremum*, non eſt abſolute neceſſarium; videtur potius omne tempus, quo Dei providentia demonſtrat, improbi cauſam eſſe malam, ſignificari. Noſtro vero loco nulla cauſa eſt, cur uſitatam *tribunalis humani* ſignificationem relinquamus; qua retenta ſenſus erit hic: impiorum nemo conſiſtet ad tribunal, cadent cauſa, cum de ipſis judicabitur, et condemnabuntur. Quod ipſum ſtatim repetitur his verbis: וְחַטָּאִים בַּעֲדַת צַדִּיקִים *neque facinoroſi in coetu juſtorum.*

rum, reis enim inter inſontes locus non eſt, damnati cum his commune nihil habent.

6. כִּי יוֹדֵעַ יְהוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים *Novit enim Deus viam proborum*, hos ſolos agnoſcit et curat, et vitam ac ſtudia eorum approbat atque adjuvat. יָדַע, quod proprie eſt *noſſe*, ſaepe etiam ſignificat, *curare*, *curae cordique habere*, unde *non noſſe*, idem eſt, ac, *non approbare*, *improbare*, veluti infra CI, 4. רָע לֹא אֵדָע, *malum non novi*, non probo, et Hoſ. VIII, 4. *principes ſibi fecerunt* וְלֹא יָדָעְתִּי *quae mihi non placent*. Anonymo interpreti hiſtorico (cuius librum ſupra pag. 5. not. 3. indicavimus) יוֹדֵעַ non eſt *Participium conjugationis Cal*, ſed 3 *perſ. maſc. fut. Hiphil* (quae tamen potius יוֹדִיעַ foret), atque verba noſtra ſic vertit, *probis Iehova viam monſtrat*, quae ſpes erexerit Davidem, ab Abſalone ejusque turba fugientem, neque, quo ſe converteret, ſcientem. וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד *Via autem improborum perit*, omnia eorum ſtudia et inſtituta in nihilum rediguntur, res eorum nequaquam ſunt firmae et ſtabiles, neque poterunt durare aut conſiſtere. תֹּאבֵד, *perit*, *irrita fit*, ut infra IX, 19. תִּקְוַת עֲנָוִים תֹּאבַד לָעַד *ſpes miſerorum non ſemper irrita erit*. CXII, 10. תַּאֲוַת רְשָׁעִים תֹּאבֵד *ſpes impiorum irrita eſt*. Non aſſequitur improbus conſiliis et ſtudiis ſuis, quod quaerit, verum in damnum et malum irruit. Nulla cauſa eſt, cur vel cum I. D. MICHAELE in *Supplemm. ad Lexx*. P. I. p. 2. coll. Arab. أَبَدَ *aufugit animal pavidum factum*, unde Hebraeo אָבַד *errandi* notionem tribuit, verba noſtra ſic vertamus: *via malorum errat*, it per invia inque alta deſerta, aut periculoſos per calles; vel cum KNAPPIO (in *Notis* verſioni vernaculae ſubjectis) pro תֹּאבֵד, mutatis punctis vocalibus תְּאַבֵּד enuntiemus; quod Vir doctiſſimus, *in exitium ducet* reddi poſſe putat. Cui conjecturae praeterea STANGE in *Anticritica* p. 2.

recte

recte obvertit, cum Verbum אִבֵּד in forma Piel tranſitive *perdidit* ſignificet, hoc loco autem nulla res, quam via perdat, exprimatur, ſenſum ſive nullum, ſive certe parum commodum e lectione ita mutata prodire. Quod autem verba יָדַע et אִבֵּד non ſatis ſibi oppoſita ſunt, quod antithetorum parallelismus flagitat, id explicandum eſt ex more poetarum Hebraeorum, *quo in antithetis membrum oppoſitum ſaepe reticent, ex alterius oppoſitione ſupplendum*, cuius modi exempla plura, praecipue in Proverbiis obvia, collegit et explicavit GLASSIUS in *Philol. S.* p. 640. ed. Dath. atque GATAKER in *Cinno*, L. I. Cap. VI. p. 212. Proinde hoc loco antitheſis ut plene conſtet, in utraque periochae parte ex parte altera aliquid ſupplendum, hoc pacto: *Novit Deus probatque ſtudia atque conſilia proborum, eaque ideo conſiſtent et perſtabunt, at non novit probatve, imo odio habet, ſtudia et conſilia malorum, eaque itaque irrita fient.*

PSAL-

PSALMVS SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Contra regem aliquem Iſraeliticum hoſtes ad bellum conſurgunt (Vs. 1. 2. 3.); horum molitiones tamen irritae erunt, quum a Iova rex ille ſit conſtitutus, ſumma accepta in hoſtes poteſtate (Vs. 3—9.). Dehortatur itaque poeta hoſtes a vanis conatibus, irrito non tantum ſucceſſu ipſis propoſito, ſed et propria pernicie, inde in ipſos devolvenda, denuntiata (vſ. 10. 11. 12.).

Davidis eſſe hoc carmen, vetus opinio eſt, jam usque ab Apoſtolorum ducta temporibus [1]). Quam ſententiam, a majoribus acceptam, ſequuti etiam poſteriores ex Iudaeis interpretes, compoſitum carmen exiſtimarunt, cum Philiſtaei poſt expugnatam Iebuſaeorum arcem, aggreſſi ſunt Davidem bello petere [2]); infelici tamen

1) Vid. Act. Apoſtolor. IV, 25. 26. XIII, 33.

2) SALOMO IARCHI, poſtquam dixiſſet, hunc Pſalmum a multis ad Meſſiam referri, ita pergit: ולפי משמעו נכון לפותרו על דוד עצמו לענין שנאמר וישמעו פלשתים

tamen exitu, fuſae enim fugataeque ſunt Philiſtaeorum copiae [3]). Sed huic interpretationi obſtat primum, quod commate ſexto Sion mons appellatur *ſanctus*, quo ſplendido nomine vix ornari poterat, antequam ſanctuarium in eo conſtitutum eſſet, quod poſt bellum demum Philiſtaeum factum eſt [4]). Sed omnino de Davide cogitare vetat, quod eodem illo commate ſexto rex, qui hoc carmine celebratur, in Sione monte inauguratus dicitur. Quod Davidi minime convenit, qui non in Sione, ſive Hieroſolymis, ſed primum, Saulo vivente, Beth-

פלשתים כי משחו ישראל את דוד למלך עליהם ויקבצו את מחניהם ונפלו בידו ועליהם אמר למה רגשו גוים ונתקבצו כלם *Sed ad literam de Davide eſt explicandus, atque ad illum temporis tractum referendus, quo Philiſthaei Davidi, cum ab Iſraelitis regem eum electum eſſe accepiſſent, bellum intulerunt, in quo tamen ſunt victi. Hos itaque increpat hisce verbis: quare fremunt gentes atque congregantur?* Quod ipſum totidem fere verbis repetit KIMCHIUS: וזה המזמור חברו ואומרו דוד בתחלת מלכותו שנתקבצו עליו הגוים כמו וישמעו פלשתים וגו׳ *Hoc vero carmen compoſuit David atque cecinit regni ſui initiis, cum gentes finitimae in eum conjurarent, ut traditur* 2 *Sam. V*, 17. Neque multum differt ABEN-ESRA: ונכון בעיני כי זה המזמור חברו אחד מהמשוררים על דוד ביום המשחו על כן כתוב אני היום ילדתיך *Mihi videtur hoc carmen a quodam ex Cantoribus in Davidem eſſe compoſitum, cum rex electus eſſet, quo reſpiciunt verba: hodie genui te.*

3) Vid. 2 Sam. V, 20.

4) Vid. 2 Sam. VI, 1. ſeqq.

Bethlehemi, a Samuele [5]), poftea, cum regnum ipfe capefferet, Hebrone [6]), a tribus Iudae proceribus, rex effet confecratus. Accedit, quod hoc carmine gentes increpari videntur, imperio atque ditioni Ifraelitarum jam fubjectae, quae, cum novum regem electum effe audiffent, in feditionem confurgerent, jugumque Ifraeliticum a fe amoliri conarentur. Sed cum Davides imperium fusciperet, nullae gentes exterae Ifraelitis paruerunt [7]).

His itaque de caufis quum a Davide carmen fcriptum effe non poffit; apparet, neque locum

5) Vid. 1 Sam. XVI, 1—3.

6) Vid. 2 Sam. II, 1—4.

7) Hoc potiffimum fententiae receptae de Davide oppofuit HENSLERUS in *Obfervationibus in Pfalmos (Bemerkungen über Stellen in den Pfalmen und der Genefis) p. 7.* Regem aliquem Ifraeliticum Davide longe pofteriorem hoc carmine loqui cenfet, qui tamen a nobis vix poffit definiri. De *Iofaphato* olim cogitaverat ESROM. RUDINGER in *Argumento huius Pfalmi*, p. 40. *Exiftimaverit aliquis, hunc effe Pfalmum Afaphi Iofaphatici; habuit enim illud etiam tempus Afaphum, et prophetam quidem, atque in maximo periculo factum expeditionis illius Ammonitarum et aliarum conjuratarum gentium et regum, qui adverfus regnum Ifraeliticum et regem ejus Iofaphatum conjurarent* [2 Chron. XX.]. Sed paulo inferius (p. 41. 42.) fubjicit: *Diffimulare tamen non poffum, Davidi hunc Pfalmum accommodari, ut mihi videtur, multo rectius, quam cuiquam tempori aut autori alteri, et Davidis perfonae animofitas haec magis congruit, cum Iofaphat in expeditione Ammonitica timidior fuiffe videatur, quam David Ifraeliticis initiis fuit.*

locum eſſe relictum GROTII ſententiae, ceciniſſe Davidem hunc Pſalmum duodecimo regni anno, cum Philiſtaeos, Moabitas, Syros Zobenſes, ſive Neſibenos, aliosque finitimos populos bello aggreſſus ſibi ſubjecerit [8]). Neque vero, eadem de cauſa, Benjaminitae, qui Isboſethum cum Sauli familia adverſus Davidem ſuſtentarunt, poſſunt increpari, quod poſt VENEMAM ſupicatus eſt DOEDERLEIN [9]). Nec denique in Abſalonem, et eos, qui cum eo contra patrem conjuraverant, carmen invehi poteſt, quae eſt aliorum, multo minus probanda opinio [10]).

Sunt,

8) Vid. 2 Sam. VIII. 1. ſeqq. Grotium ſequuti ſunt I. C. R. ECKERMANN, qui in *Symbolis Theologicis (Theologiſche Beyträge*, Vol. I. Partic. II. p. 135. ſeqq. edit. primae) hunc Pſalmum in vernaculam vertit atque explicavit; F. GUIL. MOELLER, qui hoc carmen ſingulari commentatione illuſtravit in EICHHORNII *Bibliotheca Litteraturae Biblicae Univ.* Vol. VI. Partic. II. p. 203. ſeqq.; atque IO. TOB. GOTTL. HOLZAPFEL, Theologus quondam Rintelenſis, in Commentatt. binis, quae inſcriptae ſunt: *Sollte wohl Salomo der Gegenſtand des zweyten Pſalms ſeyn?* etc. Rintel. 1803. in quat.

9) *Theologiſches Journal*, P. I. p. 175. 176. Mutaverat vir, de univerſa theologia meritiſſimus, ſententiam de hoc carmine. Nam tredecim annis antea ita perſuaſum ipſi fuit, hunc Pſalmum de Meſſia agere, ut in *Scholiis in Libros poeticos V. T.* p. 71. ſcriberet: *Apertus carminis ſenſus ad Meſſiam potius, quam ad Davidem ſpectat. — Carmen videtur auſpicale, celebrat enim natales imperii.*

10) Hanc ſententiam nuper multis commendare ſtuduit Anonymus, cuius librum indicavimus in not. 3.

Sunt, qui Salomonem hoc carmine celebrari ſtatuant [11]), hac potiſſimum ratione moti, quod omnium, qui umquam regnum Iſraeliticum tenuerunt, ſolus ille, poſtquam ad Gihonem fontem rex unctus atque renunciatus eſſet, regali pompa Sionem conſcendebat [12]). Tum etiam, quod oratio, quae commate ſeptimo

3. ad Argument. Pſ. I. Eadem ratione hunc Pſalmum interpretati ſunt CHRIST. THEOPH. KUINOEL in *Prophetiarum Meſſianarum verſione et explicatione* (*Meſſianiſche Weiſſagungen des A. T. überſetzt und erläutert*, Leipz. 1792.), atque H. F. PFANNKUCHE in *Obſervationum philologicarum et criticarum ad quaedam Pſalmorum loca Specimine*, Brem. 1791. In ſimilem cogitationem inciderat ESROM. RUDINGER, cujus haec ſunt verba in Pſalmi noſtri προθεωρίᾳ p. 39. *Quodſi in Verſu ſecundo non obſtaret regum mentio, etiam ad Abſalonicum tempus referri Pſalmus poſſet; niſi fortaſſe Regum etiam exterorum ſocietatem ad illam ſeditionem ſuam conciliavit ſibi, aut conciliare ſtuduit, de quo tamen nihil ſcribitur; aut Reges potius catachreſtice erunt proceres et duces Abſalonici.* Davidem hoc Pſalmo cani, cenſet et C. GUIL. JUSTI, qui illum eleganter vertit et explicavit *in den National-Geſaengen der Hebraeer*, P. III. p. 89., etſi ad quodnam vitae Davidis tempus referendum ſit carmen; poſt tot ſeculorum intervalla definiri haud poſſe fateatur.

11) Veluti H. EBERH. GOTTL. PAULUS in *Clavi Pſalmorum*, p. 3. 4. et Vir quidam doctus, cuius commentatio, mox pluribus memoranda, inſerta eſt Συλλογῇ ſcriptorum minorum, quae *Memorabilien* inſcribitur, P. III. p. 66. ſeqq., quibus nos ipſi tum, cum primum hunc librum edidimus, adſtipulati ſumus.

12) Vid. 1 Reg. I, 45.

mo proponitur, ad Salomonem optime congruat. Narrat enim ibi aliquis, ſe appellatum quandoque eſſe Dei filium. Iam vero quum totus hic locus pendeat ex auctoritate alterius loci, qui ſecundo Samuelis libro (VII, 12. 13.) commemoratur, ad huius loci ſententiam noſtri interpretatio attemperanda videtur; ibi vero non Davides Dei filius dicitur, ſed aliquis ex ejus poſteris, cujus nomen nondum editum eſt. Quae quum pugnare videantur cum alio loco (Pſ. LXXXIX, 27. 28.); in quo certa hujus appellationis veſtigia de Davide expreſſa ſunt; reſpondent, potiorem eſſe loci in ſecundo Samuelis libro obvii praerogativam, et videri illum locum aliter intellectum eſſe ab Ethane vate, Pſalmi undenonageſimi auctore, et certis de cauſis ad Davidem traductum [13]). Verum enimvero ut ad Salomonem carmen referamus, potiſſimum illud vetat, quod Pſalmi initium invehitur in populos, qui regis a Iova conſtituti imperio ac poteſtati ſe nolunt ſubjicere. Sed neque in Regum commentariis, neque in Annalibus brevioribus, populos finitimos, quos Davides ſibi ſubjecerat, Salomone regnante adverſus eum rebellaſſe perſcriptum reperitur. Contra 1 Reg. V, 4. 5. 18, et 1 Chron. XXII,

9.

13) Uſus ſum verbis Viri docti in *den Memorabilien* III, p. 76.

9. diſerte dicitur, omnia pacata illo rege fuiſſe. Cui diſerto hiſtoriae teſtimonio quod obvertunt, non eſſe inde colligendum, populos a Davide ſubjugatos jugum ſibi impoſitum ita patienter ſemper tuliſſe, ut eo ſe ſubducere numquam eſſent conati, quod potius, Davide mortuo, ſub novi regis initiis factum credibile eſſe, videri tamen illos impetus mox coercitos et repreſſos fuiſſe, neque igitur tanti momenti, ut in annalibus eorum mentio injiceretur [14]), pro lubitu et in gratiam hypotheſeos defendendae ſumitur.

A Nathane, vate, compoſitum eſſe hoc carmen, ut Salomonem regni heredem legitimum atque divinitus conſtitutum Iſraelitis commendaret, ſingularis eſt viri cujusdam docti [15]) ſententia, quae fert, quum ingraveſcentibus Davidis annis alter filiorum regis, Adonijah, non ſine manifeſta imperii affectatione, peculiari

14) Quae eſt PAULI ſententia in *Clavi Pſalmorum*, p. 6. edit. ſec., et HEZELII in libro: quem inſcripſit: *der Schriftforſcher*, P. I. p. 181. ſeqq. ubi hanc carmen noſtrum interpretandi rationem prolixiori expoſitione commendavit. Plura tamen illi oppoſuit HOLZAPFEL in Commentatt. ſupra Not. 8. laudat.

15) Qui, nomine ſuo ſuppreſſo, hoc carmen docta commentatione illuſtravit, quae inſcribitur: *Ode πραγματικὴ, Nathani, vati Hebraeo vindicata, vulgo Pſalmus ſecundus.* Inſerta eſt *den Memorabilien* III, p. 66. ſeqq.

liari inſtrumento regio uti coepiſſet, milite etiam comparato, regiisque amicis ſibi comparatis, atque patre ſene nihil propterea gravius in filium ſtatuente, factum repente eſſet, ut taciti ignes erumperent, graviſſimumque Salomoni, auctoritate, ut exiſtimabatur, divina, in regem cooptando, incendium minitarentur [16]); Nathanem, qui promte obtulerit officia ſua Bathſebae, Salomonis matri, in opprimendis Adonijae conatibus, ſcripto etiam hoc carmine invectum in eum fuiſſe, et rebellionem civium disſuadere hoc modo voluiſſe exiſtimat. Neque, cum inauguratio novi regis opera ejusdem viri peracta eſſet, ineptam conjecturam eſſe, oblatum recitatumque hoc carmen Salomoni fuiſſe in ipſa regiae inaugurationis caerimonia. Cui ſententiae maxime obſtat *regum* et *populorum* mentio, ſtatim carminis initio. Qua ex difficultate vir doctiſſimus quidem ita ſe expedire conatur, ut reges dictos eſſe putet, qui regios honores affectarent, גוים vero de tribubus Iſraeliticis interpretetur. Neutrum tamen linguae uſus videtur admittere. Quodſi enim etiam demus, מלכים, *regum*, nomine intelligi, qui *regnum affectarent*; tamen plurium mentio non congruit in ſolum Adonijam. Tum de *tribubus Iſraeliticis* numquam גוים uſurpatur [17]). Accedit, quod quae Verſſ. 5.

9.

16) Vid. 1 Reg. I, 5. ſeqq.

17) Ea enim loca, quae GEIERUS in *Commentar. ad Pſ. II*, 1. adfert, in quibus *totus populus Iſraeliticus*

9. 11. leguntur, aſperiora ſunt, quam ut in cives Iſraelitas dicta eſſe videantur. Certe multo aptius iſtae compellationes referuntur ad gentes exteras.

Iam quum, uti vidimus, neque ad Davidem, neque ad Salomonem hocce carmen commode referri queat, multo minus ſeriorum regum Hebraeorum alicui accommodari apte poterit; tam magna enim et praeclara ſunt, quae de rege, de quo vates loquitur, praedicantur, ut in nullum eorum regum cadant, qui poſt Salomonem Judaicum aut Iſraeliticum regnum tenuerunt. Quare tutiſſimum erit, vetuſtiorum Hebraeorum ſententiam ſequi, canere Pſalmum magnum illum regem, המשיח, *Unctum κατ' ἐξοχήν* dictum, quem Hebraei ſperabant futuro aliquo tempore rem ipſorum multo ampliorem et auguſtiorem, quam unquam antea fuiſſet, reſtauraturum [18]), orbis-

cus גוי appellatur (Geneſ. XII, 2. XVII, 16. XVIII, 18. Exod, XIX, 6. Ezech. II, 2.), nihil huc faciunt. *Tribus* vero *Iſraeliticas* ſi poeta noſter intellexiſſet, haud dubie uſus eſſet nomine שבטי ישראל.

18) De *Meſſia* unanimi doctorum veterum conſenſu ac traditionis auctoritate exponi olim ſolitum eſſe hoc carmen, teſtatur R. SALOMO IARCHI ad h. l. רבותינו דרשו את הענין על מלך המשיח ולפי משמעו ולתשובת המינים נכון לפותרו על דוד עצמו *Doctores noſtri hunc Pſalmum expoſuerunt de rege Meſſia; ſed ad ſenſum literalem, et ut occurratur Haereticis* (i. e. Chriſtianis)*; expedit, eum de Davide ipſo interpretari.* De verbis ולתשובת המינים, quae in pleriſque codicibus abſunt, nec in Bibliis Rabbinicis Buxtorfianis extant, legendus eſt ED. POCOCK in *Notis*

orbisque terrarum populos una cum ſuis regibus ſub poteſtatem ſuam redacturum. Illorum igitur vanos conatus, tanti regis, a Jova ipſo conſtituti et adjuti, imperio ſeſe ſubtrahendi, jugumque ipſis impoſitum excutiendi, forma dramatica vates deſcribit *). Tempus tamen, quo compoſitum ſit carmen, nemo facile definiverit. Ceterum Meſſiam hoc Pſalmo cani, perſuaſum erat quoque Petro [19]) et Paulo [20]), Apoſtolis, et ei, qui epiſtolam ad Hebraeos ſcripſit [21]), ſed accom-

Notis Miſcellaneis, Portae Moſis, a ſe editae, ſubjectis, p. 307. ſeqq. Similiter DAV. KIMCHI ſub finem expoſitionis hujus Pſalmi: ויש מפרשים זה
המזמור על גוג ומגוג והמשיח הוא מלך המשיח וכן פירשו
רבותינו ז"ל ומבואר זה המזמור על זה הדרך אבל הקרוב
הוא כי אמרו דוד על עצמו כמו שפירשנו *Sunt, qui hunc Pſalmum de Gog et Magog interpretentur, eſtque unctus rex Meſſias, atque ita expoſuerunt doctores noſtri, beatae memoriae, eſtque Pſalmus, hoc modo explicatus, perſpicuus; at vero magis conſentaneum videtur, compoſuiſſe eum Davidem in ſe ipſum, quemadmodum et nos eum interpretati ſumus.*

*) Cf. *das alte u. neue Morgenl.* P. IV. p. 783.

19) Act. IV, 25.

20) Act. XIII, 33.

21) Hebr. I, 5. Quam ſapienter autem Apoſtoli hoc carmine in docendis et convincendis hominibus uſi ſint, multis oſtendit ECKERMANN in *den Theologiſchen Beyträgen*, Vol. I. Partic. II. p. 135. ſeqq. et Vol. II. Part. III. p. 79. Cf. et G. F. HUFNAGELII *Diſſertat.* in hunc Pſalmum, quae prodiit Erlangae 1786. in quat., et repetita eſt *in Commentatt. Theologg.* a Velthuſenio etc. edit. P. IV. p. 401. ſeqq., HEINRICHSII *Not. ad Hebr.* I, 5. atque AMMONIUM in *dem Entwurf einer Chriſtologie des Alt. Teſtam.* p. 37. 38. Niſi ipſis etiam apoſtolis perſua-

 ſum

commodarunt carmen illi, quem verum Meſſiam praedicarunt. Ipſum tamen Ieſum ſalvatorem, vatis menti, dum carmen hocce componeret, obverſatum fuiſſe, nemo credat, qui, nulla praeconcepta opinione occupatus, ſecum reputet, quae Verſu nono de crudeli, quod in populos devictos rex ille exerciturus ſit, imperio, leguntur [22]).

Ceterum

ſum fuerit, eſſe in iis librorum ſacrorum locis, qui tunc temporis ad Meſſiam referebantur, Ieſu Nazaretani perſonam adumbratam; quae res nondum ſatis eſt explicata. Interim legiſſe juvabit, quae ſcripſit Vir quidam Doctus in literis ad Eichhornium datis, inſertis *der Allgemeinen Bibliothek der bibliſchen Literatur*, Vol. V. Partic. III, p. 420. ſeqq.

22) Commentationem, lectu dignam, *de ratione, prophetias Meſſianas interpretandi certiſſima, noſtraeque aetati accommodatiſſima*, ſcripſit CONR. GOTTL. ANTON, Literar. Orientall. Prof. Viteberg. (1786.), qua certiſſimam rationem demonſtrandi aliquod vaticinium de Meſſia agere ait eſſe hanc, ſi oſtendatur, ea, quae tradantur a propheta aliquo, non convenire, niſi Meſſiae, vel ejus eſſato ineſſe notas, huic proprias. Pſalmo autem ſecundo ineſſe, ſi uſum loquendi ſequamur, haec potiſſimum, quae neque Davidi, neque Salomoni conveniant: 1) Gentes et reges terrae imperium Iovae et regis, ab ipſo conſtituti, a ſe amoliri conantur (Vs. 1. 2. 3.). At reges terrae, quae, uti ex Vs. 8. appareat, non poſſit eſſe Palaeſtina, nec Davidi, nec Salomoni fuiſſe ſubjectos. 2) Formulam, *tu es filius meus, ego hoc die, quo te regem Sionium conſtituo, te a me genitum eſſe demonſtro*, indicare, hunc regem non eam ob cauſſam dici Dei filium, quia eum tanquam filium tractaturus eſſet, ſicuti Salomonem (2 Sam. VII, 14.), ſed quia ab ipſo vere genitus poſſet dici: nam hic בני circumſcribi per ילדתיך; contra vero Pſ. LXXXIX, 28. ubi Deus dicit, ſe Salomonem effecturum primo-

Ceterum hic Pſalmus, qui nobis ſecundus eſt, olim primus fuit, quod is, qui praecedit, tanquam prooemium, numeratus non eſſet [23]). Hinc factum, ut Actor. XIII, 33. carminis noſtri Verſus ſeptimus ut *ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ πρώτῳ* extans in quibusdam exemplaribus Graecis excitetur [24]). Et inveniuntur etiamnum codices Hebraei,

mogenitum (ſcil. regem), hanc explicationem ſubjici, *ſublimem inter reges terrae*, unde patere, primogenitum regum dici regem praecipuum, qui uſus loquendi Hebraeis ſit ſatis tritus. 3) Gentes usque ad fines terrarum incolentes ei regendae promittuntur; ſed Davidi et Salomoni vel in carminibus regnum multo anguſtioribus circumſcriptum limitibus tribui, docere Pſ. LXXXIX, 25. 4) Beati praedicantur, qui fiduciam in hoc rege ſunt poſituri. Sed in carminibus ſacris Iſraelitas juberi confidere ſoli Deo, vero ipſorum regi, non autem regi humano, ejus vicario, Pſ. CXVIII, 9. CXLVI, 13. Mich. VII, 5.

23) Cf. Argumentum *Pſalmi primi*, ſub fin.

24) Ita ſcriptum reperitur in Codice Cantabrigienſi, et ſic ediderunt Eraſmus, Bengelius, Griesbachius, Patrum Graecorum Latinorumque potiſſimum auctoritatem ſecuti. Inter eos praecipue nominandus eſt Origenes, qui in Scholio ad hunc Pſalmum dicit, ſe habere duos codices Pſalmorum manuſcriptos, quorum alter Pſalmum utrumque ex noſtra ratione dividat, alter vero utrumque conjungat; cujus diſcrepantiae cauſam quaerendam eſſe ait in Codicibus hebraice ſcriptis, qui nullos omnino numeros adſcriptos agnoverint, En ipſa verba Origenis, prout ea exhibet MONTFAUCON in Notis ad Hexapla: *δυσὶν ἐντυχόντες Ἐβραϊκοῖς ἀντιγράφοις, ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ εὕρομεν ἀρχὴν δευτέρου ψαλμοῦ ταῦτα· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ συνήπτετο τῷ πρώτῳ· καὶ ἐν ταῖς πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων τὸ, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ἐλέγετο εἶναι τοῦ πρώτου ψαλμοῦ, ὡς γὰρ γέγραπται, φησὶν, ἐν πρώτῳ ψαλμῷ, υἱός μου εἶ σύ· τὰ ἑλληνικὰ*

braei, in quibus noſtrum carmen numero eſt primum [25]). In aliis utrumque unum continuum facit [26]).

λημικὰ δὲ ἀντίγραφα δεύτερον εἶναι τοῦτον μηνύει, ἐν μέντοι τῷ Ἑβραϊκῷ οὐδενὶ τῶν ψαλμῶν ἀριθμὸς παράκειται, πρῶτος εἰ τύχοι ἤ β'. ἤ γ'. In codicibus tamen et editionibus plerisque, nec non in verſione Vulgata atque Orientalibus tantum non omnibus legitur ἐν τῷ ψάλμῳ τῷ δευτέρῳ. Neutrum tamen a Lucae manu videtur. Etenim quum N. T. ſcriptores non ſoleant citare numeros et capita, non magis quam Rabbini et Talmudici; veriſimile eſt, Lucam ſcripſiſſe nihil niſi ἐν τῷ ψάλμῳ, nullo numero addito, ut olim in quibusdam codicibus extitit, id quod patet ex iis, quos Griesbachius ad h. l. teſtes pro hac lectione attulit.

25) Veluti in duobus codicibus a de Roſſio collatis, quorum ſub finem argumenti Pſalmi primi mentio eſt facta. Litera א, tanquam numero primum, hunc Pſalmum ſignatum invenit etiam I. D. MICHAELIS in codice Caſſellano; qua de re pluribus diſſeruit in *Biblioth. Orient.* T. II. p. 219. ſeq.

26) In *quatuor* Kennicott. et *tribus* Roſſ. Sic etiam in altero ſuorum codicum invenit Origenes, vid. ſupra not. 24. Dignum ceterum, ut hic adſcribatur, quod Kimchius ad hujus carminis initium notat: זה המזמור הוא מזמור השני וכן מצאנו אותו בכל הספרים המדוייקים שהוא ראש מזמור ובחשבון כותבים אותו שני ומקצת מרבותינו אמרו כי אשרי ולמה רגשו גוים מזמור אחד הוא ואמרו כל פרשה שהיתה חביבה על דוד פתח בה באשרי וסיים בה באשרי *Pſalmus hic ordine eſt ſecundus. Sic enim ipſum invenimus in omnibus libris correctioribus, quod nempe ſit caput pſalmorum, et in eorum ſupputatione ſcribunt eum ſecundum. Caeterum, quidam e Magiſtris tradunt, Pſalmum primum et hunc unum continuum eſſe carmen; addunt, Davidem omnem materiam, quae ipſi cordi maxime fuerit, incepiſſe voce* beatus, *et eadem illam concluſiſſe.* Cum qua cogitatione, inſcius, ut

1. Abrupto initio ftatim prorumpit animi concitati affectus in acclamationem indignitatione plenam. Videt poeta hoftium turbas atque bellicofos tumultus, et nefcius quafi et admirabundus, quid gentes commoveat, et ad capienda arma excitet, exclamat:

Quid tumultuantur infano cum ftrepitu gentes?
Et nationes aeftuant inania?

Fere uti HORATIUS Epod. VII. ubi totum populum Romanum in bella atque proelia ruentem ita affatur;

Quo, quo fcelefti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enfes conditi?

Apte vero nofter ad pingendum exercitus tumultuantis ftrepitum adhibet verbum רָגַשׁ, cujus propriam vim nobis fervavit Arabum رجس, *tremuit fragore concuffum coelum*, tum ufurpatur de *barritu cameli vehementiore, ftrepituque ac fremitu maris;* Syris etiam ܪܓܫ cum derivatis *ftrepitum, fragorem, fremitum* denotat. Hinc apud Hebraeos translatum ad ftrepitum tumultuantis multitudinis, quae, irarum ac minarum plena, murmura mifcet, et in dira ae minantia verba erumpit, atque in aliorum capita irruit. Hinc רִגְשָׁה Pfalm. LXIV, 3. de *hominum violentorum turba* dicitur (תַּסְתִּירֵנִי מֵרִגְשַׁת פֹּעֲלֵי אָוֶן), atque Pf. LVIII, 15. de *ftrepitu multitudinis* ad templum Iehovae *euntis*. Cf. MICHAELIS *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. VI. p. 2234. fequ. Huic in altero Verfus membro refpondet הָגָה, quod hoc loco prima *aeftuandi* fignificatione accipiendum videtur, quam nobis aperit Arabum هجى, cujus primigenia vis eft in *fervore aeftuante*, five *exaeftuante*. Adhibetur

quidem puto, confentit Vir doctus in *den Beyträgen zur hiftorifch. Ausleg. des A. T.* P. I. p. 15. (*Mit Wohl fängt fich der Pfalm an; mit Wohl endigt er fich*).

betur enim de die, cujus *vehementiſſimus eſt fervor aeſtusve* (هَجَرَ يَوْمُنَا — اشْتَدَّ حَرُّهُ funt verba Phiruzabadii). Qua eadem notione Hebraeum הָגָה quidam uſurpatum putant Ieſ. XXVII, 8. *de vento urente.* Unde transfertur ad *incitatiores* quosque *animi motus*, ſive ii intus in animo aeſtuent (quare etiam de *meditatione* uſurpatur, quae priſcis illis hominibus quaedam *animi* videbatur *agitatio* et *commotio*, ut Proverb. XV, 28. *cor iuſti* יֶהְגֶּה לַעֲנוֹת *exaeſtuat meditabundum, ut* apte *reſpondeat, at os improborum* יַבִּיעַ *ebullit*, i. e. ſine modo et verecundia ejectat dicta *peſſima*, ubi הָגָה, *aeſtuare*, atque הַבִּיעַ, *ebullire*, eximie invicem ſibi reſpondent), ſive *exaeſtuent* et erumpant in *verba, murmura, gemitus, ululatus, clamores*, unde de *leonis rugitu*, Ieſai. XXXI, 4. Prorſus ut Latinorum *aeſtuare*, quod proprie eſt *aeſtu fervere*, et quaſi calorem conceptum motu quodam alterno exſpirare, conſueta metaphora *ad animum* transfertur, cum ille inſtar ferventis humoris, vel maris concitati, quocunque affectu movetur. Quale illud CICERONIS in *Orat. de Haruſpic. Reſponſ.* c. 2. *Aeſtuans ſe e curia proripuit cum quibusdum fractis jam atque inanibus minis.* Recte itaque h. l. Aquila Φθέγξεται poſuit, et Aben Eſra: יהגו ריק בריבור כמו וּלְשׁוֹנִי אִם־יֶהְגֶּה רְמִיָּה (ſenſus eſt, verbum הָגָה h. l. de affectu exaeſtuante, atque in voces erumpente ſumendum eſſe, ut Iob. XXVII, 4., quem locum adſcripſit). Ceterum verbi הגה ſignificationes earundemque ſeriem bene illuſtrarunt ALB. SCHULTENS in *Commentar. in Proverbia* p. 320. coll. p. 71. et in *Commentar. in Iob.* p. 1040. atque in *Animadverſſ. Philologg. in Thren. Ierem.* Cap. III. vſ. 62. p. 509.; EVERARD. SCHEIDIUS in *Obſervatt. Grammatt. ad Pſalm. I.* p. 66—68., et IO. GUIL. SCHROEDER in *Obſervatt. Philologico-Criticis in difficiliora quaedam Pſalmorum loca*, Lugd. Batavor. 1781. p. 1. ſeqq. Quod autem hoc loco cum יֶהְגּוּ conjunctum eſt,

ריק,

רִיק, VENEMA in *Commentar.* ad h. l. p. 60., collato Arabum ريق, *ſputum, ſalivam,* interpretatur, noſtraque verba vertit, *protrudunt ſputum,* quod eo refert, quod ſaliva ex ore emiſſa indicium eſt irae et indignationis, unde נָתַן תִּפְלָה Iob. I, 22. et שׂוּם תִּפְלָה Iob. XXIV, 12. *ſalivam emittere* de irato adhibeatur. Idem ſequitur HAGG. HAITSMA in *Obſervatt. Miſcellaneis ad Ibn Doreidi Poemation* (Franeq. 1773.) p. 311. not., et CAROL. DAV. ILGEN in Diſſertat. *de Notione tituli filii Dei, Meſſiae, hoc eſt, Uncto Iovae, in Libris Sacris tributi* (quae typis repetita eſt in Part. VII. *der Memorabilien* p. 119. ſeqq.) p. 161. hujus libri, ubi verba noſtra reddit: *populi ore ſpumante murmurant.* Sed hanc interpretationem vix admittat linguae uſus, quo de *ſaliva,* vel *ſputo* conſtanter רֹק (a radice יָרַק) dicitur, contra רִיק omnibus, quibus occurrit, locis, ſolam *vani, inanis,* notionem habet: veluti infra IV, 3. תֶּאֱהָבוּן רִיק *amabitis vanum.* Levit. XXVI, 16. וּזְרַעְתֶּם לָרִיק זַרְעֲכֶם *et ſeminabitis in vanum,* i. e, incaſſum, *ſemen veſtrum;* ibid. vſ. 20. וְתַם לָרִיק כֹּחֲכֶם *et conſumentur fruſtra vires veſtrae.* Pſ. LXXIII, 13. רִיק זִכִּיתִי לְבָבִי *fruſtra purificavi cor meum.* Ieſai. LXV, 23. לֹא יִיגְעוּ לָרִיק *non laborabunt in nihilum.* Neque magis probari poteſt HUFNAGELII ſententia (in Notis ad h. l. in *Diſſertat. ſuper Pſalmo* II, cujus epitomen dedit EICHHORN in *der Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* P. I. p. 534.), eſſe vocabulo רִיק etiam *improbitatis* notionem junctam, quemadmodum voces הֶבֶל et אָוֶן, ſignificatione *vanitatis* cum רִיק cognatae, eandem illam *perverſitatis* notionem comprehendant; adeo ut hoc loco רִיק, flagitante contextu, *improbam ſeditionem* notet, totaque dictio vertenda ſit, *populi ſeditionem cur moliuntur?* Cui ſententiae recte opponit EICHHORN in *der Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* P. I. p. 532., voces, quae unam alteramve ſignificationem communem habeant, non tamen in omnibus ac ſingulis conveniant neceſſe eſſe.

Neque

Neque *improbitatis* notio probari poteft ex Iud. IX, 4., quo loco אֲנָשִׁים רֵקִים non funt *homines mali* et *perverfi*, fed *pauperrimi*, *ex infima plebecula*, propr. *vacui* (ut 2 Chron. XIII, 7. Iud. XI, 3.), quemadmodum כֵּלִים רֵקִים 2 Reg. IV, 3. funt *vafa vacua*, et Iud. VII, 16. כַּדִּים רֵקִים *cadi vacui*. Maneat ergo et hoc loco *inanis* notio, quae fatis apta eft totius carminis argumento, quod totum in eo eft, ut doceat moliminum hoftilium vanitatem. Cf. HERDERI librum: *vom Geift der Ebraeifchen Poefie*, P. II. p. 395., ubi elegans noftri carminis extat verfio fubjectis notis doctiffimis.

2. Conjurarunt infani nefaria audacia de opprimendo eo, quem Iova ipfe regem conftituit:

Confurgunt in arma reges terrae,
Principes in foedera coëunt
Contra Iehovam, et, quem ipfe unxit, regem.

מַלְכֵי־אֶרֶץ, *reges terrae*, quos poftea magis proprie רוֹזְנִים, *principes*, appellat, non funt, uti quidam volunt, vicinorum populorum Cananaeorum reguli, quos Davides fubjugaffet, potiffimum quinque Philiftaeorum reguli, qui in libris hiftoricis סְרָנִים appellantur, חֲמֵשֶׁת סַרְנֵי פְלִשְׁתִּים, Iof. XIII, 3. Iud. III, 3. XVI, 5. 8. 1 Sam. VI, 18.; fed exterarum gentium reges, qui Iovae regisque ab eo conftituti imperium amoliri conantur. De horum conjuratione membro primo utitur verbo הִתְיַצֵּב, quod quamquam cum particula עַל plerumque ita conjungitur, ut valeat *apparere*, *operam dare*, *miniftrare* (veluti Iob. I, 6. II, 1. Zach. VI, 5. 2 Chron. XI, 13.), tamen hoc loco poni in malam partem de *iis*, *qui oppugnant alios*, *qui coëunt*, *conjurant*, atque adeo *confilia capiunt adverfus aliorum caput et falutem*, cum ex eo intelligitur, quod verba עַל־יְהוָה etiam cum verbo יִתְיַצְּבוּ cohaerent, tum res ipfa, quam vates canit, declarat. Eodem fenfu formulae συνίστασθαι ἐπί τινα et συστῆναι ἐπί τινα apud Graecos ufurpantur (v. c. apud Xenophont. Cyri paed. I, 1. 2.). Huic par eft in membro altero verbum הִוָּסֵד, quod, bene obfer-

obfervante MICHAELE (in *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* P. IV, p. 1100.), praeeunte VENEMA ad h. I. p. 63. primum fignificat *recumbere fuper pulvino* (collato Arabico وِسَادٌ, *cervical, lectulus, fuper quo interdiu decumbitur quietis* et confabulandi *cauffa*, a وَسَّدَ *ponere, fupponere*, capiti, corpori, unde Hebraeis יָסַד *fundare*), etenim pro *fellis* etiamnum in Orientis regionibus in ufu funt *pulvinaria*, five *lecti, omnes camerae parietes ambientes*, in quo et amici confidere confabulantes folent, et confiliarii regum (cujusmodi confeffus five concilium دِيوَان, *Divan*, hodie apud Turcas appellatur). Hinc translatum ad *deliberandum*, atque *confilia capeffenda* (quemadmodum verbum יָשַׁב et מוֹשָׁב, cf. not. fupra ad Pfalm. I, 1.). Atque cum יַחַד junctum verbum intimam familiaritatem defignat, qua fuper *uno pulvino* recumbunt, et communia capiunt confilia, fimiliter Pf. XXXI, 14. בְּהִוָּסְדָם יַחַד עָלַי, *dum confilia contra me ineunt*. Hoftes illi vero ipfi *Iovae* (עַל־יְהוָֹה) fefe opponunt, dum eum aggrediuntur, quem *proregem* fibi conftituit, עַל־מְשִׁיחוֹ, *quem fibi unxit* regem; ungebantur enim oleo et reges et facerdotes, tanquam ad folennem renunciationem et confecrationem muneris divini, quod gererent. Similiter Saulus 1 Sam. XXIV, 7. מְשִׁיחַ יְהוָֹה, *a Iova unctus* appellatur. Summus enim Ifraelitarum rex erat Iova (Exod. XIX, 4. feqq. coll. Deuter. XXXIII, 5.), qui fui vicarium fibi conftituit; quare reges Ifraelitici dignitatem fuam Iovae debere cenfebantur, vid. 1 Sam. X, 17. feqq. de Saulo; et 1 Sam. XVI, 1. feqq. de Davide, coll. infra vf. 6.

3. Hoftes ipfi in fcenam producuntur. Audimus clamores, quibus fe mutuo ad feditionem ac bellum contra Hebraeum regem exhortantur:

Vincula eorum rumpamus,
Abjiciamus a nobis eorum funes!

מוסרות,

מוֹסְרוֹת, *vincula*, et עֲבוֹת, *funes*, hoc loco *imperii* et *dominatus* imagines eſſe, vix monitu opus videtur. Kimchi tamen figurate *forte conſilium firmumque conſenſum* denotari putat (הם משל לעצה ולהסכמה החזקה). Neque multo aliter interpres anonymus in *den Memorabilien*, P. III. p. 85., qui carmen noſtrum Nathani vindicare ſtudet, *pacta conventa*, quibus auctoritatem tantam Salomoni Nathanes conciliaverat, a regibus et proceribus conjuratis, qui hoc Verſu loquantur, *vinculorum* nomine indicari exiſtimat. Sed huic interpretationi parum favet membrum commatis noſtri alterum: וְנַשְׁלִיכָה מִמֶּנּוּ עֲבֹתֵימוֹ, quod vix aliter accipi poteſt, quam de jugo ſervili, quod populi ſubjugati a ſuis cervicibus dejicere conabantur. PAULUS in Clavi ſenſum huno eſſe cenſet: quae ſecum afferunt, vincula, quibus conſtringant, quos e noſtris abducturi ſint captivos, ex eorum manibus extorqueamus, atque longe procul abjiciamus; nec tamen hoſtiumne verba an Iſraelitarum haec putet, addit. Quum cognatum cum Hebraeo נָתַק Arabicum نتق praeter plura alia etiam ſignificet: *detraxit*, veluti pellem de corpore, atque *extraxit*, ut ex puteo urnam; ſatis mirari non poſſum, propoſuiſſe neminem eorum, qui vocum Hebraearum ſignificationibus refingendis, ope cognatarum Arabicarum, de literis Hebraeis bene mereri cuperent, hanc verborum noſtrorum verſionem: *detrahamus vincula eorum.* Sed verbi נָתַק proprius uſus eſt in *filis, funibus*, et *vinculis, quae rumpuntur*, veluti Ieſai. V, 27. לֹא נִתַּק שְׂרוֹךְ נְעָלָיו, *non rumpitur corrigia calceorum ejus.* Iud. XVI, 9. כַּאֲשֶׁר יִנָּתֵק פְּתִיל, *quemadmodum rumpitur filum.* Eccl. IV, 12. *Filum triplicatum non facile* יִנָּתֵק *rumpitur.* Praecipue vero forma Piel de *rumpendis captivorum vinculis* uſurpatur, ut hoc loco, et Ierem. II, 20. נִתַּקְתִּי מוֹסְרוֹתַיִךְ *rupi vincula tua*, nec non Ierem. XXX, 8. מוֹסְרוֹתֶיךָ אֲנַתֵּק, *vincula tua rumpam.* He paragogica in נְנַתְּקָה et נַשְׁלִיכָה vim *optativam* vel Subjunctivi modi habent, ut alias ſaepe in Futuris, v. c. Pſ. IX, 3. אֶשְׂמְחָה וְאֶעֶלְצָה *laeter et exſultem*, et Ieſ. V, 19. יָחִישָׁה, *accele-*

acceleret, חָבוֹאָה, *veniat,* et נֵדְעָה, *cognoſcamus.* Ceterum pronominibus affixis in מוֹסְרוֹתֵימוֹ et עֲבֹתֵימוֹ adjuncta eſt *Vau paragogica,* ut in libris poeticis ſaepius, metri, ut puto, cauſſa. Sic Pſ. XXI, 11. פִּרְיָמוֹ, *foetus eorum,* XVII, 10. פִּימוֹ, *os eorum,* et Deut. XXXII, 36. 37. אֱלֹהֵימוֹ et זְבָחֵימוֹ. Cf. SCHROEDERI *Inſtitutt.* Sect. VIII. Reg. CXXIX. Not et STORRII *Obſervatt.* p. 111.

4. Sed impiae potentiae inanes conatus ridiculos eſſe ſignificat:

Qui in coelo habitat, ridet eos,
Subſannat eos Dominus!

et inanes molitiones eorum; fruſtra enim adverſus ipſum et decreta ejus ſuscipiuntur. יוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם, *in coelo habitans,* vocatur Iova hoc loco, ut Pſ. CXXIII, 1., quemadmodum ab Homero Iupiter ſaepe *αἰθέρα ναίων,* quod vetus Scholiaſtes explicat: *ὁ τὸν ὑπὲρ τὸν ἀέρα ὄντα αἰθέρα κατοικῶν,* Similiter Heſiodo dii ſunt *οἱ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,* unde EURIPIDES in *Ione* vſ. 870, *coelum* vocat *θεῶν ἕδος.* Non ſpernenda videtur Aben-Eſrae obſervatio: בעבור שהזכיר יתיצבו מלכי ארץ אמר כנגדם יושב בשמים שהם למעלה על האדם (regibus *terrae* opponere poetam illum, qui in *ſublimi* reſedeat). Verba לָעַג et שָׂחַק proprie ita differunt, ut hoc *ridere, deridere,* illud *ſubſannare* ſignificet. Apud Arabes enim, ſi SCHULTENSIO credimus in *Commentar. ad Iob.* P. I. p. 253., verbum لعج proprie deſignat *vibrantem nictationem,* ut *fulminis, flammae, oculi, linguae, flagri dextrorſum et ſiniſtrorſum moti, aut incuſſi* (nam in Firuzabadii Lexico, quod قاموس, *Camus,* i. e. Oceanus, inſcribitur, exponitur per خلج, quod omnes has notiones complecitur); hinc *ſubſannandi* et *illudendi* notionem in Hebraeo לָעַג natam putat vel ab *oculo nictante,* vel a *labris cum lingua vibratis,* quemadmodum Latinis *ſanna* dicitur *os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus,* ut ait vetus Scholiaſta Perſii ad Sat. I, 58. Vtriusque verbi proprietatem bene expreſſerunt Alexan-

Alexandrini, cum pro יִשְׂחָק posuerunt *ἐκγελάσεται αὐτοὺς*, et pro יִלְעַג *ἐκμυκτηριεῖ αὐτοὺς*, quod verbum, a *μυκτήρ*, *nasus*, factum, proprie subsannationem indicat, quae fit cum crispatione et corrugatione nasi, ut *sanna* apud Latinos, unde PERSIUS Sat. V, 91. *Rugosa sanna cadat naso.* Nec minus apte Aquila *μυχθίσει* posuit, quod Suidas *χλευάζειν*, *μυκτηρίζειν* interpretatur, i. e. *naso suspenso deridere.* Cf. I. F. FISCHERI *Specim. Clavis Reliquiar. verss. Graecar.* p. 67. Eadem, quae h. l. extat, figura, idemque parallelismus occurrit Pf. LIX, 9. *Tu vero, Iova*, תִּשְׂחַק לָמוֹ *deridebis eos* (hostes suos impios intelligit, quibus poenas denuntiat), תִּלְעַג לְכָל־גּוֹיִם, *subsannabis omnes gentes.* Pro יִשְׂחָק HUBIGANTIUS יִשְׂחָקֵם legendum esse putat, addito affixo *eos*, quod expresserunt Graeci interpretes, et ex iis Vulgatus et Arabs, „et affixum, addit Hubigantius, cum adsit in membro posteriori, non debet abesse a priori." Sed recte I. BERNH. KOEHLER (in *Observatt. critt. in Psalmos*, quae insertae sunt *Repertorio Literat. bibl. et Orient.*, ab Eichhornio instructo, T. III. p. 4.) observat, verbum שָׂחַק numquam illo modo cum pronominibus conjungi; in rei summa tamen cum Hubigantio consentit, atque יִשְׂחַק־לָמוֹ rescribendum censet, ut loco parallelo LIX, 9., quem supra attulimus, atque alio non absimili XXXVII, 13. אֲדֹנָי יִשְׂחַק־לוֹ. Si a poetae manu pronomen additum fuerit, certe jam in iis codicibus, ex quibus Chaldaeus et Syrus verterunt, exciderat; horum enim neuter expressit (דְּיָתֵיב בִּשְׁמַיָּא יִגְחַךְ, ܕܝܬܒ ܒܫܡܝܐ ܢܓܚܟ)

5. Sed ubi in vanis conatibus contumaciter persistent, Iova, exardescente indignatione, minis eos terrebit et percellet:

Tum vero iratus eos compellabit,
Indignabundus perturbabit.

אָז Möllero (in Eichhornii Biblioth. P. VI. p. 218.) est adverbium temporis futuri, *jam*, *mox*, i. q. Pf. 12. יְדַבֵּר; קָמַעַט

vero

vero reſpicere putat ad Iovae effatum, quod Vſ. ſequ. refertur. Mihi tamen אָז ita ſumendum videtur, ut ſupra expreſſi: *tunc*, ſcil. cum in vanis conatibus perſiſtent; nam in iis, quae ſequuntur, Iovae verbis, nihil iracundiae ineſt. Sine neceſſitate DOEDERLEIN in *Scholiis in Libros Poeticos V. T.* ad h. l. voculam אָז nominaſcere cenſet, ſicut infra Pſ. LXXVI, 8. מֵאָז אַפֶּךָ, *prae fervore irae tuas*, coll. Arab. أَزَّ *ferbuit aeſtuavit*. Neque hac notione h. l. adſumta, verba noſtra reddi poſſunt: *iratus eos inclamabit*, ut Doederlein fecit; debebat tum בְּאָזוֹ, ſive potius בְּאָז אַפּוֹ poſitum eſſe. Prius commatis noſtri membrum olim quidam ex Iudaeis, quorum Kimchius et Aben-Eſra mentionem faciunt, ita interpretati ſunt: *tunc iratus heroas eorum perdet*; retulerunt יְדַבֵּר ad דֶּבֶר, *mors, peſtis* (Exod. IX, 3.), quo ſenſu verbum דִּבֵּר etiam occurrit 2 Chron. XXII, 10. וַתְּדַבֵּר אֶת־כָּל־זֶרַע הַמַּמְלָכָה *et perdidit*, delere conata eſt, *omne ſemen regium*, omnem ſtirpem regiam; אֵלֵימוֹ vero, a nomine אֵילִים, *fortes*, putarunt eſſe *proceres, heroas* gentium vicinarum, ut Ezech. XVII, 13. אֶת־אֵילֵי הָאָרֶץ לָקָח *abduxit terrae proceres*. Cui interpretationi jam Aben-Eſra oppoſuit, אֵילִים, *fortes*, ſemper cum *Iod* ſcribi, neque hoc excidere poſſe, cum radix אֱיָל (Pſ. LXXXVIII, 5.), *robur*, ſit. Invenit quidem Kennicottus in codice uno, qui ſeculo decimo tertio ſcriptus et ab ipſo numero 76. ſignatus eſt, hoc loco אילימו (cf. MICHAELIS *Biblioth. Orient. vet.* T. XX. p. 64.); ſed quum nec veterum interpretum ullus, nec codicum hebraeorum, qui hucusque collati ſunt alius quisquam, hanc lectionem exhibeant, ſcribae negligentiae originem debere videtur. Quum apud Arabes verbum بَهَلَ inter alia plura etiam *execrare* ſignificet, atque Geuharius, a SCHULTENSIO in *Commentar. ad Proverb.* p. 432. excerptus, dictionem, noſtrae haud abſimilem, exhibeat بهله الله اي لعنه בהל *Deus aliquem, i. e. execratione et diris eum percuſſit*; pla-

placuit MICHAELI (in Verſ. vernac. atque in *Supplemm.* p. 156.), Hebraeum בָּהַל hoc loco eadem *execrandi* ſignificatione ſumere, quam parallelismo membri antecedentis, *loquetur ad illos in ira ſua*, aptiorem putat. Verum ut taceam, ejus ſignificationis veſtigium nusquam alias in V. T. libris extare, ut itaque linguae Hebraeae uſu ne recepta quidem olim fuiſſe videatur, praeſertim quum et Syri, Chaldaei atque Samaritani eam ignorent (cf. Koehleri Obſervationem in *Repertorio Literat. bibl. et orient.* P. III. p. 4.); certe vulgaris interpretatio, in qua et veteres conſentiunt, ſententiam magis poeticam atque fortiorem exprimit: *ſola voce iracunda Iova hoſtium conſilia confundit ac perturbat*; verbum בָּהַל enim, quod apud Arabes in genere *ſolutum* et *praecipitem abire* ſignificat, apud Hebraeos primo de *feſtinatione* et *praecipitante curſu* (ut Eſr. IV, 23. Cohel. V, 1.), tum de *mentis perturbatione* uſurpatur, quae cum *praecipitantia* et *ſoluto impetu* conjuncta eſt, ut 1 Sam. XXVIII, 21. *Intravit mulier ad Saulum, viditque*, כִּי־נִבְהַל מְאֹד *eum valde eſſe perturbatum.* Pſ. LXXXIII, 16. *Perſequere, Iova, eos* hoſtes *tempeſtate tua* וּבְסוּפָתְךָ תְבַהֲלֵם *et turbine tuo conturba eos*, et Vs. 18. יֵבֹשׁוּ וְיִבָּהֲלוּ *erubeſcant et conturbentur.* De exercitu, cujus ordines *turbantur* atque in fugam vertuntur, hoc verbum dicitur Ierem. LI, 32.: וְאַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה נִבְהָלוּ. Ceterum ſine ratione idonea I. E. FABER in Not. ad *Harmeri Obſervatt. ſuper Oriente*, P. II. p. 288. hunc Verſum ad *tempeſtatem* refert; ſenſumque hunc ait eſſe: *ſubito tonitrubus eos terrebit, fulguribusque perturbabit*; Verbum דִּבֵּר *tonitrua edere* hic interpretandum opinatur, nulla alia ratione motus, quam quod 1 Sam. VII, 20. קוֹל *vox Iovae* de *tonitru* uſurpetur.

6. Cur hoſtes ab impiis conatibus nil niſi ignominiam et proprium exitium acquirant, cauſam adfert ipſe Iova: ejus, quem ipſe regem conſtituit, contemtum ferre non poteſt:

Ipſe

Ipſe ego unxi regem meum
In Sione, monte mihi ſacro.

נָסַכְתִּי Aben-Eſra recte המלכתי *regnare feci*, interpretatur, nam in regis inaugurandi caput *effundebatur* (נסך) oleum; hinc נָסִיךְ idem qui מָשִׁיחַ, i. e. *princeps*, veluti Ioſ. XIII, 21. נְסִיכֵי סִיחוֹן *principes Sichon*, Ezech. XXXII, 30. נְסִיכֵי צָפוֹן *principes aquilonis*. Vocat autem Iova hunc regem *ſuum* (מַלְכִּי), quia ipſum conſtituit, quia is ſuo juſſu regnat, et ex eo pendet. Eodem ſenſu 1 Sam. XVI, 1. Iova dicit: *elegi ex filiis eius* לִי מֶלֶךְ *mihi regem*, qui me colat, meaque juſſa exſequatur. *Sionem* vero appellat montem *ſanctitatis ſuae*, quod *ſanctuarium* ibi eſſet conſtitutum, vid. 2 Sam. VI, 17. הַר קָדְשִׁי SCHROEDERUS in *Inſtitutt.* Syntax. Nomin. Reg. X. non *montem ſanctitatis meae*, ſed *montem ſanctitatis meum* reddi jubet, quod nomini recto plerumque ſubjungantur affixa, quae nomini recto addenda eſſent, ut Ieſ. XXX, 22. פְּסִילֵי כַסְפֶּךָ non ſunt *imagines argenti tuae*, ſed *imagines tuae argenteae*. Ego tamen קֹדֶשׁ h. l. Iovae περίφρασιν putarim, vernacule ſic exprimendam: *auf dem Berge meiner Hohheit*. *Sionem* ſignificanter hinc poſitum cenſet Vir Doctiſſimus ἀνώνυμος, qui Nathani hanc odem vindicare ſtuduit in *den Memorabilien*, P. VII, p. 85., quoniam primus hanc partem imperii adjecerit Davides, quem ſequebatur Salomo. „Quamquam et hoc," addit, „dici videtur, in regno ſuſcipiendo primarias partes eſſe Hieruſalemi natis (2 Sam. V, 14.); Hebrone natis (ex quibus erat Adonijah) id juris eſſe ademtum." Quae obſervationes factae ſunt in gratiam ſententiae Viri Doctiſſimi de huius carminis conſilio, quam ſupra in argumento enarravimus, additis, quae ei obſtare videntur. Alexandrinus interpres, quum vidiſſet, Verſu proximo regem loqui, qui et in Verſibus, qui proxime praeceſſerant, locutus erat, ne hoc Verſu eiusdem perſonae oratio interrumpatur, hoc etiam comma regi tribuit: ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, quod ſequuti etiam

ſunt Arabs et Vulgatus: *ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Temere vero ex hac interpretatione HUBIGANTIUS colligit, Alexandrinum in ſuo codice Hebraeo ita ſcriptum inveniſſe: וַאֲנִי נִסְכְתִּי מַלְכּוֹ עַל־צִיּוֹן הַר־קָדְשׁוֹ, et multo magis temere hanc legendi rationem praefert receptae. Qua in re conſentientes eum habuiſſe miror CAROLUM STRIDSBERG in *Examin. Notar. Criticar. Hubigantii in Pſalmos Specim.* I. (Goett. 1778.), atque BERNH. DAV. KOEHLERUM, in *Repertor. Literar. Bibl. et Orient.* P. III. p. 5. Nam in lectione recepta conſentiunt codices omnes, qui collati ſunt, atque ex veteribus ceteri omnes, praeter Alexandrinum, et qui eum verterunt, Vulgatum et Arabem, Syrus, Chaldaeus, Symmachus, Aquila, Hieronymus. Eadem illa confirmatur loco Act. IV, 27., ubi Pſalmus noſter ad Chriſtum transfertur, atque diſerte expreſſum eſt Activum (ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου, Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας). Neque quod Koehlerus legi jubet, נִסְכְּתִּי, olim in codice ullo inventum fuiſſe, patet ex nota Maſorethica ad Proverb. VIII, 23. (ab ipſo Koehlero memorata), ubi verbo נִסַּכְתִּי appoſita eſt figura ל׳, i. e. לית, *nusquam alias in Cod. Hebr. eam verbi formam extare.* Sanioris Criticae vero eſt praeceptum, praeferendam eſſe eam lectionem, in qua plures teſtes, iique prorſus diverſi, conſentiunt. Praeterea lectionem receptam contextus confirmat. Nam Verſu ſequenti rex dicit, ſe velle illud effatum Iovae accuratius exponere. Quae parum accommodate dicta eſſent, ſi in Verſu praecedente jam ipſe eſſet locutus. Subita autem perſonarum mutatio neminem offendet, qui complurium aliorum exemplorum in Pſalmis et alias obviis, meminerit; illa potius perquam apta erat, ſi Pſalmi diverſis choris recitabantur (vid. 1 Paral. XVI, 16 — 21.), quos, ubi carminis argumentum poſtularet, unius cantoris vox interpellabat; qua de re plura lege in Prolegomenis. Neque praetereunda ſunt, quae ad lectionem receptam defendendam attulerunt I. G. HERDER in libro *de Genio*

nio Poeſeos Hebr. P. II. p. 397. 398. et MOELLERUS in *Eichhornii Biblioth. univ. Literat. bibl.* P. VI. p. 220. 221. not.

7. ſeqq. Quod Verſu praecedente attulerat, Iovae effatum, rex nunc diſertius exponit, ut magis adhuc appareat, quam parum de hoſtium ſeditionibus ſibi timendum ſit. Provocat ad oraculum illud divinum, de quo Nathanes olim ad Davidem regem retulerat (2 Sam. VII, 12. 13. 14): *Completis diebus tuis, ſi cum majoribus tuis obdormieris, filio tuo a te nato regnum confirmabo. Is mihi templum aedificabit, huic thronum regni ſui ſtabiliam in perpetuum:* אֲנִי אֶהְיֶה־לּוֹ לְאָב וְהוּא יִהְיֶה־לִּי לְבֵן, *Ego patris inſtar ero, ipſe mihi inſtar filii.* Quod oraculum hoc loco ad magnum illum regem, quem Pſalmus canit, trahitur:

Iovae dictum promulgabo:
„Tu, inquit, filius mihi es,
Ego hodie te genui.
Roga, et gentes tibi dabo poſſeſſionem,
Terrae fines peculium.
Ferreo baculo eos conteres,
Ut vaſa figulina contundes!"

Verba אֲסַפְּרָה אֶל־חֹק, quae Maſorethae a יְהוָֹה divellunt, nos in vertendo, perſpicuitatis cauſſa, conjunximus, quum ſenſus eodem redeat, ſive vertas: *narrabo decretum, Iova dixit mihi*, ſive: *narrabo decretum Iovae, dixit mihi.* Maſorethicam interpungendi rationem religioſe quidem interpretes ex Iudaeis retinent, ſed in verborum explicatione nequaquam conſentiunt. Quidam particulam אל pro ל poſitum putant, ut vertendum ſit: *enarrabo ad ſtatutum,* ſcil. quod Iova mihi dixit, i. e. tam ſollicite promulgabo, ut abeat mihi in conſuetudinem et morem. Ita Aben-Eſra et Kimchius, cujus verba in Commentar. ad h. l. ſunt: זה הסיפור אשים לי לחק ולמנהג *hanc narrationem ponam mihi in legem et conſuetudinem.* Sed in libro Radicum idem Kimchius particulae אֶל h. l. vim notae Accuſativi את

tribuit, quod ipfum et Chriftianorum haud paucis placuit, veluti VENEMAE in *Commentar.* ad h. l. et HUFNAGELIO in *Differtat.* in hunc Pfalm. Sed quae afferunt loca tanquam talia, in quibus אֶל eandem vim obtineat, plane aliena funt. In aliis enim, veluti Pf. LXIX. 34. Ierem. L, 29. conjunctum eft cum verbo שָׁמַע, in aliis, Ier. IV, 23. X, 2. Ezech. VI, 10., ubi cum aliis verbis conjunctum eft, Latine quidem in vertendo Accufativus exprimi vel poteft, vel debet, fed ex linguae Hebraeae genio non alia, quam ufitata fignificatione, *ad,* five *fecundum,* fumendum eft (cf. VITRINGA in *Commentar. ad Efaj.* XXXVIII, 19.). Qua propria particulae אֶל poteftate retenta, et noftra verba vertenda exiftimo: *narrabo fecundum,* juxta *decretum Iehovae*, q. d. fas fit, totam rem declarare pluribus verbis, difertius exponere, iuxta celebre illud Iovae effatum, quod Davidi olim Nathanes renunciavit (2 Sam. VII, 12. 13. 14.). Nec incommoda videtur, quam IO. FRID. FISCHER propofuit, interpretatio in *Specim. Clavis reliquiar. Verfion. Graecar. V. T.* p. 20.: *mandata Dei ad homines perferam ad praefcriptum,* h. e. *ut nihil diffimulem fimulemve.* VENEMA verba noftra vertit: *narrabo veritatem* fic rem certam et praeftantiffimam, quam fignificationem paffim apud Arabes habet حَقّ, quibus بالحقّ pro *certo, vero,* ufitatiffimum eft, ut itaque noftrum אֶל־חֹק idem fit, ac Graecum ἐπ' ἀληθείας, et oppofitum אֶל־חִנָּם Ezech. VI, 10. confonum vero אֶל־נָכוֹן, 1 Sam. XXIII, 23. XXVI, 4. Quam interpretationem probat I. A. ERNESTI in *Nova Biblioth. Theolog.*, Vol. I. Partic. VI. p. 488. et Vol. III. P. VI. 541. (*dicam quod res eft, ich will fagen, wie fich die Sache eigentlich verhält*), KNAPPIUS et DATHIUS in *Notis ad Verfiones*, atque EICHHORN in *Biblioth. Literar. Bibl.* P. I. p. 532. Cui interpretationi tamen recte, meo judicio, STANGK (*Anticrit.* P. I. p. 8.) opponit, nullo exemplo probari poffe, fuiffe etiam apud Hebraeos

חק

חק *veritatis* notione uſurpatum. Neque vero neceſſe eſt, ad Arabicae vocis ſignificationem confugere, quum uſitata Hebraicae notio, *decreti, ſtatuti, edicti,* ſenſum aptiſſimum h. l. efficiat, ubi ipſa edicti verba ſtatim proferuntur. Sed multo minus probandi ſunt, qui lectionem receptam ſollicitant, quod primus fecit HUBIGANTIUS, qui in Not. Crit. ad h. l. ſcribit: *obſequimur Graecis interpretibus, qui codicem hebr. ſuum ſic repraeſentant:* את חק יהוה יהוה אמר, *decretum Domini, Dominus dixit* etc. Illi enim ita vertunt: *διαγγέλλων τὸ πρόςταγμα* Κυρίου. Κύριος εἶπε πρὸς μέ. Hubigantii conjectura placet etiam Knappio. Sed quis non videt, Alexandrinum in verſione nomen Κυρίου perſpicuitatis cauſſa repetiiſſe? Hubigantium vituperat etiam STRIDSBERG in *Examine Notar. criticar. Hubigantii in Pſalmos*, qui tamen multo audacior verba אֲסַפְּרָה אֶל־חֹק, tanquam quae e margine in textum irrepſerint, prorſus eliminanda cenſet (*fortaſſis, inquit, aliquis exemplari ſuo hanc notam adpoſuit, ut indicaret, ſequentia* filius meus tu es, *verba Dei et magni momenti eſſe*), notatus etiam propterea a MICHAELE in *Biblioth. Orient.* P. XIII, p. 68. 69. qui tamen ipſe in *Biblioth. Or.* P. X. p. 224. 225. Graecos interpretes pro אֲסַפְּרָה Participium מְסַפֵּר, poſt חק autem אֵל iterum legiſſe putat. Sed illi interpretes τὸ אֶל ceperunt pro ipſo Dei nomine, quod tamen ingenium linguae atque leges non ferunt, ut jam obſervavit DRUSIUS, qui in *Commentatione in priores* XIX. *Pſalmos* (quae eſt inſerta *Criticorum Sacror. Supplemento continuato*, Vol. II.) p. 1300. haec ſcribit: *Eſt apud me Venetum exemplar, quod in quarto folium complicat, in ejus margine ſcriptum repperi* אֵל *per e longum, ut videri poſſet diverſa olim lectio fuiſſe in hoc loco, de quo dubitare nos non ſinunt interpretes priſci aevi, qui ad unum omnes hanc poſtremam lectionem ſecuti ſunt. Quamquam illi adverſatur ordo verborum, qui in Ebraeo: nam eſſet potius,* חק אֵל *decretum Dei. Si hoc movit Maſſoritas, cur legerint* אֶל

per

per Segol? Seniores tamen referunt: [διαγγέλλων] τὸ πρόσταγμα κυρίου, praeceptum Domini, *Hieronymus quoque:* [praedicans] Dei praeceptum, *et Theodotio* [διαγγέλλων ἰσχυροῦ πρόσταγμα, ut Pſ. XXII. אֵלִי אֵלִי ἴσχυρέ μου, ἴσχυρέ μου]. *Auctor* VI. *Edit.* καταγγέλλων εἰς θεὸν διαθήκην. *Alius* ἀνώνυμος, ἀναγγέλλων ἰσχυροῦ ἀκριβασμόν, *annuntians Dei exactam praeceptionem. Videtur eſſe interpretamentum Aquilae,* cui etiam tribuit Monteſalconius in Hexaplis. Illae vero Graecorum interpretationes I. B. KOEHLERO in *Obſervatt. Critt. in Pſalmos* (quae inſertae ſunt *Repertorii Literat. Bibl. et Orient.* P. III., p. 7. 8.) perſuadent, extitiſſe olim in Codicibus Ebraeis מְסַפֵּר אֶל־חֹק יְהוָֹה, quod receptae lectioni praefert, nulla tamen ratione addita, quam nec ego perſpicio; mihi potius Participium h. l. plane incongruum videtur, quare Michaelis etiam l. c. quas in Veterum Codicibus ſcriptas opinatur literas, מְסֵפֶר pronuntiat, et lectionem ita refingit: מְסֵפֶר אֵל חֹק יְהוָֹה, *e libro Dei ſtatutum Iehovae,* quod quam abhorreat a concinnitate et elegantia ſermonis Hebraei, et omnis omnino orationis poeticae, quisque ſponte ſentiet. Pluribus etiam hujus conjecturae vanitatem oſtendit STANGE in *Anticritica,* P. I. p. 3 — 12. Miror autem, ab iis, qui textum receptum h. l. medela egere putarent, neglectum eſſe Syrum interpretem, qui hoc inciſum non tantum ad Verſum antecedentem trahit, ut partem orationis divinae efficiat, ſed ita etiam vertit, ac ſi pro חֹק in ſuo codice חֻקִּי inveniſſet. En verba interpretis: *ego conſtitui regem meum ſuper Sion, montem ſanctitatis meae,* ܢܫܬܥܐ ܟܠܠ ܩܝܡܝ *ut annuntiet ſtatutum meum:* ut Verſus ſeptimus his verbis incipiat: ܡܪܝܐ ܐܡܪ ܠܝ *Dominus dixit mihi.* Itaque non abſona conjectura eſſet, Syrum interpretem literas אספרה ita pronuntiaſſe, ac ſi futurum tempus formae Hiphil cum ſuffixo tertiae perſonae exprimerent: אַסְפִּרֵהוּ *narrare faciam eum,* pro חק vero in ſuo codice legiſſe חקי, cujus

vocis

vocis ſuffixum eo facilius librariorum multorum oculis effugere poterat, quod proximum יהוה eadem litera incipit. I. E. FABER ad *Harmeri Obſervatt. ſuper Oriente* P. II. p. 140. סָפַר ſequente אֶל *incidere, inſculpere* (ut Pſ. LXIX, 27.), חֹק vero *tabulam aeneam* vel *lapideam* ſignificare, ſatis confidenter quidem pronunciat, ſed nullo argumento probat. Senſum verſione ita exprimit: *monumento inſculpam, quae Iova mihi dixit.* Sed redeundum eſt ad carminis contextum. Profertur divinum oraculum, quo Davide oriundus princeps Hebraeorum rex declaratus erat: בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *Tu mihi filius, hodie te genui!* Dei filius Iſraelitarum rex hic et alias (Pſ. LXXXIX, 27. 28. 2 Sam. VII, 14.) dicitur non modo quod talis credebatur, qui Deo ipſo ſit magiſtro uſus, qui ſapientiam, prudentiam, animum in periculis intrepidum, in conſiliis promtum, aequitatis et juſtitiae amantem a Deo acceperit (cf. 1 Regg. III, 5. ſeqq. coll. IV, 29. ſeqq. 1 Sam. XVI, 13), ſed maxime etiam ideo, quod regiam poteſtatem a Iova, ſummo Iſraelitarum rege, ex imperii forma theocratica, accipiebat, cujus vicarius itaque et prorex erat. Qua de re ſubtiliter et copioſe diſſeruit CAROL. DAV. ILGEN in ſingulari libello, qui inſcribitur: *de notione Tituli Filii Dei, Meſſiae, hoc eſt uncto Iovae, in libris Sacris tributi,* Ienae, 1794. (inſertus etiam P. VII. *der Memorabilien*), praecipue §. IV. V. Illam opinionem vero ad Iſraelitas manaſſe exiſtimat ab Aegyptiis, quorum imperium a vetuſtiſſimis inde temporibus theocraticum fuit. Eadem de regia dignitate opinio pervaſerat per animos Graecorum antiquiſſimorum, qui theocraticam imperii formam a Cecrope, Aegyptio, videntur accepiſſe. Hinc apud Homerum innumeris locis reges διογενεῖς, διοτρεφεῖς appellantur. Ita Sarpedon, Tlepolemi victor, Iliad. ε, Vſ. 672. 683. Διὸς υἱὸς et Menelaus Il. κ, vſ. 43. διοτρεφὴς vocatur. Achilles Il. α, 279. eſt

Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

Et Il. β, 196. 197.

Θυμι

Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος·
Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι, φιλεῖ δὲ ἑ μητίετα Ζεύς.

Ad quos Verfus quae obfervat EUSTATHIUS (p. 199. edit. Rom.), digna videntur, quae adfcribantur, ut eo clarius cognofcatur, quantus fuerit Hebraeorum cum aliis antiquitatis populis, qui in eodem culturae et expolitionis gradu conftituti erant, in eadem notione confenfus: *Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος, καὶ ὅτι ἡ τιμὴ αὐτοῦ ἐκ θεοῦ ἐστι, καὶ ὅτι φιλεῖ αὐτὸν ὁ θεός· ἐν πολλοῖς γὰρ θεοφιλεῖς δοξάζει τοὺς βασιλεῖς· προκαλούμενος διὰ τούτου τοὺς ὑπηκόους, εἰς τὸ δεῖν πειθαρχεῖν αὐτοὺς τῷ βασιλεῖ, ὡς καὶ θεῷ ὑποκειμένους οὕτω καὶ πειθομένους· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἑρμηνεύει διατὶ διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς τοὺς βασιλεῖς λέγει, οὐχ, ὅτι ἐκ διὸς τὸ γένος ἕλκουσιν, ἀλλ' ὅτι ἐξ ἐκείνου αὐτοῖς ἡ τιμή· φησὶ γάρ· τιμὴ δ' ἐκ διός ἐστιν, ἡ τῆς βασιλείας δηλαδή.* Apud Graecos etiam, ut apud Hebraeos et Aegyptios regnum deus regi deferebat: „nam (Ilgenii verbis utor) etfi plerumque filii patribus in regia dignitate fuccederent, tamen hoc non poterat fieri, nifi dei confenfu. Cum Codri regis Athenienfium filii, Medon et Neleus, de regia dignitate contenderent, Pythia, hac de re confulta, Medonti regnum adjudicavit, Neleum vero exclufit (v. Paufan. L. VII. c. 2. Aelian. V. H. VIII, 5.). Gygem, Lydorum regno caede Candaulis potitum, quum res ad arma veniffet, tandemque inter factiones conveniffet, ut confuleretur oraculum, quis regnaret, Pythia confirmavit (vid. Herodot. I, 13.).“ Iam vero ad carmen noftrum ut redeamus, verbis בְּנִי אַתָּה ex parallelismi, a poetis diligenter obfervati, lege, tanquam idem fignificantia ftatim fubjiciuntur haec verba: הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ. Idem plane parallelismus, qui apud Ierem. II, 27.

אֹמְרִים לָעֵץ אָבִי אַתָּה
וְלָאֶבֶן אַתְּ יְלִדְתָּנוּ

Qui

Qui ligno dicunt: pater meus es; lapidi: tu me genuiſti! הַיּוֹם vero ad illud tempus eſt referendum, quo oraculum hoc editum erat. ILGEN l. c. p. 162. verba noſtra ita vertit: *Tu filius mihi eris, hodie te adopto.* Monuerat autem antea (p. 156.), vocabulum בֵּן inter alios uſus etiam de *filio adoptivo* adhiberi, ut Exod. II, 10., בֶּן־אֱלֹהִים itaque eum eſſe poſſe, *quem Deus adoptavit filium.* „Iam vero filius adoptivus,“ pergit, „jus ſuccedendi habet in bonis paternis, qui adeo finis eſt adoptionis; qui igitur a Deo adoptatus eſt filius, is erit, qui ſucceſſor in bonis eius electus eſt. Bona, quae ſint, quae Deus habebat, quorumque haeredem aliquem ſcribere poterat, nemo neſcit; etenim quoties populus Iſraeliticus dicitur Iovae populus, et Iova ejus dominus, pater et tutor.“ Ac in notula verſioni huius pſalmi ſubjecta, addit: „Vt בֵּן *adoptivum* filium ſignificat, ita יָלַד eſt *adoptare.* Sic de adoptione peregrinorum in civitatem Pſ. LXXXVII, 4. 6. legitur.“ In punctis vocalibus, quae verbo ילדתיך h. l. ſubjecta ſunt, haeſerunt non pauci interpretes; nam quemadmodum a פָּקַד, ex praeceptis Grammaticis פְּקַדְתִּיךָ formatur, ita a יָלַד debebat יְלַדְתִּיךָ poni. Sed recte obſervavit ALB. SCHULTENSIUS in *Inſtitutt. ad fundamenta Ling. Hebr.* p. 297., cum formae *Kal* Praeteritum vocalem terminalem non *Patach* modo, ſed ſaepiſſime etiam *Zere* habeat (ut גָּדֵל, *crevit*, יָבֵשׁ, *aruit*, חָדֵל, *flaccidus fuit, ceſſavit*); noſtrum יְלִדְתִּיךָ ad יָלֵד eſſe referendum, unde accedente affixo et accentu deducto longa vocalis *Zere* in brevem *Chirek* erat immutanda, ſcribendumque legibus congruenter יְלִדְתִּיךָ. Ex eadem forma יָלֵד eſt יְלִדְתִּנִי Ierem. XV, 10. יְלִדְתָּנוּ Ierem. II, 27. et יְלִדְתִּיהוּ Num. XI, 12. Copioſius hanc rem expoſuit aliorumque errores correxit STANGE in *Anticrit.* p. 12 — 18.

8. Dignum tali filio poſce aliquid: aequum enim eſt, filii preces ad patrem deferri; omnem terrarum gentiumque orbem, tuae poteſtati, ſi poſcas, ſubmittam. גּוֹיִם enim ut de omnibus omnino gentibus, non tantum de vicinis,

cinis, atque אַפְסֵי־אָרֶץ de totius terrae finibus accipiamus; ſuadet orationis poeticae vis et gravitas, quod recte obſervat Mollerus. Accedit, quod de finibus ſive terminis certae alicujus regionis גְּבוּל, ſive גְּבוּלָה uſurpari ſolet, veluti Deut. XXXII, 8. יַצֵּב גְּבוּלוֹת עַמִּים *conſtituit fines nationum* Cananiticarum, 2 Reg. XIV, 25. הוּא הֵשִׁיב אֶת־גְּבוּל יִשְׂרָאֵל *is reſtituit limitem Iſraelis*, Num. XXXIV, 3. *et erit vobis* גְּבוּל נֶגֶב *terminus meridionalis;* אֶפֶס autem eſt *finis rei*, ultra quem nihil eſt, ita ipſo loco, quo ii nituntur, qui אַפְסֵי־אָרֶץ hic *fines Palaeſtinae* interpretantur, Pſ. LXXII, 8. *imperet* מִיָּם עַד־יָם *ab uno mari ad alterum*, מִנָּהָר עַד־אַפְסֵי־אָרֶץ *a fluvio* Euphrate *usque ad fines terrae*, i. e. mare mediterraneum, ultra quod nullam amplius continentem exiſtere credebant; eadem definitio occurrit Zach. IX, 10. De totius orbis terrarum finibus אַפְסֵי־אָרֶץ etiam ſumitur Pſ. LIX, 14. Eſ. XLV, 22. Ceterum נַחֲלָה et אֲחֻזָּה, quae h. l. ut παράλληλα ſibi invicem reſpondent, proprie ita differunt, ut prius illud ſit, quod jure haeredis accipitur, hoc latius, quod proprietatis et dominii jure tenetur, ut Graecorum κατοχὴ, vid. Geneſ. XLVII, 11. Levit. XIV, 34.

9. Quicunque ex his rebellabunt tibi, eos baculi ferrei ictibus confringes, et tanquam teſtas fictiles comminues. Verba תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל interpretum antiquiſſimus, Alexandrinus, ita vertit: ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, תְּרֹעֵם itaque ad רָעָה, *pavit*, retulit, licet eum non תִּרְעֵם pronunciaſſe neceſſe eſt, ut DOEDERLEIN in *Scholiis ad Libros Poeticos* et KOEHLERUS in *Repertorio*, P. III. p. 9. ſtatuerunt; poteſt enim et noſtrum תְּרֹעֵם verbi רָעָה forma *Pohel* eſſe, de qua vide SCHROEDERI *Inſtitt.* Sect. V. Reg. LVI. No. 12. Alexandrinum vero ſecuti ſunt non modo ex veteribus Syrus (ܬܪܥܝ ܐܢܘܢ), Vulgatus (*reges eos*), et Arabs (ترعاهم), verum etiam poſteriores multi, inter quos praecipue STANGE eſt nominan-

minandus, qui in *Anticrit.* P. I. 22. feqq. Alexandrini interpretationem multis defendit. „Pfaltes, inquit, in eo verfatur, ut regem defcribat, cui a Deo gentes in haereditatem fint traditae, quibusque duro imperio fit dominaturus, quod nimirum tumultuentur et inania aeftuent; quare his verbis pergit: *pafces eos* i. e. reges hos *pedo* five fceptro *ferreo.*" Tum verbum רָעָה, cui proprie *pafcendi* vis eft, per translationem de *regibus* ufurpari, pluribus exemplis probat, ut 2 Sam. V, 2. Pf. XXVIII, 9. LXXVIII, 71., שֵׁבֶט autem de *paftoris pedo* h. l. accipiendum effe docet, ut Levit. XXVIII, 32. Ezech. XX, 37. Pf. XXIII, 4. Praeterea Homeri quaedam loca adfert, in quibus reges ποιμένες λαῶν appellantur. ILGEN quoque (in *Memorabil.* VII. p. 162.) *ferrea virga eos pafces*, vertit, et in nota addit: „Sequor punctationem LXX. ποιμανεῖς, auctoritate locorum 2 Sam. VII, 7. 1 Chron. XI, 2. Pf. LXXVIII, 71. 72. Mich. VII, 14. Accedit, quod רָעָה non femper bono fenfu dicitur, interdum enim malo legitur, v. c. Mich. V, 5. רָעוּ אֶת־אֶרֶץ אַשּׁוּר בַּחֶרֶב" Me tamen parallelismi membrorum leges movent, ut תְּרֹעֵם Chaldaeo praeeunte, qui תְּתַבְּרִנּוּן, *franges eos*, vertit, ad verbum רָעַע, *conquaffare*, *comminuere*, referam (forma eadem eft, ut תְּסֹבֵּם, fed *Dagefch* non recipitur a gutturali, ideo longa pro brevi vocali reftituitur). IARCHI תרוצצם *quaffabis eos*, interpretatur, et KIMCHI תשברם, *franges*, atque eodem fignificatu h. l. accipi monet, quo Ierem. XV, 12. הֲיָרֹעַ בַּרְזֶל *an quis confringet ferrum?* et Iob. XXXIV, 24. יָרֹעַ כַּבִּירִים *conquaffat magnates.* שֵׁבֶט autem h. l. non *fceptrum*, fed *baculum*, feu *clavam* interpretandum effe, docuit IO. GOTHOFR. LACKEMACHER in Commentatione fingulari, quae infcribitur: *De baculo ferreo, quo gentes confringendae, ad Pf. II, 9.;* ineft *Obfervationum* eius *Philologicarum* Parti VIII. p. 192. feqq. Primo enim lignea quidem, eburnea, argentea et aurea fceptra apud veteres in ufu erant,

erant, non vero ferrea. Deinde uſus etiam, ad quem שֵׁבֶט adhibitum iri dicit poeta, ſceptro minus convenit. Neque enim uti iis ſolebant veteres ad percutiendos hoſtes. Serviebant potius imperantibus a turba diſtinguendis, cum in concionem prodirent, et jurijurando praeſtando. Itaque de *baculo* potius, ſive *clava* h. l. שֵׁבֶט eſt accipiendum, quemadmodum 2 Sam. XXIII, 21., ubi de Benaiae telo uſurpatur, quo in certamen contra virum Aegyptium, proceritate ſpectabilem, haſtaque praegrandi inſtructum deſcenderat; atque eadem ſignificatione, qua in loco ſimili Habac. III, 14. cognatum et fere ſynonymum מַטֶּה. Verba haec ſunt: נָקַבְתָּ בְמַטָּיו רֹאשׁ פְּרָזָו יִסְעֲרוּ לַהֲפִיצֵנִי *Pertudiſti clavis eorum capita ducum ſuorum, qui turbinis inſtar irruerant, ad me diſſipandum.* Reſpici videtur tam hoc prophetae loco, quam noſtro ad morem illum antiquum, quo heroes, armorum loco, clavas geſtabant, easque non ligneas tantum ſed etiam ferreas. Ita Periphetes, Vulcani et Anticliae filius, ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, *clavam ferream geſtabat*, ut APOLLODORUS *Biblioth.* L. III. C. XV. §. 1. narrat. Eadem Areïthois regis erat armatura (apud HOMERUM Iliad. VII. v. 136. ſeqq.), τοῦ κορυνήτου, *clavigeri*, nomine inſigniti,

Οὔνεκ' ἄρ' οὐ τόξοισι μαχέσκετο δουρί τε μακρῷ,
Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλλαγγας.

Quoniam non arcubus pugnabat haſtaque longa, ſed ferrea clava, i. e. globis ferreis munita, *perrumpebat agmina.* Conſentit I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 2276.: „שֵׁבֶט, inquit, non *ſceptrum* erit, ſed *baculus ferreus*, i. e. *clava ferrea*, aut *ferro munita*, qualem Herculi tribuere fabula ſolet. Ipſe Hercules, Phoenicum Deus, certe Davidi non ignotus, nec clavis pugnare inſuetum Orientalibus. Arabes Troglodytae, Megabarei dicti, apud Diodorum Siculum L. III. c. 33. ὁπλισμὸν ἔχουσι — — ῥόπαλον τύλους ἔχον περισιδήρους, *clavis armati ſunt ferro obductis.* Clavam in coelo Hercules geſtat et Orion.“ Alterum

terum commatis noſtris membrum, כִּכְלִי יוֹצֵר תְּנַפְּצֵם STANGE in *Anticrit.* P. I. p. 27 ſeqq. ita vertit: *quaſi inſtrumento fabrili eas* gentes *ſubiges;* quaſi כִּכְלִי pro כְּבִכְלִי poſitum eſſet, quum ſolenne ſit Hebraeis, ut poſt literam כ ſimilitudinis, praefixum ב in eodem vocabulo omittant, cujus rei plura exempla adſert; dictionem כְּלִי יוֹצֵר vero non neceſſario per vaſa teſtacea verti debere, ſed quodvis inſtrumentum fabri, non ſolius figuli, ſignificare poſſe cenſet. Sed quamvis nomen כְּלִי ſolum poſitum *inſtrumentum quodvis* atque יוֹצֵר ex etymo quemvis fabrum ſignificare poſſit, tamen ex uſu loquendi כְּלִי יוֹצֵר coniunctum ſemper *vas figuli*, a figulo fictum, denotat. Ita 2 Sam. XVII, 28 inter cibaria et utenſilia, quae Davidi a ſubditis afferuntur, ſunt סַפּוֹת וּכְלִי יוֹצֵר *pelves et vaſa figulina.* Atque in loco noſtro parallelo, Ierem. XIX, 11. Iova ita loquens inducitur: *ſic ego iſtum populum urbemque frangam,* כַּאֲשֶׁר יִשְׁבֹּר אֶת־כְּלִי הַיּוֹצֵר אֲשֶׁר לֹא־יוּכַל לְהֵרָפֵה עוֹד *ut frangitur fictile vas, irremediabili modo.* Eadem comparatio Ieſ. XXX, 14. וּשְׁבָרָהּ כְּשֵׁבֶר נֵבֶל יוֹצְרִים *et fractura ejus, qualis eſt fictilis urcei fractura, qui adeo inclementer confringitur, ut ne teſta quidem in eius fragmentis inveniatur,* quo in loco נֵבֶל יוֹצְרִים aperte pro כְּלִי יוֹצֵר, quod apud Ieremiam, et h. l. extat, poſitum eſt. Verbum נָפַץ ex Arabico نَفَضَ illuſtravit SCHULTENSIUS in *Origg. Hebrr.* L. I. C. III. p. 42 — 53., docuitque, proprie eſſe, *aliquid quatere violenter, vel projicere, ut diſſiliat.* Cf. MICHAELIS *Supplemm.* p. 1657.

10. Orationem nunc ad cohortationem conferre incipit. Quo major eſt hujus regis dignitas, eo ſeverius animadvertetur eorum temeritas, qui fidem et obſequium ipſi denegant. Itaque poeta principes rebelles adhortatur, ut ſaniora conſilia capiant, regique a Iehova conſtituto ſe ſubjiciant, ſi rebus ſuis bene conſulere velint:

Ergo

Ergo ſapite, reges,
Diſciplinam, principes, admittite!
Colite Iovam reverenter,
Trepidi eum vereamini!
Agite, tanto regi venerationis oſculum figite,
Ne, ſi iraſcetur, res veſtra peſſundetur.
Etenim ira ejus brevi exardeſcet,
Felices ſunt omnes, qui ad eum confugiunt!

וְעַתָּה *Nunc itaque,* quum res ita ſe habeat, quum Iova regi, quem ipſe conſtituit, tantam conceſſerit poteſtatem. Particula ו hic habet vim concludendi vel inferendi, ut Ezech. XVIII, ult. Hoſ. XI, 6. Pſ. VII, 8. הַשְׂכִּילוּ, *prudenter agite,* deſiſtite a vanis et pernicioſis conatibus, atque ſubmittite vos regi a Iova conſtituto. הִוָּסְרוּ, *erudimini,* Chaldaeus recte vertit: קַבִּילוּ מַרְדּוּתָא, *accipite correctionem,* patimini vos redigi in ordinem; commovemini argumentis. שֹׁפְטֵי אָרֶץ h. l. reſpondent τοῖς מְלָכִים in membro priori, ut ſupra Vs. 2. מַלְכֵי־אֶרֶץ et רוֹזְנִים invicem reſpondent.

11. Cum omni ſubjectione et reverentia Iehovae ſervite; ejus proregi vos ſubmittendo. בְּיִרְאָה *cum timore,* i. e. reverenter, religioſe. Verba: וְגִילוּ בִּרְעָדָה plerique vertunt: *exſultate,* laetamini, *cum tremore,* quod Esromus Rudinger in Paraphraſi ita exponit: *Laetamini in ipſo et cultu ejus veſtro, ſed laetitiam ejusmodi, quae non ſit expers perculſionis et tremoris debiti.* Et Ioa. Campenſis: *Gaudete, talem vobis contigiſſe Regem, memores interim, quantus ſit, et quam metuendus, ne offendatur.* Simili modo ILGEN (*Memorabil.* VII. p. 163.): *Trepidi ei choreas conſecrate,* et in Notula ſubjecta addit: „Lego cum LXX. [ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ] et Cod. Kennicott. 309. [Sec. XIV., Kennicotto judice, ſcripto, multasque egregias lectiones exhibente] גִּילוּ לוֹ *choream ducite in ejus honorem.* Hoc fieri ſolitum, docet locus 1 Reg. XVIII, 26.“ Voculam לוֹ ob proxime antecedentem

cedentem ſyllabam in וגילו excifam in plerisque codicibus KOEHLERUS quoque exiſtimat, in *Repertorio,* P. III., p. 9., lectam vero etiam a Syro interprete, qui poſuit: ܘܐܚܘܕܘܗܝ ܒܪܬܝܬܐ, *et prehendite eum cum tremore.* Ipſe vero Koehlerus verba noſtra, inſerto לו, ita fere explicat ut Campenſis. Sed recte MÖLLERUS (in EICHHORNII *Biblioth. Lit. Bibl.* P. VI. p. 231. not.) monet, verbum גיל nusquam alias cum ſequente ל conjungi. Iarchi: *quando hypocritas tremor corripiet, tunc exſultabitis atque gaudebitis, ſi colueritis Dominum.* Hammondio hic videtur σύγχυσις, atque ordo conſtructionis ita mutandus, ut connectenda ſint in ſenſu illa, *cum timore et tremore,* pariter et duo verba *ſerviendi* et *gaudendi,* tanquam ἐν διὰ δυοῖν, q. d. ſervite ei alacriter et laete, ſed cum debita reverentia. Alii tamen, quibus magis congrua ſententia videtur, ſi *laetitiae* notio hic prorſus excludatur, verbum גיל diverſa ſignificatione accipiendum putant. Ita Abul Walid, princeps Grammaticorum Iudaeis dictus (de quo vide SCHNURRERI *Diſſertatt. Philologico-Critic.* p. 457. not.), ab Hammondio ad h. l. laudatus, in *libro Radicum* Ms. גִּיל indifferenter ſumi ait pro quavis commotione, ſive ex laetitia, ſive ex dolore orta, unde noſtra ſic verba interpretatur: *commovemini cum tremore.* Eadem ſignificatione Hoſ. X, 5. יָגִילוּ cum R. Tanchum *dolebunt* reddendum dicit. In eandem cogitationem incidit Dathius in GLASSII *Philol. S.* p. 899. et in *Pſalmis latine verſis,* ubi verba noſtra vertit: *et cum tremore dolete.* Nec tamen hoc mihi ſatis concinnum videtur. Ex Arabico جول, *circumivit,* IO. CHR. F. SCHULZ in *Cocceji Lexico Hebr.* ſecundo a ſe edito, P. I. p. 330. haec verba vertere mallet: *circumite eum,* quod Regum Orientis miniſtri in orbe eos in throno ſedentes circumdant; quam ſententiam praeivit HERDER in libro de *Poeſ. Ebr. Genio,* P. II, p. 399. Rectum STORRIUM vidiſſe exiſtimo, qui in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.*

Hebr. p. 38. ſcribit: „גול Arabibus item, ut דור, eſt *orbe ſe volveroe, gyrare ſe, circumagi, circumire.* Quod cum pariter prae *laetitia* et *terrore* fieri poſſit, hebraicum גול utrumque ſignificare poteſt, tum *exultare gaudio, choreas ducere, tripudiare,* ut plerumque, tum *vertigine corripi, trepidare, in pavorem et luctum incidere,* ut Hoſ. X, 5. Pſ. II, 11.“ Cf. SCHULTENSII *Commentar. in Iob.* P. I. p. 50. 51., qui et cognato Arabico جيلان, a جال, media *Eliph,* notionem *concuſſionis, terroris* ineſſe obſervat; Arabum enim Lexicographi فزع, *trepidationem, pavorem,* explicant. Itaque non eſt opus, Hebraicum גול cum Arabico وجل conferre, quod primum *exſultare* ſignificat, deinde vero etiam ad *timorem* transfertur, ut MICHAELIS in *Supplemm.* p. 284. fecit, unde verba noſtra ita vertit: *exſultate terrore,* i. e. *ita intremiſcite, ut toto corpore exſiliatis.* Sed multo minus probandus PAULUS, qui in *Clavi Pſalmorum* p. 13. vertit: *exultate in abundantia,* Hebraeum רְעָדָה cum Arab. غدة *abundantia,* conferens, quam notionem nusquam alias habet; nec admittunt parallelismi leges, alia quam uſitata *tremoris* ſignificatione accipere, quae optime reſpondet τῷ יִרְאָה in membroa ntecedente.

12. Prima hujus commatis verba, נַשְּׁקוּ־בַר, interpretestam veteres, quam recentiores mirifice exercuerunt. Vt ab antiquiſſimis ordiamur, 1) Alexandrini transtulere, δράξασθε παιδείας, quod Heſychius explicat: λάβεσθε παιδείας, καὶ ἐπιστήμης, *accipite diſciplinam et ſcientiam.* Hos ſequuntur Vulgatus, *apprehendite diſciplinam,* et Arabs, الزموا الادبا, *adhaerete diſciplinae.* Conſentit Chaldaeus, qui קַבִּילוּ אוּלְפָנָא, *diſciplinam accipite,* ponit. Alexandrinos in ſuo codice pro נַשְּׁקוּ inveniſſe נַשְּׂגוּ quod in Hiphil ſignificat *aſſequi,* pro בַר vero ſcripſiſſe παίδα, quod

quod poftea in *παιδείαν* mutatum fuerit, vana eft LUDOV. CAPPELLI conjectura, in *Crit. S.* P. II. p. 567. ed. Vogel. Scharfenberg. Etenim נַשְּׁקוּ erit Imperativus, non formae Hiphil, fed *Piel*, quae non ufitata fuiffe videtur, quum nusquam in V. T. occurrat; *παιδείαν* vero in vetuftiffimis codicibus extitiffe, docet verfio Arabica, ex Alexandrina facta. Quare autem Alexandrinus et Chaldaeus Hebraeum בַר *difciplinae*, *inftitutionis* fignificatione acceperint, diverfae funt fententiae. BUXTORFIUS Fil. in *Anticrit.* p. 673. cenfet, interpretes illos vocem בַר accepiffe fignificatione *frumenti*, quo metaphorice *legem*, five *doctrinam legis* innui putaverint, quum et in codice Talmudico *Sanhedrin* בַר tam Prov. XI, 26., quam noftro loco hac metaphorica *doctrinae* fignificatione fumi iubeatur. *Ofculari autem doctrinam* effe, eam *amplecti* et *apprehendere*, quia ofculatio plerumque cum amplexu objecti fui fit conjuncta, juxta illud Prov. VII, 13. וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ וְנָשְׁקָה לוֹ *apprehendit eum et ofculata eft eum*, voluiffe itaque eos interpretes, quae fua fententia in textu effent allegorica, proprie exponere. At illos בַר a בָּאַר *explicare*, *declarare*, deduxiffe mavult IOH. VICCARS in *Decaplis in Pfalmos*, p. 7. Magis arridet I. B. KOEHLERI opinio in *Nott. Critt. in Pfalmos* (infert. *Repertorio Literar. Bibl. et Orient.* P. III, p. 10. 11.), tribuiffe eos verbo נָשַׁק fignificationem Graeci *ἀσπάζεσθαι*, *cupide apprehendere*, nomini בַר vero *pietatis* notionem, quae Arabico بِرٌّ, ineft. Dsjeuhari, a MUNTINGHIO in *Nott. uberioribus* ad h. l. p. 10. 11. P. III. verf. germ. ex Codice Scheidiano excerptus, بِرٌّ ait effe خلاف العقوق *oppofitum inobedientiae*, atque dictionem بَرَّ خَالِقَهُ explicat يُطِيعُهُ, *morigerum fe geffit erga creatorem fuum.* Hinc Munthinghius ipfe verba noftra, נַשְּׁקוּ־בַר, interpretatur: *pietati adhaerete,*

Deó obſequi ſtudete, verbi נָשַׁק primigeniam vim cum A. SCHULTENSIO in *Commentar. ad Proverb.* XXIV, 26. p. 318. in *pangendo*, *arctius conſerendo* et *compingendo*, quae et in Arabum نسق reſervata ſit, ſitam exiſtimans. Quae interpretatio nec mihi diſpliceret, niſi verba, quae proxime ſequuntur, פֶּן־יֶאֱנַף *ne iraſcatur*, flagitarent, ut is, cujus ira metuenda ſit, nominetur. Quod ipſum etiam obſtat Iarchii interpretationi, quae tamen ſenſum non multo diverſum efficit: זרזו עצמיכם בבור לבב, *accingite*, armata, inſtruite *vos munditie* ſeu puritate *cordis*. Eandem interpretationem affert et Aben-Eſra, ſed ſimul refutat: ויש אומרים כי נשקו מגזרת נשק והטעם נשקו כלי בר והנה בר כמו ברי לבב והיה ראוי להיותו בור או יהיה תקנו הבר או כלי הבר. *Sunt, qui verbum* נָשַׁק *ad* נֶשֶׁק (*arma*, Ezech. XXXIX, 10.) *referant, ut ſenſus ſit, inſtruite vos armis puritatis, nomine* בַר *eadem ſignificatione accepto, qua* Pſ. XXIV, 4. LXXIII, 1. בָרֵי לֵבָב. *Sed hanc ſententiam ſi poeta exprimere voluiſſet, ponere debuerat* בֹר, *aut* הַבַּר, *aut* כְּלֵי הַבַּר. II) AQUILA verba נַשְּׁקוּ־בַר vertit, καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς, *oſculamini*, vel potius *veneramini*, *ex animo*. Putavit, ut JOH. FRIDER. FISCHER in *Specim. Clavis Reliquiar. Verſſ. Graecar. V. T.* p. 46. monet, בַר capiendum eſſe adverbialiter, ut מַר, πικρῶς, Ieſ. XXXIII, 7., deduxitque a בָּרַר, *ſeparavit, delegit*; nam etſi Grotius pro ἐκλεκτῶς reponi volebat ἐκλεκτόν, tamen hanc ejus conjecturam vanam eſſe, ut arbitremur, facit Hieronymi auctoritas, qui diſerte ait, Aquilam τὸ בַר reddidiſſe per *electe*. Accipienda autem Aquilae verba eo, quo ſupra dictum eſt, ſenſu eſſe, docet Symmachi interpretatio: προσκυνήσατε καθαρῶς. Idem ſequitur Hieronymus in ſua ex Hebraeo textu verſione, dum ponit: *adorate pure*, cujus verſionis in *Apolog.* 1. *adverſus Ruffinum* fol. 203. edit. Baſil. hanc reddit rationem: Naſecu, *verbum e verbo ſi interpreteris*, deoſculamini *dicitur; quod ego nolens transferre putide, ſenſum magis ſecutus ſum, ut dicerem,* Adorate. *Qui enim adorant, ſolent deoſculari manum* et *capita*

capita fubmittere, quod fe B. Iob elementis ac idolis fecisse negat, dicens: Si vidi folem cum fulgeret, et lunam incedentem clare, et laetatum eft in occulto cor meum, et ofculatus fum manum meam ore meo. *Et Hebraei juxta linguae fuae proprietatem deofculationem pro veneratione ponunt: id transtuli quod ipfi intelligunt, quorum verbum eft.* Eandem fententiam amplexus FERRANDUS, in *Libro Pfalmorum cum Argumentis, Paraphrafi et Annotationibus,* p. 134. loquutionem *ofculamini pure* metaphoricam effe, et refpondere ait Gallicae: *obeiffez purement et fimplement, rendez-luy une obeiffance aveugle.* Sed verbum נָשַׁק fimpliciter nusquam de *venerationis,* five *homagii* ofculo (de quo mox plura) ponitur. III) Syrus interpres vertit: ܢܫܩܘ ܒܪܐ, *ofculamini filium,* quomodo vocem בַּר h. l. capi poffe, etiam vidit Hieronymus in Commentario. Ita interpretatur haec verba quoque Aben-Efra: הנה עבדו את יי׳ כנגד על יי׳ ונשקו בר כנגד על משיחו והנה פירוש בר כמו מה ברי ומה בר בטני וכן כתוב בבני אתה. *Quemadmodum Verfu praecedente* עִבְדוּ אֶת־יְהוָֹה שׁוֹד *in Verfu fecundo refponderat, ita nunc* נַשְּׁקוּ־בַר *respondet* עַל־יְהוָֹה עַל־מְשִׁיחוֹ שׁוֹד *eodem illo commate. Nomen* בַּר *autem eadem fignificatione eft accipiendum, qua Prov. XXXI, 2.* מַה־בְּרִי וּמַה־בַּר־בִּטְנִי, *heus mi fili, mi uterine! convenitque cum* בְּנֵי אַתָּה *fupra Verfu feptimo.* Atque haec quidem interpretatio placuit plerisque ex pofterioribus interpretibus, inter quos AUG. PFEIFFERUS in *Dubiis Vexatis,* p. 557. בַּר a בָּרָה, *felegit* (ut חַי a חָיָה, קַו a קָוָה) proprie *prolem felectam* denotare existimat, fequiori oppofitam. Nec multo aliter Venema ab eodem illo verbo noftrum בַּר *filium electum,* nobile germen, ex aliis veluti decerptum, interpretatur. *Filius* vertit etiam KOEHLERUS in *Nott. Critt.* in *Repertor.* P. III. p. 11., a בָּרָא, cui verbo *gignendi* notionem tribuit, quam neque apud Hebraeos neque apud Arabes, aut Syros aut Chaldaeos habet. IO. CHRISTOPH. DOEDERLEIN

LEIN in *Scholiis in Libros V. T. poeticos* ad h. l. p. 72. noftrum בַר *pro* בֵּן *poetice atque nobiliori vocula dictum effe* arbitratur, quod etiam MOELLERO placet, qui praeterea in hujus Pfalmi interpretatione, quae in *Eichhorniana Literat. Biblioth.* P. VI. extat, p. 232. בַר h. l. ideo etiam a poeta ufurpatum exiftimat, ut foni fimilitudo in בֵּן et פֶּן vitetur. Nihil eft quod STANGE in *Anticrit.* P. I. p. 32. Doederlinii fententiae obvertit, nulla ratione doceri poffe, בַר notione filii ποιητικώτερον effe quam בֵּן; fignificatione *filii* nomen בַר ferioribus demum temporibus a Syris et Chaldaeis pro Hebraico בֵּן ufurpari coeptum, in ejusque locum fubftitutum effe; in Proverbiis quidem XXXI, 2. hoc vocabulum occurrere, fed conftare inter omnes, duo ultima illius libri capita longo poft Salomonem tempore addita effe. Sed ftylum poeticum Hebraeorum ad Chaldaismum vergere, pluribus oftendit GESENIUS in *Praefat. ad Lexic. hebraic. maj.* p. XXV. fequ.; cf. ejusdem *Gefchichte der hebr. Sprache und Schrift*, p. 22. Dubitari tamen poteft, num vates, fimplici בַר pro בַּר יְהוָֹה ufurpato, *regem* hac voce indicarit. IV) Alius interpretationis KIMCHII mentionem facit: או פי' מן לברי לבב ואם יהיה ענייננו נקי פי" מה לכם ולי כי אני בר לבב ואין בי עון שתבאו ותלחמו בי אבל עליכם לנשק לי להודות שאני מלך במצות האל. *Poteft etiam* בַר *fignificatione* puri *accipi, qua occurrit Pf. LXXIII,* 1. Certe Deus Ifraelitarum fummum bonum eft, לְבָרֵי לֵבָב his, qui *puri corde* funt. *Tunc fenfus erit hic: quid mihi et vobis eft? fum enim mundo corde, nec ulla eft in me erga vos iniquitas, propter quam ad proeliandum contra me conveniatis, fed me potius ofculari debetis et profiteri, me effe ex divino mandato regem conftitutum.* Quod ipfum fequitur ABENDANA in *Spicilegio ad Michlal Iophi.* Congruit Arabum بَرّ *pius, benefaciens, juftus.* Unde etiam verti poffit: *Venerationis ofculum figite jufto illi regi!* V) Senfum perquam aptum efficit quoque alia interpretatio a Kimchio

a Kimchio commemorata: ויתכן לפרש בר מן ברו לכם איש על דרך שאול בחיר *Non male etiam nomen* בַר electi *ſignificatione accipi poteſt, qua occurrit verbum* 1 *Sam. XVII*, 8. בְּרוּ־לָכֶם אִישׁ eligite vobis virum; *ut h. l. rex electi nomine inſigniatur, quemadmodum* 2 Sam. XXI, 6, *Saul* בְּחִיר יְהוָה a Iehova electus *nuncupatur.* In eandem cogitationem incidit DOEDERLEIN in *dem Theolog. Journ.* p. 175., ubi, priori ſententia mutata (vid. ſupra), בַר a בָּרַר deductum, καθαρὸν, ἐκλεκτὸν interpretatur, atque honoris cognomentum, regibus tributum eſſe cenſet, quemadmodum בָחוּר, quod Pſ. CVI, 23. regibus Iudaeorum et Eſaj. XLII, 1. Cyro tribuitur. Eadem eſt ILGENII ſententia, qui in hujus Pſalmi interpretatione, quam ſuae *de notione tituli filii Dei* diſſertationi inſeruit, §. V. verba noſtra ſic vertit: *Oſcula figite ei, quem delegit,* ad quae in Nota ſubjecta haec obſervat: „Notio *eligendi* vindicatur verbo בָּרַר ex 1 Sam. XVII, 8. 1. Chron. VII, 40. בַר igitur ad formam רַךְ, *miſer,* דַּל, *tenuis,* דַק, *minutus,* סַר, *refractarius,* erit *electus,* cf. 2 Sam. XXI, 6. 1 Reg. XI, 34. 2 Sam. VI, 21. ἐκλεκτὸς, Luc. XXIII, 35. coll. Matth. XXVII, 43. Objici poſſet, deſiderari articulum ה; eſſe debere הַבַר, ſed idem illud objici poteſt, ſi בַר vertitur filius. At non ſine cauſſa ה omiſſum eſt: nam הַבַר eſſet *hic* (David), *quem elegit;* ſed בַר eſt *is, quem elegit, quisquis ſit;* ita ut non ad ſolum David reſpiciatur." Ceterum verborum: נַשְּׁקוּ־בַר ſenſum recte expreſſit DRUSIUS in *Commentat. in XIX. priores Pſalmos in Supplem. ad Critt. SS.* T. II. p. 1303. ita: *recipite hunc pro Domino et rege veſtro, ac praeſtate ei obſequium fidemque clientelarem.* Hujus enim ſignum fuit oſculum, ut Aben-Eſra ad h. l. obſervat: ומנהג גוים בעולם לשום ידיהם תחת יד המלך כאחי שלמה או העבד תחת ירך אדוניו או לנשק את המלך וזה המנהג עד היום בארץ הודו *Solebant olim in ſignum obſequii ſubditi manum ſubter regis manum ponere, ut Salomonis fratres fecerunt* (1 Chron. XXIX, 24.), *et quemadmodum ſervi manum ſub domini femur ponebant*

bant (vid. Genes. XXIV, 2.), *sive etiam regem deosculari, qui mos hodieque in India obtinet*, atque, quod ego addo, in Arabia, narrat enim NIEBUHR in suis *Itinerum Commentariis*, P. I. p. 414., se cum sociis principis Sanaae manum dextram atque genua in venerationis signum osculatum esse. Eodem osculo olim Homeritarum Rex salutabatur, ut cognoscitur ex Simeonis, Episcopi Beth-Arsamensis, Epistola de Homeritarum martyrio, in ASSEMANI *Biblioth. Orient.* P. I. p. 377. (sive etiam in I. D. MICHAELIS *Chrestom. Syr.* p. 36.), qui refert, puerum triennem, qui cum matre ad supplicium raperetur; ad regem, throno insedentem et regio cultu amictum accurrisse, atque ܢܫܩ ܠܡܠܟܐ ܥܠ ܒܘܪܟܘܗܝ *ejus genua osculatum esse.* Cf. HARMERI *Observatt. super Or.* P. II. p. 44. seqq. et *das alte und neue Morgenl.* P. III. No. 496. et P. IV. No. 786. Atque apud Hebraeos quoque olim osculum venerationis signum fuisse, patet ex 1 Sam. X. 1., ubi Samuel, postquam regem inunxisset, in reverentiae testimonium osculo eum donasse narratur. Idola etiam eo modo colere seu adorare solebant, vid. 1 Reg. XIX, 18. Hos. XIII. 2. Nec aliis antiquitatis gentibus hic mos inusitatus fuit. XENOPHON in *Orat. de Agesil.* Ἐπιχώριον ἦν τοῖς Πέρσαις φιλεῖν οὓς ἂν τιμῶσι. *Receptissimus et plane patrius mos erat apud Persas, osculandi eos, quos in honore habebant.* ARRIANUS *in Epictet.* L. I. C. XIX. Ἠξίωται (τὶς) Δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται. Ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τραχηλόν. *Praefecturam quis adeptus? Omnes obvii ei gratulantur, alius osculatur oculos, alius cervicem.* Sed redeundum est ad carmen nostrum. Verba, quae sequuntur, פֶּן־יֶאֱנַף *ne irascatur*, referenda videntur ad Iovam, qui regem illum, qui hoc carmine celebratur, constituit, ut recte Aben-Esra observat: ופן יאנף שב אל השם הנזכ׳ בפסוק הראשון ואם רחוק כמו תבלעמו ארץ איננו שב אל מלת מי כמוכה באלי׳ רק אל אמר אויב ונכה׳ והקימו את

Verba פֶּן־יֶאֱנַף את המשכן עד בואם *refpiciunt ad* יְהוָה, *qui carminis initio* (vs. 2.) *nominatur, quamvis hoc nomen remotius fit.* *Sed eadem ratione Exod. XV*, 12. *haec verba:* תִּבְלָעֵמוֹ אָרֶץ terra eos abforpfit, *non refpiciunt ad Deos, qui in iis, quae proxime praeceſſerunt,* (vs. 11.) *nominantur:* מִי־כָמֹכָה בָּאֵלִים quis tui fimilis inter Deos? *fed ad hoftes, quorum* vs. 9., (אָמַר אוֹיֵב hoftes dixerunt) *mentio fit. Ita quoque Num.* X, 21. וְהֵקִימוּ אֶת־הַמִּשְׁכָּן עַד־בֹּאָם erexerunt tabernaculum, antequam venirent (Cahatitae), *verba priora non ad Cahatitas funt referenda, qui proxime antea nominati fuerunt, fed ad Gerfonitas et Meraritas, qui verfu* 17. *memorantur.* Verborum וְתֹאבְדוּ דֶרֶךְ fenfus non uno modo exprimitur. Syrus interpres ita vertit: ܘܬܐܒܕܘܢ ܡܢ ܐܘܪܚܐ *et (ne) pereatis de via. Viam* is igitur ad Meffiam refert, quod etiam Alexandrinus interpres videtur feciffe, qui ponit: καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, quem Vulgatus fequitur, *et pereatis de via jufta.* Neque Chaldaeus interpres aliter videtur intellexiffe: וְתְהוֹבְדוּן אוֹרְחָא *et amittatis viam.* Hi itaque interpretes haec verba acceperunt de *via,* quae ad Regem ducit, i. e. ad ejus tutelam (non de tempore, hoftibus Meffiae conceffo, *gratiae* ejus confequendae, quae Dathii eft fententia in Not. ad *Pfalter Syriac.* a fe edit. p. 6.). Sunt, qui דֶרֶךְ elliptice pofitum putent, pro בְּדֶרֶךְ, ut Num. XII, 5. וַיַּעֲמֹד פֶּתַח הָאֹהֶל *ftabat in oftio tabernaculi,* ubi פֶּתַח pro בְּפֶתַח ponitur, atque Pf. XLIV, 3. אַתָּה [בְּ] יָדְךָ גּוֹיִם הוֹרַשְׁתָּ *Tu manu tua gentes expulifti;* ut fenfus fit, *ne pereatis in via,* i. e. in medio curfu conatuum hoftilium veftrorum, antequam fcopum contingatis (*auf eurem Wege, den ihr als Aufrührer gegen Iehovah und feinen Gefalbten wandelt,* ut KOEHLERUS fcribit in *Repertor.* P. III. p. 11.), five *fubito,* ut poft IAC. CAPPELLUM in CLERICI *Biblioth. Select.* Tom. XIII, p. 319. Venema mallet, qui „*in via*“ inquit, „perit, qui fubito et inexfpectato perit, qui *illico,* ut

ut Latini dicunt, quafi *in loco,* nulla interpofita mora, evanefcit. Sic בַּדָּרֶךְ fumitur Exod. XXXIII, 3. coll. Vs. 5. *Φροῦδος* Attici dicunt, qui *evanuit,* disperit contracte ex *πρὸ ὁδοῦ.*" Conjungit autem haec verba non cum iis, quae praecefferunt, ut פֶּן fit repetendum, fed cum iis, quae fequuntur, ut vertendum fit: *peribitis enim in via, fubito, cum paululum exarferit ira ejus.* Sed fentiét quisque ipfe, verba תֹאבְדוּ דֶרֶךְ propter praepofitam copulam ו multo aptius cum iis, quae praecefferunt, conjungi, atque ineffe Venemae interpretationi *ταυτολογίαν* parum elegantem. Exod. XXXIII, 3. vero tam parum neceffe eft, ut בַּדֶּרֶךְ *fubito* fignificet, ut potius multo aptius *in itinere* vertatur. Ab hac tamen fententia non multum abeft EICHHORN, qui in *Biblioth. Literar. Bibl.* P. I. p. 533. 534. et in Lexici Simonifiani editione דֶּרֶךְ h. l. pro *vita* pofitum putat, quae Hebraeis fuerit *via ad metam,* vel *mortem,* unde dictionem אָבַד [בְּ] דֶּרֶךְ vertit: *perire in media via, antequam ad metam perventum fuerit.* Sed rectius haud dubie Aben-Efra hanc phrafin interpretatur: תהיו אובדים מפאת הדרך *peribitis refpectu viae,* quoad viam. Sic etiam Salomon Ben Melech in Michlal Jophi: פירוש תאבדו מצד הדרך כלומר כי דרככם תאבד *Senfus: peribitis quoad viam, quafi diceret: nam via veftra peribit;* כי היא מהפועלים העומדים *eft enim verbum* אָבַד *intranfitiva fignificatione,* ut idem Aben-Efra obfervat. Ejusdem loquendi formae exemplum affert Jef. I, 30. כִּי תִהְיוּ כְּאֵלָה נֹבֶלֶת עָלֶהָ *eritis enim velut quercus marcescens foliis,* כי היא בעצמה איננה נובלת רק עליה נובלים *nam quercus fubftantia non marcefcit, fed folia ejus tantummodo marcefcunt,* ut Aben-Efra addit. Aliud exemplum affert Kimchi ex Jerem. XLI, 4. ubi קְרֻעֵי בְגָדִים *fciffi veftibus* extat, כי הבגדים קרועים ולא הם ויקראו מצד בגדיהם שהם קרועים *nam eorum tantum veftes fciffae erant, non vero ipfi, dicuntur itaque fciffi propter veftes eorum fciffas.* Plura de hac loquendi forma atque exempla habet SCHROEDER in *Inftitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.*

Synt.

Synt. Verbor. LXX. a. et STORR in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 269. ſeq., qui hunc ipſum noſtrum locum bene ſic explicat: „ne pereatis *quod ad viam*, i. e. (cf. I, 6.) ne pereat *via veſtra*, ne peſſumdetur res veſtra, peſſime conſultum ſit rationibus veſtris, conf. oppoſitum Jerem. XII, 1. (מַדּוּעַ דֶּרֶךְ רְשָׁעִים צָלֵחָה *quare via improborum ſucceſſit?*)" Ceterum de hac ſignificatione vocis דֶּרֶךְ cf. ſupra not. ad Pſ. I, 1. Verba כִּי־יִבְעַר כִּמְעַט אַפּוֹ quidam cum iis, quae proxime praeceſſerunt, *peribunt res veſtrae*, ita conjungunt: *ubi paululum tantum ejus indignatio exarſerit*, ut ſignificetur, hujus irae effectum ita promtum eſſe, ut ſi vel paululum ardeat, conſumtura ſit omnes inimicos. Nam כִּמְעַט nonnumquam etiam ad *quantitatem* pertinet, ut Eſ. IX, 1. Prov. X, 20. Ego tamen mallem cum Jarchio ad *tempus* referre, et ita interpretari: ברגע מועט פתאם *in momento exiguo, ſubito* in vos ira ejus exardeſcet; ut hoc inciſum abſolute ſit dictum, non cum antecedente conjunctum. Verbum בָּעַר plerique interpretes *intranſitive*, exardendi ſignificatione ſumunt, ſed Aben-Eſra פּועל יוצא *tranſitivum* hic eſſe cenſet, ut Pſ. LXXXIII, 15. כְּאֵשׁ תִּבְעַר יָעַר *ſicut ignis ſylvam conſumit.* Itaque et hoc loco *abſumere* eſſe vertendum, והפעול חסר כי אין צורך כי הרי אף נמשל לאש *ſubjectum vero patiens deeſſe, neque neceſſario fervorem irae cum igne eſſe comparandum.* Verba אַשְׁרֵי כָּל־חוֹסֵי בוֹ epiphonematice ſubjiciuntur, in antitheſi quidem, ſed non expreſſa: ſicut certiſſimam iram Dei et poenas ab eo exſpectare debent omnes, qui adverſantur ei, ita contra, qui fidei ejus ſe permittent, incolumes et tuti erunt. Verbi חָסָה propria ſignificatio videtur eſſe: *ſub laciniam alamve veſtis* potentioris alicujus *ſe recipere*, ut colligere licet ex Arabum حَاشِيَة, primum, *ora veſtis*, tum *aſſeclae, protectio*, quod *ora veſtis* expanditur quaſi ſuper clientes a patrono praepotente, quodque olim ſub laciniam alamve veſtis recipi ſolerent, qui in clientelam ſuscipie-

cipiebantur, ut obſervat ALB. SCHULTENSIUS ad *Hariri Confeſſ. VI.* p. 182. et 271. Cujus rei exemplum inveni in ABILFEDAE Annal. T. I. p. 162. ed. Reiſk. Adler. ubi narratur, Muhammedem, cum inter captivas collactaneam ſororem agnoviſſet, eam *injecto ſuo pallio tutam ab omni injuria praeſtitiſſe*, فعرفها وبسط لها رداءه. Simili modo Abd-el-Malec, Chalifa, ſuper Abdallam, poetam, ejus gratiam ambientem, projiciebat pallii ſui laciniam. Ad quae poeta:

اتي رضاك ولا اعود لمثلها

Advenit tandem clementia tua, numquam deinceps, ut olim, peccabo. Rem a Rihanio fuſius narratam vid. in REISKII *Annotatt. hiſtoricc. ad Abulf.* T. I. p. 32. Hinc in ACHMEDIS ARABSIADAE *Hiſtor. Timuri*, P. I. p. 560. ed. Manger. de *Cara-Jiluk* دخل من تحت رداءهم *Recepit ſub eorum pallium* i. e. ſub eorum tutelam. Et P. II, p. 236. فانهم رداء الاسلام *ipſi erant pallium Islamismi*, i. e. ejus defenſores. חוֹסֵי ſequente Praepoſitione בּ forma regiminis poſita eſt, ut ſaepe alias fieri ſolet, quando nomen alia quadam conſtruendi ratione arctius conjungitur cum voce ſequente, etiam intercedente particula, ut Pſ. LXXXIV, 7. עֹבְרֵי בְּעֵמֶק *vallem transeuntes*, Ieſ. XXXIII, 6. חָכְמַת וָדָעַת *ſapientia et cognitio.* Plura vide in SCHROEDERI *Inſtiti.* Syntaxi Nomin. Reg. XIII, a., in STORRII *Obſervatt.* p. 105. et in GESENII *Lehrgeb.* p. 679.

PSAL-

PSALMVS TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Queritur primum de hostium multitudine atque insultatione (Vs. 2. 3.). Sed mox superiorum temporum memoria, quibus tam multa divini favoris et opis singularis documenta acceperat, animum suum erigit, spemque affert divini auxilii atque victoriae de hostibus reportandae (4-7). Tandem divinae opis imploratione atque votis pro universo populo concludit (Vs. 8. 9).

Cum fugeret Absalonem filium (2 Sam. XV, 16. seqq.), hunc Psalmum a patre decantatum esse, dicit Hebraea inscriptio, neque inest Psalmo quidquam, quod nos moveat, ut aliter statuamus. PAULO, in Clavi Psalmorum, hocce carmen elegus martius videtur esse, qui decantatus fuerit, antequam proelium, quod 2 Sam. XVII. describitur, committeretur *). Cf. Not. ad Vs. 1.

Vs. 1.

*) Similiter I. D. MICHAELIS in Not. 117. ad Lowthum de *S. Hebraeor. Poesi* p. 589. edit. Lips.: „Psalmum tertium sine historia legens in Vs. 7. 8. nihil reperiet,

Vs. 1. מִזְמוֹר לְדָוִד בְּבָרְחוֹ מִפְּנֵי אַבְשָׁלוֹם בְּנוֹ, *Davidis Pſalmus, quum propter Abſalonem filium ſuum fugeret.* KIMCHIUS e priſcorum Rabbinorum ſententia docet, Pſalmum iſtum a Davide editum fuiſſe, quum nudis pedibus atque operto capite Olivarum clivum aſcenderet, ut habetur 2 Sam. XV, 30. Et certe hic temporis articulus bene congruit, modo ſumamus, Davidem effudiſſe carmen, non, dum fuga ſeſe ex urbe eripuit, ſed poſtquam ab hoſtibus perſequentibus ſecurus eſſet. Abſalon, qui ſimul de regno occupando, et patre de medio tollendo conſilium cepiſſe videtur, poſtquam accepiſſet a rege commeatum, ut ſub ſpecie voti religioſius perſolvendi multo cum comitatu proficiſci poſſet, per univerſum regnum autem nuncios miſiſſet, qui ubique populos monerent, ut praeſcripto die et hora regem ipſum proclamarent, et ad eum quaſi regem agnoſcendum in Hebronem frequentes confluerent; ipſe etiam Hebronem profectus eſſet, non ſolum cum ordinario coetu domeſticorum et amicorum, qui conſiliorum ejus participes erant, ſed etiam cum ducentis viris Hieroſolymitanis, cetera quidem integris et totius rei ignaris, qui alioqui Abſaloni contra Davidem non faviſſent, ſed mox videntes ſe per imprudentiam in conjuratione implicatos, in facinore progrederentur, quod noluiſſent inchoare (quod conſilium ex Ahitophelis, hominis vaferrimi, officina videtur prodiiſſe, ut non tantum illi dedu-

periet niſi locos communes de tutela Dei fiduciaque in eo collocanda; at idem ſi ex 2 Sam. XVII, 1—23. didicerit, eo ipſo tempore, quo rex cis Jordanem ſecurus dormiebat, graviſſimum ei imminuiſſe periculum, quo perſunctus paene jam evaſiſſe videretur, nec eum deinde habuiſſe, cur infinita millia non militum ſed civium timeret, pravo conſilio lente armanda, quibus in deſertis deſuturus commeatus erat: nae ille jam ſe aliquid legere magnum et attentione dignum ſentiet."

deducerentur in fraudem, ſed aliae etiam civitates, quae Hieroſolymitarum exemplum facilius ſequerentur); poſtremo cum exercitu ad Hieroſolyma accedit, ut vel vi vel deditione rex et civitas in ſuam poteſtatem deveniant, et rege interfecto, ipſe pacifice, ac ſine ullo timore dominetur. Mirum autem in modum Iſraelitas labefactarat Abſalon, et a Davide abalienatos in ſui amorem blanditiis ac ſpe melioris gubernationis traduxerat. Horum omnium non inſcius Davides, Abſalonis adventum non exſpectare, ſed cum ſuis ſalutem fuga petere, conſultius duxit.

2. 3. Orditur exclamatione querula de hoſtium ingenti copia atque maledicentia:

Quantus eſt numerus, Iehova, hoſtium meorum?
Quanta multitudo eorum, qui adverſus me conſurgunt?
Multi dicunt de me:
Nulla ei a Deo ſalus eſt exſpectanda!

מָה Aben-Eſra recte במקום הזה לתימה *hoc loco admirantis* [ſeu potius cum admiratione conquerentis] *vocem eſſe* dicit, tum pergit; וישראל נחלקו בו לג׳ חלקים יש מהם צרים כבני בנימין ויש מהם קמים והם בנו ועמשא קרובים ויש אחרים אומרים כי נפל ולא יוסף קום *Iſraelitae in tres partes tunc contra Davidem diviſi erant, alios enim, ut Benjaminitas*, hoſtes (צָרִים) *habuit, alii, ut Abſalom et Amaſa et qui ab ejus partibus erant, in eum rebellarunt* (קָמִים), *alii de eo dixerunt: cecidit, nec reſurget* (Vs. 3.) Venema רַבִּים h. l. non tam *multos*, quam *magnos* et *excellentes* ſignificare putat, ſeu *magnates*, ut Jerem. XLI, 1. Sed conſueta vocis ſignificatione retenta ſenſus gravior videtur. *Multis* vero non tantum hoſtes Davidis, verum et ii, qui primum de partibus ejus ſtetiſſent, ſed rebellione ingraveſcente de ejus rebus deſperaſſent intelliquntur.

3. לְנַפְשִׁי Hebraeorum magiſtri interpretantur: בעבור נפשי et עַל נַפְשִׁי *de anima mea*, praefixumque ל eadem hic ſignificatione ſumendum eſſe monent, qua Geneſ. XX, 13. אִמְרִי לִי אָחִי הוּא *Dic de me, frater meus eſt.* Exod. XIV,

XIV, 3. *et cogitavit Pharao* לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל *de Iſraelitis*, quibus omnibus, et ſimilibus, locis ל habet poteſtatem, *quod adtinet ad*, *reſpectu habito ad rem*, quae orta eſt ex eo, quod primo ſignificet, *ad* quem locum res *contendat*, id quod pluribus expoſuit STÖRR in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 284. נֶפֶשׁ autem h. l. pro *perſona* ponitur, loco pronominis reciproci, ut Eſaj. XLVI, 2. נַפְשָׁם *ipſa* illa *idola in captivitatem abeunt*, et Levit. XI, 43. אַל־תְּשַׁקְּצוּ אֶת־נַפְשֹׁתֵיכֶם *ne inquinate* (proprie perſonas veſtras, i. e.) *vosmet*. Arabibus is uſus longe frequentiſſimus, itemque Syris et linguae Rabbinicae. Cf. MICHAELIS *Suppiemm*. p. 1659. Sunt, qui נֶפֶשׁ *vitam* interpretentur, quod tamen Michaelis ob ſequens לוֹ, quod manifeſte ad *Davidem* ipſum reſpicit, vix putat licere. Sed eſt נֶפֶשׁ quandoque *maſculinum*, veluti Ieſ. XXXII, 6., id quod Aben-Eſra obſervat: והזכיר על נפשו לו כמו לְהָרִיק נֶפֶשׁ רָעֵב Singulari prorſus ratione Venema verba אֹמְרִים לְנַפְשִׁי interpretatur: *dicunt in animam meam*, quibus non ſignificari putat, *de me*, licet hoc non excluſum nolit, ſed „ſingulari emphaſi, *in faciem meam*, vel *mihi in faciem*, coram et ſumma cum impudentia *mihi* et *de me*, dicunt: נֶפֶשׁ proprie dicit *flatum*, *ſpiritum*, *halitum*, unde *praeſentiae* notio fluxit, et in *animam* idem eſt, ac *in faciem*, *coram*. Quod ex hiſtoria Simei, Davidi coram maledicenti, egregie confirmatur, 2 Sam. XVI. Sic Geneſ. XLIX, 6. *in ſecretum ipſorum ne veniat anima mea*, ne ſim praeſens. Vid. et Pſ. CV, 8.“ Haec Venema, quae quam ſint quaeſita, atque loquendi uſu parum firmata, quisque ſentiet ipſe. Mihi quidem ea, quam primo loco propoſui, interpretatio, omnium aptiſſima et facillima videtur. Senſus itaque eſt: tanta quidem omnino multitudo eſt hoſtium meorum, ut multi tam ex ipſis hoſtibus, quam ex ſpectatoribus aliis ſic de me cenſeant animis ſuis, et inſultantes mihi in has voces erumpant. Verborum: אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ בֵאלֹהִים ſenſus non videtur eſſe hic, „in Deo ipſius ſpem non eſſe repoſitam,

ſed

fed viribus et violentiis ipfum unice fidere, adeoque nunc tandem merito a Deo proftitui, ut meritas luat poenas,“ quae eft Venemae interpretatio; vero potius: *nulla eft ei falus penes Deum,* actum eft de eo; Deus non curat eum amplius, non adeft periclitanti; quod iis, quae mox fequuntur, magis convenit. In voce יְשׁוּעָתָה *He parago-gicum* additum quidam putant ad augendam fignificationis vim. Ita Kimchius: רוצה לומר ישועה וישועה כי כל כפל תוספת לכפל עניין וכן עזרתה רב עזרה וכן תבאתה נפלאתה והחבאתה *quafi repeteres nomen* יְשׁוּעָה, *omnis enim gemi-natio auget fignificationem,* ita עֶזְרָתָה Pf. LXIII, 8. *figni-ficat multum adjutorium, eademque eft ratio horum, quae appono,* תָּבוֹאתָה Deuter. XXXIII, 16. abundanter et certo veniat, נִפְלְאַתָה 2. Sam. I, 26. longe admirabilis fuit, atque הֶחְבְּאָתָה Iof. VI, 17. abfcondidit diligentiffime, fidelilfime. Vim *intenfivam* huic He tribuit etiam IO. BERNH. KOEHLER in *Repertor.* P. III. p. 12. et SCHROEDERUS in *Inftitutt. ad fundamenta Ling. Hebr,* Reg. CLXV. a *β.* ד. qui verba, אֵין יְשׁוּעָתָה vertit, *non eft falus ulla.* Sed Aben-Efra: שנים סימנים לשון נקבה דרך צחות כמו אימתה בצרתה *He feminini elegantiae* (euphoniae), *gratia duplicatum eft, ut in* אֵימָתָה Exod. XV, 16. *terribilitas,* et בַּצָּרָתָה *in anguftia* Pf. CXX, 1. STORRIUS etiam in *Obfervatt.* p. 103. „Vereor, inquit, ut probari poffit, ה paragogicum efficere *fuperlativos.* Certe non video, cur Pf. III, 3. יְשׁוּעָתָה *magnam* falutem etc. intelligere debeamus. Quidni potius (in nota fubdit) He illud, ut in הַחַרְסָה Iud. XIV, 18. redundare, vel euphoniae gratia adjectum dicamus?“ Cf. p. 74. et 438. ejusdem libri. GESENIUS in *dem ausführl. Lehrgeb.* p. 545. comparat illud ה paragogicum τῷ ܐ̊— ftatus emphatici Syrorum. De voce סֶלָה vide Prolegomena.

4—7. Sed profanae ftultitiae et elationis voces funt iftae, et blafphemae, quae mihi praecidunt omnem fpem opis tuae:

Ai

At Tu, Iehova, clypeus mihi es,
Tu dignitatis meae vindex, tu caput mihi extollis!
Te inclamat vox mea, Iehova!
Annuet mihi e ſancto ſuo monte.
Discubitum eo, dormio, evigilo,
Nam Iehova me ſustentat.
Neque metuam vel hominum myriades,
Qui circumcirca caſtris me obſideant.

Haec omnia Venema de ſuperioribus temporibus cenſet intelligenda eſſe, quibus multa eaque plane ſingularia favoris Dei expertus eſſet documenta, ut ſenſus ſit: alias Iovam in afflictionibus meis invocavi, et exaudivit me; itaque et jam de divino ſecurus praeſidio, quieta mente conſiſtam, et ſomno me tradam, habens perſuaſum, quod Deus me nunc quoque defendet. Verum praeterita beneficia Verſu penultimo tanguntur, ut nova impetrentur, unde probabile mihi non ſit, ea quoque in hisce, quae praecedunt, memorari.

4. וְאַתָּה יְהוָה מָגֵן בַּעֲדִי „*At Tu, Iova, clypeus es circa me*, plus eſt, quam ſi dixiſſet *clypeus meus*, nam clypeorum alii partem corporis tegunt, alii totum corpus muniunt: *tu autem mihi es*, inquit, *vice clypei, qui me undiquaque tegit ac munit.* Alioqui vox uſurpatur in ſignificatione praeſidii et protectionis. Pſ. XVIII, 3. *Clypeus meus et cornu ſalutis meae*, et XXXIII, 2. *Auxilium meum et clypeus meus ipſe eſt*, rurſum Pſ. CXIX, 114. *Latibulum meum et clypeus meus tu es.* Item Geneſ. XV, 1. *Ne timeas, Abraham, ego clypeus tuus ſum*, ubi vetus editio Latina, *protector tuus.*“ Haec DRUSIUS in *Commentat. in priores XIX. Pſalmos*, ad h. l. In כְּבוֹדִי eſt *metonymia effectus*, effectu poſito pro perſona efficiente, ſeu pro auctore, quemadmodum Pſ. XXVII, 1. *Iova lux mea, et ſalus mea* i. e. auctor et cauſa lucis, ſalutis. Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 839. ed. Dath. et STORRII *Obſervatt.* p. 15. Senſus: a te ſpero gloriam, i. e. victoriam de hoſtibus, et meae dignitatis vindicationem.

Alii

Alii haec referunt ad *partam praeſentemque* dignitatem regiam, ut ſit, tu me *honoribus ornaſti.* Ita DRUSIUS quoque l. c.: „qui me evexiſti ad gloriam, vult dicere, ad dignitatem regiam; nam *gloria* nuncupatur *majeſtas regum*, vel ipſum regnum. Unde veſtis *gloriae* pro regia, Eſth. XIV, 2. καὶ ἀφελομένη τὰ ἱμάτια τῆς δόξης αὐτῆς· Latina Vetus: *cum depoſuiſſet veſtes regias.* Licet etiam exponere, *gloria mea*, i. e. Deus meus, ut Pſ. CVI, 20. *Mutaverunt* כְּבוֹדָם *gloriam ſuam in ſimilitudinem bovis.*“ Interpretationem plane diverſam proponit Kimchi: יהכבוד הוא הנפש כמו ויגל כבודי למען יזמרך כבוד ומגן כבודי ומגן בעדי מגן שנים במקום עומד שזכר, *nomen* כָּבוֹד *hic idem valet, quod* נֶפֶשׁ, anima, ut Pſ. XVI, 9. וַיָּגֶל כְּבוֹדִי exultavit anima mea, et Pſ. XXX, 13. לְמַעַן יְזַמֶּרְךָ כָבוֹד ut pſallat tibi anima. *Nomen* מָגֵן *autem eſt etiam ante* בַּעֲדִי *repetendum, clypeus circa me, et clypeus animae meae.* Subdit tamen: או פירוש כבודי הפך הקלון שהיה לו בברחו *poteſt etiam* gloria mea *oppoſita eſſe ignominiae, quam eſt paſſus, cum fugeret.* Verba hujus commatis ultima: מֵרִים רֹאשִׁי refert Druſius l. c. quemadmodum ea, quae praeceſſerunt, ad dignitatem regiam: „*extollens caput meum* ex humilitate atque dejectione; hoc dicit, quia ex infimo loco ad altiſſimum regiae dignitatis gradum fuerat a Deo evectus: nam *extollere caput* dicitur, qui aliquem ad honores perducit. Sirach. XI, 1. *Sapientia humilis extollit caput ejus.* Rurſum Sirach. XX, 11. *Eſt, qui ex humilitate caput extollit.* Nec aliter ſumes Pſ. XXVII, 6. *Nunc extollit caput meum contra hoſtes meos*, et CX, 7. *ideo extollit caput.* Et 2 Reg. XXV. 27. *Extulit caput Jeachim regis Iudae de carcere.* Hujus loci eſt et illud Geneſ. XL, 13. *Intra tres dies extollet Pharao caput tuum* [cf. Not. noſtr. ad h. l.]“ Aliter Kimchi: ומרים ראשי שלא אבוש ולא יפלו פני לפני אויבי אלא אלך בקוממיות ובהרמת הראש, *et exaltans caput meum, ne rubore perfundar, neve concidat facies mea coram inimicis meis, ſed erecto et elevato capite incedam*, laetus et hi-

laris. Cf. DRUSII *Proverb.* Claſſ. II. Lib. III. Prov. 150. Ego utrumque h. l. conjungendum puto, ut Esromus Rudinger fecit, cujus haec ſunt verba; „Significat *caput tollere*, ſive *extollere*, figura hebraea utrumque, id eſt, et honoribus et dignitate ornare, et laetitiam atque ſecuritatem conciliare, liberando e periculis, malis, et aegritudine, atque ita erigere jacentem, ſicut contra perturbati et triſtes atque lugentes incedunt capite dejecto ſeu demiſſo, ut Pſ. XXXV, 14. *incedebam incurvus ſicut qui matrem luget*, id enim eſt capite demiſſo. Sic eſt Geneſ. XL, 13. *et extulit caput principis pincernarum* id eſt, *et reſtituit ei dignitatem.* Cf. Pſ. XXVII, 6. Quale videtur et Maronianum hoc [Georg. III, 8. 9.]

— — *Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim*
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.

Erit igitur: et erectus incedere, liberatus omni dolore et metu et ornatus honoribus.“

5. קוֹלִי hic poſitum eſt pro בְּקוֹלִי, ut Nah. II, 8. מְנַהֲגוֹת כְּקוֹל יוֹנִים *gementes voce columbarum*, et Iob. XXXVII, 4. אַחֲרָיו יִשְׁאַג־קוֹל *poſteam rugiet voce.* Abendana: חסר בית״ השירות כמו כי ששת ימים ורבים כמוהו והטעם בקולי אל ה׳ אקרא *Deeſt Beth praefixum, ut Exod. XX, 11.* כִּי [בְּ] שֵׁשֶׁת יָמִים *nam ſex diebus perfecit Deus coelum et terram, et ſaepe alias, quaſi poſitum eſſet:* בְּקוֹלִי אֶל־יְהוָה אֶקְרָא. Futurum אֶקְרָא autem hic aoriſtice ſumendum eſt (cf. not. ſupra ad vs. 4 — 7.), quemadmodum quod proxime ſequitur וַיַּעֲנֵנִי *reſpondet*, ſive *reſpondere ſolet mihi*, precibus meis, auxilium tuum mihi non denegas. מֵהַר קָדְשׁוֹ, *e monte Sanctitatis ejus*, i. e. ex Sione monte, ubi tunc foederis arca, Iovae ſedes fuit, ut recte Aben-Eſra obſervat.

6. Ita me audis benigne, ita nihil mihi negare ſoles, ut te fretus, prorſus acquieſcam, et nihil trepidem in ullo periculo, atque ne in praeſenti quidem, quantumvis magno; ut, quando cubitum eo, dormiam ſecurus, ſine metu ullius periculi, et quando de ſomno expergiſcor, nulla

nulla res conturbet animum meum. Recte KOEHLERUS in *Repertor.* Pſ. III. p. 12. monet, verba אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה ab Alexandrinis et Hieronymo non ſatis accurate reddita eſſe, *ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, dormivi et ſoporatus ſum,* neque a Michaele, *ich lag und ſchlief, decubui et dormivi,* quum שָׁכַב ſit *cubitum ire.* Aben-Eſra quod hic generatim, et proverbiali quaſi locutione, dictum videtur, hiſtoriae applicat, neſcio, an recte; ita enim haec verba enarrat: לבטח אשכבה ואישן בלילה שהיתה למחרת המלחמה *ſecurus cubitum ibo et dormiam noctu, quae diem praecedit, quo proelium eſt committendum.* Ad הֱקִיצוֹתִי vero bene Kimchi: ואינני נבהל כאדם הישן מתוך הצרה שהוא נבהל בהקיצו, *non perturbatus, ut ſolet eſſe is, qui prae anguſtia ſomno correptus eſt, qui dum expergiscitur, animo eſt perturbato.*

7. Quantumvis multae myriades hoſtium me jam invadant, et circumcirca caſtris poſitis me obſideant, in hac tamen fiducia opis protectionisque tuae, non perturbabor, neque trepidabo animo meo. Ad verba: לֹא אִירָא מֵרִבְבוֹת עָם Kimchius: כי כל ישראל היו עם אבשלום לבד מאשר היו עם דוד בירושלם שיצאו עמו ואותם שנתאספו אליו אחר כן. *Omnes enim Iſraelitae Abſalomi partes ſequebantur, exceptis iis, qui Hieroſolymis cum Davide remanſerant, qui eum poſtea in fuga comitabantur, et praeter alios, qui poſtea ad eum convenerunt. „A myriadibus populi,* ſenſus eſt, ab innumeris populis; numerus finitus pro infinito. Euſebius Προπαράσκ. Lib. 7. *εἰώθαμεν ὀνομάζειν καθ' ὑπερβολῆς ἔμφασιν τὰ πολλὰ καὶ ἄπειρα, μύρια.* Latini dicunt: *mille et ſexcenta:* Virgil. *Mille trahens alios adverſo ſole colores.* Terent. *Sexcentas perinde potius ſcribito jam mihi dicas.* Ad quem locum Donatus: *Perſpicere hinc liquet,* inquit, *conſuetudinem utriusque ſermonis. Nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. Et ut apud Graecos μύρια, ita apud nos ſexcenta dicere pro multis, uſitatum eſt. Cicero: ſexcenta poſſum decreta proferre.*" DRUSIUS. Vocem עָם Venema *copias militares* ſignificare monet, ut Num. XX, 20. Iud. IX, 43. 2 Reg. XIII, 7.

Quum pro Hebraeo מֵרְבְבוֹת Chaldaeus paraphraſtes ponat מִמַּצּוּתָא דְעַם, *a contentione populi*, Koehlerus l. c. eum in ſuo Codice מְרִיבוֹת עַם, a רוּב, *litigare*, inveniſſe putat. Vere etiam idem Vir Doctiſſimus conjicit, quod in Chaldaeae paraphraſeos exemplis typis exſcriptis invenitur, לָא חַרְחַל ſcribae lapſum eſſe pro לָא אַרְחַל, quomodo in BUXTORFII *Lex. Chald.* p. 524. invenitur. אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי *qui circumcirca ponunt contra me*, מִלְחָמָתָם, *apparatum ſuum bellicum*, ſive caſtra, quod Kimchius ſubintelligere jubet, qui ejusdem loquendi uſus exemplum adfert Jeſaj. XXII, 7. הַפָּרָשִׁים שֹׁת שָׁתוּ הַשָּׁעְרָה *equites obſeſſerunt portam.* Eodem modo uſurpatur verbum שׂוּם, cum שׁוּת ſynonymum, 1 Reg. XX, 12. שִׂימוּ וַיָּשִׂימוּ עַל־הָעִיר *ponite et poſuerunt contra urbem*, caſtra. „Uſurpant enim abſolute *ponere* pro eo, quod eſt caſtra *ponere*. Virgilius *tendere* dixit in illo: *Ferus hic tendebat Achilles*, i. e. tendebat caſtra.“ DRUSIUS. PAULUS in *Clave* tam Pſalmorum, quam Jeſaiae (ad XXII, 7.) שִׁית reciproce vertit: *ponere ſe*, i. e. conſidere, caſtra ponere, plane contra linguae uſum. VOGEL ad *Vatabli Grotiique Annotationes in Pſalmos*, a ſe editas ad h. l. hanc adſperſit notulam: „סביב et in hoc et in multis aliis locis *nomen* potius quam *particula* eſſe videtur, *caſtra*.“ Quod plane eſt confictum, atque aperte refutatur loco Num. XI, 31., ubi ſi סְבִיבוֹת הַמַּחֲנֶה vertas *caſtra caſtri*, nullum ſenſum invenies.

8. 9. Nunc ſuperiorum temporum memoria erectus, ad Iovam preces pro liberatione fundit:

Surge, Iova, ſerva me, mi Deus!
Tu enim omnium hoſtium meorum maxillam contudiſti;
Tu impiorum dentes confregiſti.
Penes Iovam ſalus!
Salutem tuo populo praeſta!

קוּמָה *Exſurge*, inſtar ſtrenui militis arma accipe, vires collige, ac ſi Iova hactenus fuiſſet otioſus ſpectator miſeriae Davidis. הוֹשִׁיעֵנִי אֱלֹהַי *Salvum me fac* in hoc periculo,

riculo, *mi Deus,* eripe ex anguftiis, et priftinam felicitatem redde. Ad verba כִּי־הִכִּיתָ וגו' bene Kimchius: פעמים רבות הושעתני והכית אויבי כן תעשה עתה *Iam multoties me fervafti, et hoftes meos percuffifti, ita et nunc facturus es.* Ad Saulem potiffimum ejusque progeniem, tum etiam ad reliquos hoftes feliciter olim debellatos refpicere videtur. Addit tamen: או פירוש על זאת המלחמה והוא כמו שפירשנו ויענני מהר קדשו. *Vel refertur ad praefens bellum, tum in Praefenti haec funt accipienda, ut fupra Vs.* 5. (ubi cf. not.) Ita Aben-Efra וטעם ושני רשעים לנגד רבים אומרים לנפשי. *Quod dicit: impiorum dentes confringis, oppofitum eft iis, qui nullam falutem ipfi a Iova expectandam effe dicerent.* Metaphoram in his verbis ZORNIUS in *Biblioth. antiquar. exeget.* P. I. p. 902. defumtam putat a pugilum certaminibus, quibus in feriendo et oppugnando adverfario praecipue facies peti folebat, quod apud Graecos ὑποπιάζειν appellatum eft. Sed quum apud Hebraeos hujusmodi certamina in ufu fuiffe, nullo exemplo conftet, praeftat cum Venema et aliis figuram a feris beftiis petitam putare, quae morfu nocent et dilaniant, quarum dentibus excuffis, nulla ab iis metuenda eft noxa. Kimchius מכת בזיון, *ignominiofam percuffionem,* intelligit, quod etiam GEIERO vifum eft, qui ad loca Mich. V, 1 [al. IV, 14.] et Ioan. XIX, 3. provocavit. Verborum כִּי־הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי rationem grammaticam non uno modo interpretes exponunt. Aben-Efra: דע כי שם הפועל הוא בכל פעל עבר או עתיד ואעפ"י שאיננו פעמים כתוב כמו ויברך ולא אשיבנה והטעם ויברך ברכה וככה וברוב יועצים עצה תקום וככה כי הכית את כל איבי מכת לחי *Obfervandum eft, verba praeterita aut futura Nominativum, ad quem fe referunt, in ipfa fua fignificatione implicite continere et includere, etiamfi non femper expreffus fit. Veluti Num. XXIII,* 20. *in verbis* וּבֵרֵךְ וְלֹא אֲשִׁיבֶנָּה et benedixit nec faciam eam irritam, *poft* וּבֵרֵךְ *fubaudiendum eft nomen* בְּרָכָה, *quod in eo latet, ad quod etiam refpicit fuffixum. Ita etiam Proverb.*

verb. XV, 22. in his verbis: וּבְרֹב יוֹעֲצִים תָּקוּם in multitudine confiliariorum firmum ftat, *five,* firmatur, *fubaudiendum eft* עֵצָה *confilium. Eadem hujus loci ratio eft, qui plene ita fonaret:* כִּי־הִכִּיתָ אֶת־כָּל אֹיְבַי מַכַּת לֶחִי; *tu enim omnes hoftes meos percuffifti percuffione maxillae.* Sed ftatim aliam interpretationem fubjicit: או תחסר אות בית כמו הנמצא בית יי' כי ששת ימים עשה והנוה הא בלחי *Poteft etiam Praefixum* ב *omiffum effe, ut 2 Reg. XVIII,* 15. הַנִּמְצָא בֵּית־יְהוָֹה inventum eft in templo Iovae, *atque* Exod. XX, 11. כִּי שֵׁשֶׁת יָמִים עָשָׂה fex diebus perfecit *coelum et terram. Pofitum ita erit pro* בַּלֶּחִי. Quod fequuntur Kimchius et Ben Melech. GLASSIUS in *Philolog. S.* p. 480. ed. Dath. עַל fubaudiendum cenfet, quae particula expreffe adjecta eft 2 Paral. XVIII, 23. וַיַּךְ מִיכָיְהוּ עַל הַלֶּחִי *colaphum Michae inflixit,* itemque Mich. IV, 14. [al. V, 1.]. Sed STORR in *Obfervatt.* p. 270. vertit: percutis omnes inmicos meos *quod ad maxillam,* eadem dictionis forma, qua fupra Pf. II, 12., ubi not. vide. Senfus femper idem manet. Ceterum pro לֶחִי Alexandrinus interpres pofuit *ματαίως*, quem fequitur Vulgatus, *fine cauffa,* et Arabs بَاطِلًا, idem. Hinc LUDOV. CAPPELLUS in *Crit. S. L.* IV. C. V. p. 605. edit. Vogel-Scharfenberg. illum in fuo codice לְחִן inveniffe idque pro חִנָּם, *gratis* accepiffe cenfet. Ad quam conjecturam recte SCHARFENBERG in Nota fubjecta: „Etfi verba Eufebii apud *Montefalcon.* (Hexapl. Origen.) *οἱ δὲ Ο. ματαίως ἐξέδωκαν, ἢ κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα ἑτέρως ἐσχηκότα, καθὰ φασί τινες τῶν Ἑβραίων, ἢ τῆς λέξεως τὸ εὐτελὲς ἀποφεύγοντες*, favere videntur opinioni eorum, qui interpretes Alexandrinos pro לֶחִי aliud quid legiffe exiftimant; tamen conjectura Cappelli vel propterea fe mihi non probat, quod לְחִן nunquam hoc fenfu accipitur, neque ab interpretibus iftis redditur *ματαίως*. Quare ampliandum effe cenfes.“ Venema: „Legiffe videntur לחנ' cum lineola transverfa, quae ם defignare folebat, fupra ultimam literam, quam excidiffe cen-

cenſuerunt, unde לחן pro לחנם, *fruſtra*, acceperunt." KENNICOTT in *Diſſ.* II. *on the printed Hebrew Text* p. 377. Alexandrinos לְחִיָּם legiſſe putat, cui aſſentitur KOEHLER in *Obſervatt. Criticc.* in *Repertor.* P. III. p. 13., qui praeterea conjicit, in textu Hebraeo olim extitiſſe לְחִיֵהֶם, Syri et Chaldaei auctoritate motus, qui Suffixum expreſſerunt.

9. לַיהוָה הַיְשׁוּעָה Iovae eſt ſalus, ad eum referenda eſt, is ſalutis auctor eſt. *Lamed* enim ſaepe referre ſolet *actionem*, vel opus ad ſuum *auctorem*, vid. STORRII *Obſervatt.* p. 291. עַל־עַמְּךָ *ſuper populum tuum*, i. e. Iſraeliticum. Sed Aben-Eſra intelligit הם הנלחמים בעבור דוד כי הם־עם יי' ולא ככה העוזרים לבן לקשור על אביו *eos, qui pro Davide pugnarent, hi enim vere Dei populus erant, non autem qui filii rebellionem adjuvarent.*

PSAL-

PSALMVS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Invocat Deum, ſalutis ſuae vindicem et defenſorem, ut auxilium ſibi ferat (Vs. 2.). Tum hoſtes hortatur, ut deponant odia, et libenti animo ſe ſubjiciant ejus imperio, quem Deus ipſe cariſſimum haberet, atque ampliſſimo regis honore et nomine afficeret (2-7.) Denique animum et ſermonem iterum ad Deum elevat, ejus favorem implorat, atque ſpem ſuam et fiduciam in eo teſtatur (8, 9.).

Carmen hoc quo tempore editum ſit, variae ſunt variorum ſententiae. Hebraei interpretes unanimi fere conſenſu ſicut ſuperiorem, ita hunc etiam Pſalmum indubitato habent pro eo, qui ſit factus in periculis, quae ab Abſalone impendebant, atque ita priori *σύγχρονον* eſſe [1]). Ejusdem pleri-

1) Veluti MOSES, Sacerdos, ab Aben-Eſra ad Vs. 2. Iaudatus: אמר רבי משה הכהן ז"ל כי זה המזמור ככתוב הנכון שנאמר המזמור למעלה Similiter KIMCHI: הזה גם כן בברחו מפני אבשלום *Certum eſſe videtur, hunc quoque Pſalmum a Davide compoſitum fuiſſe, cum Abſalomum fugeret.* IARCHI ſolus in Saulis per-

plerique ex noftris funt fententiae [2]). Quae conjectura, fi retinetur, nimirum dirigetur oratio contra principes et duces, copiarumque ductores primarios, qui fe cum Abfalone conjunxerant, et ei militabant, quos graviffima compellatione, et tamen temperata mirabiliter pietatis humanitate, a facinoris focietate abducere conatur [3]).

Flaminius [4]) initio regni a Davide fcriptum fufpicatur, fed non explicat, de utrius regni initio intelligi velit, Iudaei an Ifraelici. At initiis Ifraëlici, Rudingerus refpondet, minus convenit; ad ea autem tempora, quibus Hebronae Iudae regnum capeffere coepit, nequaquam eft inconfentaneus. Eft enim in hiftoria de bellis

perfecutiones et calumnias hunc Pfalmum directum exiftimat. Sed bene esrom. rudingerus in hujus Pfalmi προθεωρία, p. 62. *Sunt, qui ad Saulica tempora referre Pfalmum audent, cum Saule vivo paene numquam fe Regem appellare foleat, abeft, ut de dignitate illa Regia fua tam gloriofe profiteri, et inter exilia quidem fua, poterit.*

2) Inter eos rudingerus quoque, l. c. *Simpliciffimum effe puto, maximeque confentaneum ut ad Abfalonicae feditionis tempus referatur Pfalmus. — Facio σύγχρονον Pfalmo LXII. qui fententias hujus retexit; fed et cum Abfalonicis ceteris, quorum multi funt. Poftquam autem tali commonefactione leniore nihil profecit ad hofies fuos, poftea diras ufurpat, Pfalmi LXII. et aliorum, contra eosdem.*

3) Eadem fere pauli eft fententia in *Clavi* p. 10. Vt antecedentem, ita et hunc elegum martium putat in caftris Davidicis, hoftilia caftra verfus decantatum.

4) *In Librum Pfalmorum brevis Explanatio*, p. 13. ed. Wald.

lis civilibus inter domum Saulis et Davidem, in regno Hebronico. Queretur autem hoc modo de filiis Saulis, vel expoſtulabit potius cum ipſis, et iis inprimis, qui faciebant cum eis, et bello praeerant, Abnero, et factione hujus.

Ad Sebae rebellionem, poſt Abſalonem occiſum, Pſalmum refert LIGHTFOOT [5]), qui eum cum 2 Samuel. XX legere jubet. Exprobrat, inquit, populo, quod regnum ſuum ſpreviſſet, et attendiſſet ad regnum, quod nihil eſſet niſi vanitas, ut Abſalomi prius, et nunc Sebae Verſ. 3. Monet Iſraelem et Iudam, ne abrepti ira peccent, 2 Sam. XIX, 43. רגזו ואל תחטאו, *Iraſcimini et ne peccetis*, Verſ. 5. Profitetur Vs. 8. ex quo frumentum, vinum, et reliquus commeatus multiplicata ſibi erant a Barzillaio, Sobi et Nahazo, 2 Sam. XVII, 27., animum ſuum cepiſſe certam fiduciam de reſtitutione, ideoque ſecurum quieſcere velle, et pendere ab iſthac benignitate, et providentia, quae ipſum ex aliis turbis liberarat, et fauſtae haec auſpicia produxerat.

Sed VENEMAE in hoc carmine nullum plane occurrit indicium, ex quo pateat, eos, quibuscum poeta hic agit, hoſtes ipſius fuiſſe, cum nec eo nomine inſigniantur, nec hoſtilis in ipſum impetus iis adſcribatur; reprehendi tantum

5) In *Chronol. Temp. V. T.*, quae extat in *Opp.* T. I. p. 67.

tum in iis nimium vanitatis et mendacium rerum ſtudium et contumelioſas forte cogitationes et facta eorum in Davidem (Vs. 3.), quod ſociis Davidis, contra eum propter graviſſima mala, quibus premerentur, murmurantibus, conveniat, ſed nullum praebeat inimicorum characterem. Nec ullum ſe offerre ſignum *regiae dignitatis* ab iis impugnatae, Verſu quarto Davidem magis tanquam interioris admiſſionis apud Deum miniſtrum repraeſentari, quam *regem.* Reſpicere carmen ad ſtatum, in quem Davides cum ſociis delapſus eſſet, admodum luctuoſum, qui aptus fuerit, affectus concitare, et ſocios contra Davidem incitare, iisque ſiniſtras de Dei favore erga ipſum inſpirare ſuſpiciones. Congruere itaque optime illi tempori, quo Davides cum ſuis, a Philiſthaeis, cum Saulo decretoria pugna certaturis dimiſſus, *Ziclagum* invenerit flammis abſumtum, et omnium familias ac bona ab Amalekitis ſpoliata et abducta. Quo caſu omnes mox in lachrymas eruperunt; ſed ſocii, dolore in iram et indignationem verſo, Davidem cum dictis, tum factis petere coeperunt, et de ipſo e medio tollendo, conſilia agitare, Davides contra, ſingulari Iovae fiducia roboratus, et oraculo divinitus dato de damno reſarciendo, ſociorum furorem repreſſit [6]). Eo ipſo tem-

6) Hiſtoria narratur 1 Sam. XXX. Vs. 1. ſeqq. Praeſertim Verſus 6. 7. 8. huc pertinent.

temporis articulo Venema putat Davidem hanc orationem increpatoriam et adhortatoriam ad ſuos convertiſſe ſocios et milites, contra ipſum murmurantes, qua eos ad ſilentium redigere, et de favore Dei erga ſe certiores facere, adeoque ad fiduciam in Deo adhortari conetur [7]).

---

2. Imploratione auxilii divini orditur:

Annue mihi, inclamanti, tu innocentiae meae vindex!
Tu, qui ex anguſtiis educis me in loca patentia,
Adſis mihi propitius, et exaudi preces meas!

בְּקָרְאִי *in clamando me*, dum clamo, cum implorem opem tuam. עֲנֵנִי *reſponde mihi*, exaudi me. Sed pro eo Alexandrinus interpres εἰσήκουσέ μου, et Vulgatus *exaudivit me*, poſuit, quem ſequitur Arabs et Aethiops. Enunciavit itaque עָנָנִי, nec incommodo plane ſenſu, q. d. Deus, qui me invocantem ſemper exaudiſti, miſerere et nunc mei. Sed verſionis Alexandrinae exemplar Aldinum εἰσήκουσας habet, quocum conſentit Syrus, ܥܢܝܬܢܝ ponens, et ipſe Hieronymus, *exaudiſti me*, quaſi hi in libris Hebraicis עֲנִיתָנִי invenerint, quod praeplacet KOEHLERO in

Nott.

7) In eandem ſententiam inclinat E. I. GREVE in *Tractatu de Numeris Hebraeorum poeticis*, (quem addidit libro, hac epigraphe inſignito: *Ultima Capita Iobi ad Graecam verſionem recenſita notisque inſtructa P. I. II.* Deventr. 1788. 1791.), ubi P. II. p. 292 — 294. et noſtrum Pſalmum ad metri leges deſcripſit, textum recenſuit notulis criticis adſperſis, et verſionem addidit, ad cujus finem in Nota haec monuit: *Compoſitus a Davide hymnus occaſione ſeditionis et tumultus caſtrenſis, forte quando poſt incendium Ziclagae cum agmine ſuo eo remearat*, 1 Sam. XXX.

Nott. Criticc. in hunc Pſalm. in *Repertor.* P. III. p. 15., ideo maxime, quod proxime הִרְחַבְתָּ, ſecunda perſona ſequitur. Verum, ut taceam hujusmodi perſonarum mutationem ſatis frequentem eſſe in Hebraeorum poematibus, Maſorethicae lectionis veritatem non modo quod mox ſubjicitur, huic reſpondens, חָנֵּנִי, item Imperativus, ſed etiam reliquorum veterum interpretum conſenſus arguit. Namque Chaldaeus קַבֵּל מִנִּי, et Aquila reliquique, *ἐπάκουσον* exhibent. אֱלֹהֵי צִדְקִי optime Syrus videtur reddidiſſe: ܐܠܗܝ ܘܦܪܘܩܐ ܕܙܕܝܩܘܬܝ *Deus mi, et ſervator juſtitiae meae,* quocum conſentit Kimchii explicatio: שאתה יודע לי עמי הצדק ועם אשר כנגדי העול והחמס ואתה אלהים שופט עלינו כי כל אלהים ענייננו כמו שפירשנו כי יש אלהים שופטים בארץ וכן נקראו בני אדם השופטים עד האלהים יבא דבר שניהם והגישו אדוניו אל האלהים *Tu enim optime noſti, juſtam eſſe cauſſam meam, iniquam vero et injuſtam cauſſam eorum, qui ſeſe mihi opponunt, tu autem inter nos judex es. Vox* אלהים *enim ſemper* Deum judicem *ſignificat, ſicut explicamus infra* Pſ. LVIII, 12. יֵשׁ־אֱלֹהִים שֹׁפְטִים בָּאָרֶץ *utique eſt* Deus judex *in terra. Hinc de hominibus quoque* אֱלֹהִים judicis *notione uſurpatur, veluti Exod.* XXII, 8. עַד הָאֱלֹהִים יָבֹא דְּבַר־שְׁנֵיהֶם *ad* judices *perveniet cauſa utriusque,* et XXI, 6. וְהִגִּישׁוֹ אֲדֹנָיו אֶל־הָאֱלֹהִים *et adducat eum ejus dominus ad* judices. Eundem ſenſum expreſſit Dathius, *Deus, qui juſtae meae cauſſae faves.* GATACKER in *Diſſertat, de Novi Inſtrumenti Stylo* Cap. XV. p. 94. *Opp. Critt.* poſtquam obſervaſſet, Hebraeos adjectivorum loco ſubſtantiva uſurpare, ſubſtantivis in regimine adjuncta, ut itaque אִישׁ דָּמִים ſit *ſanguinolentus,* אִישׁ חַיִל *robuſtus,* אֵל אֱמֶת *Deus verax,* אֵל דֵּעוֹת *Deus ſciens;* ſubdit, in hujusmodi formulis pronomen vocabulum nomini poſteriori adjunctum, ad ſubſtantivum prius plerumque eſſe referendum, ut itaque noſtrum אֱלֹהֵי צִדְקִי ſit vertendum, *Deus juſtitiae mi,* i. e. mi juſte Deus, vel Deus mi juſtiſſime, quemadmodum Pſalm. LIX, 10. 17. אֱלֹהֵי חַסְדִּי *Deus benigniſſimus meus,* et LXV, 6.

אֱלֹהֵי

At Tu, Iehova, clypeus mihi es,
Tu dignitatis meae vindex, tu caput mihi extollis!
Te inclamat vox mea, Iehova!
Annuet mihi e fancto fuo monte.
Discubitum eo, dormio, evigilo,
Nam Iehova me fustentat.
Neque metuam vel hominum myriades,
Qui circumcirca caftris me obfideant.

Haec omnia Venema de fuperioribus temporibus cenfet intelligenda effe, quibus multa eaque plane fingularia favoris Dei expertus effet documenta, ut fenfus fit: alias Iovam in afflictionibus meis invocavi, et exaudivit me; itaque et jam de divino fecurus praefidio, quieta mente confiftam, et fomno me tradam, habens perfuafum, quod Deus me nunc quoque defendet. Verum praeterita beneficia Verfu penultimo tanguntur, ut nova impetrentur, unde probabile mihi non fit, ea quoque in hisce, quae praecedunt, memorari.

4. וְאַתָּה יְהוָה מָגֵן בַּעֲדִי „*At Tu, Iova, clypeus es circa me*, plus eft, quam fi dixiffet *clypeus meus*, nam clypeorum alii partem corporis tegunt, alii totum corpus muniunt: *tu autem mihi es*, inquit, *vice clypei, qui me undiquaque tegit ac munit.* Alioqui vox ufurpatur in fignificatione praefidii et protectionis. Pf. XVIII, 3. *Clypeus meus et cornu falutis meae*, et XXXIII, 2. *Auxilium meum et clypeus meus ipfe eft*, rurfum Pf. CXIX, 114. *Latibulum meum et clypeus meus tu es.* Item Genef. XV, 1. *Ne timeas, Abraham, ego clypeus tuus fum*, ubi vetus editio Latina, *protector tuus.*“ Haec DRUSIUS in *Commentat. in priores XIX. Pfalmos*, ad h. l. In כְּבוֹדִי eft *metonymia effectus*, effectu pofito pro perfona efficiente, feu pro auctore, quemadmodum Pf. XXVII, 1. *Iova lux mea, et falus mea* i. e. auctor et caufa lucis, falutis. Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 839. ed. Dath. et STORRII *Obfervatt.* p. 15. Senfus: a te fpero gloriam, i. e. victoriam de hoftibus, et meae dignitatis vindicationem.

Alii

Alii haec referunt ad *partam praeſentemque* dignitatem regiam, ut ſit, tu me *honoribus ornaſti.* Ita DRUSIUS quoque l. c.: „qui me evexiſti ad gloriam, vult dicere, ad dignitatem regiam; nam *gloria* nuncupatur *majeſtas regum*, vel ipſum regnum. Unde veſtis *gloriae* pro regia, Eſth. XIV, 2. *καὶ ἀφελομένη τὰ ἱμάτια τῆς δόξης αὐτῆς*· Latina Vetus: *cum depoſuiſſet veſtes regias.* Licet etiam exponere, *gloria mea*, i. e. Deus meus, ut Pſ. CVI, 20. *Mutaverunt* כְּבוֹדָם *gloriam ſuam in ſimilitudinem bovis.*“ Interpretationem plane diverſam proponit Kimchi: והכבוד הוא הנפש כמו ויגל כבודי למען יזמרך כבוד ומגן כָּבוֹר שזכר עומד במקום שנים מגן בעדי ומגן כבודי, *nomen* כָּבוֹד *hic idem valet, quod* נֶפֶשׁ, anima, ut Pſ. XVI, 9. וַיָּגֶל כְּבוֹדִי exultavit anima mea, et Pſ. XXX, 13. לְמַעַן יְזַמֶּרְךָ כָבוֹד ut pſallat tibi anima. *Nomen* מָגֵן *autem eſt etiam ante* בַּעֲדִי *repetendum, clypeus circa me, et clypeus animae meae.* Subdit tamen: או פירוש כבודי הפך הקלון שהיה לו בברחו *poteſt etiam* gloria mea *oppoſita eſſe ignominiae, quam eſt paſſus, cum fugeret.* Verba hujus commatis ultimae: מֵרִים רֹאשִׁי refert Druſius l. c. quemadmodum ea, quae praeceſſerunt, ad dignitatem regiam: „*extollens caput meum* ex humilitate atque dejectione; hoc dicit, quia ex infimo loco ad altiſſimum regiae dignitatis gradum fuerat a Deo evectus: nam *extollere caput* dicitur, qui aliquem ad honores perducit. Sirach. XI, 1. *Sapientia humilis extollit caput ejus.* Rurſum Sirach. XX, 11. *Eſt, qui ex humilitate caput extollit.* Nec aliter ſumes Pſ. XXVII, 6. *Nunc extollit caput meum contra hoſtes meos*, et CX, 7. *ideo extollit caput.* Et 2 Reg. XXV. 27. *Extulit caput Joachim regis Iudae de carcere.* Hujus loci eſt et illud Geneſ. XL, 13. *Intra tres dies extollet Pharao caput tuum* [cf. Not. noſtr. ad h. l.]“ Aliter Kimchi: ומרים ראשי שלא אבוש ולא יפלו פני לפני אויבי אלא אלך בקוממיות ובהרמת הראש, *et exaltans caput meum, ne rubore perfundar, neve concidat facies mea coram inimicis meis, ſed erecto et elevato capite incedam*, laetus et hi-

laris. Cf. DRUSII *Proverb.* Claff. II. Lib. III. Prov. 150. Ego utrumque h. l. conjungendum puto, ut Esromus Rudinger fecit, cujus haec funt verba; „Significat *caput tollere*, five *extollere*, figura hebraea utrumque, id eft, et honoribus et dignitate ornare, et laetitiam atque fecuritatem conciliare, liberando e periculis, malis, et aegritudine, atque ita erigere jacentem, ficut contra perturbati et triftes atque lugentes incedunt capite dejecto feu demiffo, ut Pf. XXXV, 14. *incedebam incurvus ficut qui matrem luget*, id enim eft capite demiffo. Sic eft Genef. XL, 13. *et extulit caput principis pincernarum* id eft, *et reftituit ei dignitatem.* Cf. Pf. XXVII, 6. Quale videtur et Maronianum hoc [Georg. III, 8. 9.]

— — Tentanda via eft, qua me quoque poffim
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.

Erit igitur: et erectus incedere, liberatus omni dolore et metu et ornatus honoribus.“

5. קוֹלִי hic pofitum eft pro בְּקוֹלִי, ut Nah. II, 8. מְנַהֲגוֹת כְּקוֹל יוֹנִים *gementes voce columbarum*, et Iob. XXXVII, 4. אַחֲרָיו יִשְׁאַג־קוֹל *pofteam rugiet voce.* Abendana: חסר בית״ השירות כמו כי ששת ימים ורבים כמוהו והטעם בקולי אל ה׳ אקרא *Deeft Beth praefixum, ut Exod. XX, 11.* כִּי [בְּ] שֵׁשֶׁת יָמִים *nam fex diebus perfecit Deus coelum et terram, et faepe alias, quafi pofitum effet:* בְּקוֹלִי אֶל־יְהוָֹה אֶקְרָא. Futurum אֶקְרָא autem hic aoriftice fumendum eft (cf. not. fupra ad vs. 4 — 7.), quemadmodum quod proxime fequitur וַיַּעֲנֵנִי *refpondet*, five *refpondere folet mihi*, precibus meis, auxilium tuum mihi non denegas. מֵהַר קָדְשׁוֹ, *e monte Sanctitatis ejus*, i. e. ex Sione monte, ubi tunc foederis arca, Iovae fedes fuit, ut recte Aben-Efra obfervat.

6. Ita me audis benigne, ita nihil mihi negare foles, ut te fretus, prorfus acquiefcam, et nihil trepidem in ullo periculo, atque ne in praefenti quidem, quantumvis magno; ut, quando cubitum eo, dormiam fecurus, fine metu ullius periculi, et quando de fomno expergifcor, nulla

nulla res conturbet animum meum. Recte KOEHLERUS in *Repertor.* Pſ. III. p. 12. monet, verba אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה ab Alexandrinis et Hieronymo non ſatis accurate reddita eſſe, *ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, dormivi et ſoporatus ſum,* neque a Michaele, *ich lag und ſchlief, decubui et dormivi,* quum שָׁכַב ſit *cubitum ire.* Aben-Eſra quod hic generatim, et proverbiali quaſi locutione, dictum videtur, hiſtoriae applicat, neſcio, an recte; ita enim haec verba enarrat: לבטח אשכבה ואישן בלילה שהיתה למחרת המלחמה *ſecurus cubitum ibo et dormiam noctu, quae diem praecedit, quo proelium eſt committendum.* Ad הֱקִיצוֹתִי vero bene Kimchi: ואיננו נבהל כאדם הישן מתוך הצרה שהוא נבהל בהקוצו, *non perturbatus, ut ſolet eſſe is, qui prae anguſtia ſomno correptus eſt, qui dum expergiscitur, animo eſt perturbato.*

7. Quantumvis multae myriades hoſtium me jam invadant, et circumcirca caſtris poſitis me obſideant, in hac tamen ſiducia opis protectionisque tuae, non perturbabor, neque trepidabo animo meo. Ad verba: לֹא אִירָא מֵרִבְבוֹת עָם Kimchius: כי כל ישראל היו עם אבשלום לבד מאשר היו עם דוד בירושלם שיצאו עמו ואותם שנתאספו אליו אחר כן. *Omnes enim Iſraelitae Abſalomi partes ſequebantur, exceptis iis, qui Hieroſolymis cum Davide remanſerant, qui eum poſtea in fuga comitabantur, et praeter alios, qui poſtea ad eum convenerunt.* „*A myriadibus populi,* ſenſus eſt, ab innumeris populis; numerus finitus pro infinito. Euſebius Προπαράσκ. Lib. 7. *εἰώθαμεν ὀνομάζειν καθ' ὑπερβολῆς ἔμφασιν τὰ πολλὰ καὶ ἄπειρα, μύρια.* Latini dicunt: *mille et ſexcenta:* Virgil. *Mille trahens alios adverſo ſole colores.* Terent. *Sexcentas perinde potius ſcribito jam mihi dicas.* Ad quem locum Donatus: *Perſpicere hinc liquet,* inquit, *conſuetudinem utriusque ſermonis. Nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. Et ut apud Graecos μύρια, ita apud nos ſexcenta dicere pro multis, uſitatum eſt. Cicero: ſexcenta poſſum decreta proferre.*" DRUSIUS. Vocem עָם Venema *copias militares* ſignificare monet, ut Num. XX, 20. Iud. IX, 43. 2 Reg. XIII, 7.

Quum pro Hebraeo מְרִבְבוֹת Chaldaeus paraphraſtes ponat מִמַּצּוּתָא דְעַם, *a contentione populi*, Koehlerus l. c. eum in ſuo Codice מְרִיבוֹת עַם, a רוּב, *litigare*, inveniſſe putat. Vere etiam idem Vir Doctiſſimus conjicit, quod in Chaldaeae paraphraſeos exemplis typis exſcriptis invenitur, לָא חַרְחַל ſcribae lapſum eſſe pro לָא אֲרְחַל, quomodo in BUXTORFII *Lex. Chald.* p. 524. invenitur. אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי *qui circumcirca ponunt contra me*, מִלְחַמְתָּם, *apparatum ſuum bellicum*, ſive caſtra, quod Kimchius ſubintelligere jubet, qui ejusdem loquendi uſus exemplum adfert Jeſaj. XXII, 7. הַפָּרָשִׁים שֹׁת שָׁתוּ הַשָּׁעְרָה *equites obſeſſerunt portam.* Eodem modo uſurpatur verbum שׂוּם, cum שׁוּת ſynonymum, 1 Reg. XX, 12. שִׂימוּ וַיָּשִׂימוּ עַל־הָעִיר *ponite et poſuerunt contra urbem*, caſtra. „Uſurpant enim abſolute *ponere* pro eo, quod eſt caſtra *ponere*. Virgilius *tendere* dixit in illo: *Ferus hic tendebat Achilles*, i. e. tendebat caſtra.“ DRUSIUS. PAULUS in *Clave* tam Pſalmorum, quam Jeſaiae (ad XXII, 7.) שׁוּת reciproce vertit: *ponere ſe*, i. e. conſidere, caſtra ponere, plane contra linguae uſum. VOGEL ad *Vatabli Grotiique Annotationes in Pſalmos*, a ſe editas ad h. l. hanc adſperſit notulam: „סָבִיב et in hoc et in multis aliis locis *nomen* potius quam *particula* eſſe videtur, *caſtra.*“ Quod plane eſt confictum, atque aperte refutatur loco Num. XI, 31., ubi ſi סְבִיבוֹת הַמַּחֲנֶה vertas *caſtra caſtri*, nullum ſenſum invenies.

8. 9. Nunc ſuperiorum temporum memoria erectus, ad Iovam preces pro liberatione fundit:

Surge, Iova, ſerva me, mi Deus!
Tu enim omnium hoſtium meorum maxillam contudiſti;
Tu impiorum dentes confregiſti.
Penes Iovam ſalus!
Salutem tuo populo praeſta!

קוּמָה *Exſurge*, inſtar ſtrenui militis arma accipe, vires collige, ac ſi Iova hactenus fuiſſet otioſus ſpectator miſeriae Davidis. הוֹשִׁיעֵנִי אֱלֹהַי *Salvum me fac* in hoc periculo,

riculo, *mi Deus,* eripe ex anguſtiis, et priſtinam felicitatem redde. Ad verba כִּי־הִכִּיתָ וגו' bene Kimchius: פעמים רבות הושעתני והכית אויבי כן תעשה עתה *Iam multoties me ſervaſti, et hoſtes meos percuſſiſti, ita et nunc facturus es.* Ad Saulem potiſſimum ejusque progeniem, tum etiam ad reliquos hoſtes feliciter olim debellatos reſpicere videtur. Addit tamen: או פירוש על זאת המלחמה והוא כמו שפירשנו ויענני מהר קדשו. *Vel refertur ad praeſens bellum, tum in Praeſenti haec ſunt accipienda, ut ſupra Vs.* 5. (ubi cf. not.) Ita Aben-Eſra וטעם ושני רשעים לנגד רבים אומרים לנפשי. *Quod dicit: impiorum dentes confringis, oppoſitum eſt iis, qui nullam ſalutem ipſi a Iova expectandam eſſe dicerent.* Metaphoram in his verbis ZORNIUS in *Biblioth. antiquar. exeget.* P. I. p. 902. deſumtam putat a pugilum certaminibus, quibus in feriendo et oppugnando adverſario praecipue facies peti ſolebat, quod apud Graecos ὑποπιάζειν appellatum eſt. Sed quum apud Hebraeos hujusmodi certamina in uſu fuiſſe, nullo exemplo conſtet, praeſtat cum Venema et aliis figuram a feris beſtiis petitam putare, quae morſu nocent et dilaniant, quarum dentibus excuſſis, nulla ab iis metuenda eſt noxa. Kimchius מסת בזיון, *ignominioſam percuſſionem,* intelligit, quod etiam GEIERO viſum eſt, qui ad loca Mich. V, 1 [al. IV, 14.] et Ioan. XIX, 3. provocavit. Verborum כִּי־הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי rationem grammaticam non uno modo interpretes exponunt. Aben-Eſra: דע כי שם הפועל הוא בכל פעל עבר או עתיד ואע״פ שאיננו פעמים כתוב כמו וברך ולא אשיבנה והטעם וברך ברכה וככה וברוב יועצים עצה תקום וככה כי הכית את כל איבי מכת לחי *Obſervandum eſt, verba praeterita aut futura Nominativum, ad quem ſe referunt, in ipſa ſua ſignificatione implicite continere et includere, etiamſi non ſemper expreſſus ſit. Veluti Num. XXIII,* 20, *in verbis* וּבֵרֵךְ וְלֹא אֲשִׁיבֶנָּה et benedixit nec faciam eam irritam, *poſt* וּבֵרֵךְ *ſubaudiendum eſt nomen* בְּרָכָה, *quod in eo latet, ad quod etiam reſpicit ſuffixum. Ita etiam Proverb.*

verb. XV, 22. *in his verbis:* וּבְרֹב יוֹעֲצִים תָּקוּם in multitudine conſiliariorum firmum ſtat, *ſive*, firmatur, *ſubaudiendum eſt* עֵצָה *conſilium. Eadem hujus loci ratio eſt, qui plene ita ſonaret:* כִּי־הִכִּיתָ אֶת־כָּל אֹיְבַי מַכַּת לֶחִי; *tu enim omnes hoſtes meos percuſſiſti percuſſione maxillae.* Sed ſtatim aliam interpretationem ſubjicit: או חסר אות בית כמו הנמצא בית יי׳ כי ששת ימים עשה והנוה ה״א בלחי *Poteſt etiam Praefixum* ב *omiſſum eſſe, ut* 2 *Reg. XVIII*, 15. הַנִּמְצָא בֵּית־יְהוָה inventum eſt in templo Iovae, *atque* Exod. XX, 11. כִּי שֵׁשֶׁת יָמִים עָשָׂה ſex diebus perfecit *coelum et terram. Poſitum ita erit pro* בַּלֶּחִי. Quod ſequuntur Kimchius et Ben Melech. GLASSIUS in *Philolog. S.* p. 480. ed. Dath. עַל ſubaudiendum cenſet, quae particula expreſſe adjecta eſt 2 Paral. XVIII, 23. וַיַּךְ מִיכָיְהוּ עַל הַלֶּחִי *colaphum Michae inflixit*, itemque Mich. IV, 14. [al. V, 1.]. Sed STORR in *Obſervatt.* p. 270. vertit: percutis omnes inmicos meos *quod ad maxillam*, eadem dictionis forma, qua ſupra Pſ. II, 12., ubi not. vide. Senſus ſemper idem manet. Ceterum pro לֶחִי Alexandrinus interpres poſuit *ματαίως*, quem ſequitur Vulgatus, *ſine cauſſa*, et Arabs باطلا, idem. Hinc LUDOV. CAPPELLUS in *Crit. S. L.* IV. C. V. p. 605. edit. Vogel-Scharfenberg. illum in ſuo codice לְחִן inveniſſe idque pro חִנָּם, *gratis* accepiſſe cenſet. Ad quam conjecturam recte SCHARFENBERG in Nota ſubjecta: „Etſi verba Euſebii apud *Montefalcon.* (Hexapl. Origen.) *οἱ δὲ* O. *ματαίως ἐξέδωκαν, ἢ κατά τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα ἑτέρως ἐσχηκότα, καθὰ φασί τινες τῶν Ἑβραίων, ἢ τῆς λέξεως τὸ εὐτελὲς ἀποφεύγοντες*, favere videntur opinioni eorum, qui interpretes Alexandrinos pro לְחִי aliud quid legiſſe exiſtimant; tamen conjectura Cappelli vel propterea ſe mihi non probat, quod לְחִן nunquam hoc ſenſu accipitur, neque ab interpretibus iſtis redditur *ματαίως*. Quare ampliandum eſſe cenſes.“ Venema: „Legiſſe videntur לחנ׳ cum lineola transverſa, quae ם deſignare ſolebat, ſupra ultimam literam, quam excidiſſe cen-

cenſuerunt, unde לחן pro לחנם, *fruſtra*, acceperunt." KENNICOTT in *Diſſ.* II. *on the printed Hebrew Text* p. 377. Alexandrinos לְחִיָּם legiſſe putat, cui aſſentitur KOEHLER in *Obſervatt. Criticc.* in *Repertor.* P. III. p. 13., qui praeterea conjicit, in textu Hebraeo olim extitiſſe לְחִיֶהם, Syri et Chaldaei auctoritate motus, qui Suffixum expreſſerunt.

9. לַיהוָה הַיְשׁוּעָה Iovae eſt ſalus, ad eum referenda eſt, is ſalutis auctor eſt. *Lamed* enim ſaepe referre ſolet *actionem*, vel opus ad ſuum *auctorem*, vid. STORRII *Obſervatt.* p. 291. עַל־עַמְּךָ *ſuper populum tuum*, i. e. Iſraeliticum. Sed Aben-Eſra intelligit הם הנלחמים בעבור דוד כי הם־עם יי׳ ולא ככה העוזרים לבן לקשור על אביו *eos, qui pro Davide pugnarent, hi enim vere Dei populus erant, non autem qui filii rebellionem adjuvarent.*

PSAL-

PSALMVS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Invocat Deum, ſalutis ſuae vindicem et defenſorem, ut auxilium ſibi ferat (Vs. 2.). Tum hoſtes hortatur, ut deponant odia, et libenti animo ſe ſubjiciant ejus imperio, quem Deus ipſe cariſſimum haberet, atque ampliſſimo regis honore et nomine afficeret (2-7.) Denique animum et ſermonem iterum ad Deum elevat, ejus favorem implorat, atque ſpem ſuam et fiduciam in eo teſtatur (8. 9.).

Carmen hoc quo tempore editum ſit, variae ſunt variorum ſententiae. Hebraei interpretes unanimi fere conſenſu ſicut ſuperiorem, ita hunc etiam Pſalmum indubitato habent pro eo, qui ſit factus in periculis, quae ab Abſalone impendebant, atque ita priori σύγχρονον eſſe [1]). Ejusdem pleri-

1) Veluti MOSES, Sacerdos, ab Aben-Eſra ad Vs. 2. laudatus: אמר רבי משה הכהן ז״ל כי זה המזמור כבתוב הנכון שנאמר למעלה Similiter KIMCHI: המזמור הזה גם כן בברחו מפני אבשלום *Certum eſſe videtur, hunc quoque Pſalmum a Davide compoſitum fuiſſe, cum Abſalomum fugeret.* IARCHI ſolus in Saûlis per-

plerique ex noftris funt fententiae[2]). Quae conjectura, fi retinetur, nimirum dirigetur oratio contra principes et duces, copiarumque ductores primarios, qui fe cum Abfalone conjunxerant, et ei militabant, quos graviffima compellatione, et tamen temperata mirabiliter pietatis humanitate, a facinoris focietate abducere conatur[3]).

Flaminius[4]) initio regni a Davide fcriptum fufpicatur, fed non explicat, de utrius regni initio intelligi velit, Iudaei an Ifraelici. At initiis Ifraëlici, Rudingerus refpondet, minus convenit; ad ea autem tempora, quibus Hebronae Iudae regnum capeffere coepit, nequaquam eft inconfentaneus. Eft enim in hiftoria de bellis

perfecutiones et calumnias hunc Pfalmum directum exiftimat. Sed bene esrom. rudingerus in hujus Pfalmi προθεωρίᾳ, p. 62. *Sunt, qui ad Saulica tempora referre Pfalmum audent, cum Saule vivo paene numquam fe Regem appellare foleat, abeft, ut de dignitate illa Regia fua tam gloriofe profiteri, et inter exilia quidem fua, poterit.*

2) Inter eos rudingerus quoque, l. c. *Simpliciffimum effe puto, maximeque confentaneum ut ad Abfalonicae feditionis tempus referatur Pfalmus. — Facio σύγχρονον Pfalmo LXII. qui fententias hujus retexit; fed et cum Abfalonicis ceteris, quorum multi funt. Poftquam autem tali commonefactione leniore nihil profecit ad hoftes fuos, poftea diras ufurpat, Pfalmi LXII. et aliorum, contra eosdem.*

3) Eadem fere pauli eft fententia in *Clavi* p. 10. Vt antecedentem, ita et hunc elegum martium putat in caftris Davidicis, hoftilia caftra verfus decantatum.

4) *In Librum Pfalmorum brevis Explanatio,* p. 13. ed. Wald.

lis civilibus inter domum Saulis et Davidem, in regno Hebronico. Queretur autem hoc modo de filiis Saulis, vel expoſtulabit potius cum ipſis, et iis inprimis, qui faciebant cum eis, et bello praeerant, Abnero, et factione hujus.

Ad Sebae rebellionem, poſt Abſalonem occiſum, Pſalmum refert LIGHTFOOT [5]), qui eum cum 2 Samuel. XX legere jubet. Exprobrat, inquit, populo, quod regnum ſuum ſpreviſſet, et attendiſſet ad regnum, quod nihil eſſet niſi vanitas, ut Abſalomi prius, et nunc Sebae Verſ. 3. Monet Iſraelem et Iudam, ne abrepti ira peccent, 2 Sam. XIX, 43. רגזו ואל תחטאו, *Iraſcimini et ne peccetis*, Verſ. 5. Profitetur Vs. 8. ex quo frumentum, vinum, et reliquus commeatus multiplicata ſibi erant a Barzillaio, Sobi et Nahazo, 2 Sam. XVII, 27., animum ſuum cepiſſe certam fiduciam de reſtitutione, ideoque ſecurum quieſcere velle, et pendere ab iſthac benignitate, et providentia, quae ipſum ex aliis turbis liberarat, et fauſtae haec auſpicia produxerat.

Sed VENEMAE in hoc carmine nullum plane occurrit indicium, ex quo pateat, eos, quibuscum poeta hic agit, hoſtes ipſius fuiſſe, cum nec eo nomine inſigniantur, nec hoſtilis in ipſum impetus iis adſcribatur; reprehendi tantum

5) In *Chronol. Temp. V. T.*, quae extat in *Opp.* T. I. p. 67.

tum in iis nimium vanitatis et mendacium rerum ſtudium et contumelioſas forte cogitationes et facta eorum in Davidem (Vs. 3.), quod ſociis Davidis, contra eum propter graviſſima mala, quibus premerentur, murmurantibus, conveniat, ſed nullum praebeat inimicorum characterem. Nec ullum ſe offerre ſignum *regiae dignitatis* ab iis impugnatae, Verſu quarto Davidem magis tanquam interioris admiſſionis apud Deum miniſtrum repraeſentari, quam *regem.* Reſpicere carmen ad ſtatum, in quem Davides cum ſociis delapſus eſſet, admodum luctuoſum, qui aptus fuerit, affectus concitare, et ſocios contra Davidem incitare, iisque ſiniſtras de Dei favore erga ipſum inſpirare ſuſpiciones. Congruere itaque optime illi tempori, quo Davides cum ſuis, a Philiſthaeis, cum Saulo decretoria pugna certaturis dimiſſus, *Ziclagum* invenerit flammis abſumtum, et omnium familias ac bona ab Amalekitis ſpoliata et abducta. Quo caſu omnes mox in lachrymas eruperunt; ſed ſocii, dolore in iram et indignationem verſo, Davidem cum dictis, tum factis petere coeperunt, et de ipſo e medio tollendo, conſilia agitare, Davides contra, ſingulari Iovae fiducia roboratus, et oraculo divinitus dato de damno reſarciendo, ſociorum furorem repreſſit [6]). Eo ipſo tem-

6) Hiſtoria narratur 1 Sam. XXX. Vs. 1. ſeqq. Praeſertim Verſus 6. 7. 8. huc pertinent.

temporis articulo Venema putat Davidem hanc orationem increpatoriam et adhortatoriam ad ſuos convertiſſe ſocios et milites, contra ipſum murmurantes, qua eos ad ſilentium redigere, et de favore Dei erga ſe certiores facere, adeoque ad fiduciam in Deo adhortari conetur [7]).

---

2. Imploratione auxilii divini orditur:

Annue mihi, inclamanti, tu innocentiae meae vindex!
Tu, qui ex anguſtiis educis me in loca patentia,
Adſis mihi propitius, et exaudi preces meas!

בְּקָרְאִי *in clamando me*, dum clamo, cum implorem opem tuam. עֲנֵנִי *reſponde mihi*, exaudi me. Sed pro eo Alexandrinus interpres *εἰσήκουσέ μου*, et Vulgatus *exaudivit me*, poſuit, quem ſequitur Arabs et Aethiops. Enunciavit itaque עֲנָנִי, nec incommodo plane ſenſu, q. d. Deus, qui me invocantem ſemper exaudiſti, miſerere et nunc mei. Sed verſionis Alexandrinae exemplar Aldinum *εἰσήκουσας* habet, quocum conſentit Syrus, ܫܡܥܬܢܝ ponens, et ipſe Hieronymus, *exaudiſti me*, quaſi hi in libris Hebraicis עֲנִיתָנִי invenerint, quod praeplacet KOEHLERO in *Nott.*

7) In eandem ſententiam inclinat E. I. GREVE in *Tractatu de Numeris Hebraeorum poeticis*, (quem addidit libro, hac epigraphe inſignito: *Ultima Capita Iobi ad Graecam verſionem recenſita notisque inſtructa P. I. II.* Deventr. 1788. 1791.), ubi P. II. p. 292 — 294. et noſtrum Pſalmum ad metri leges deſcripſit, textum recenſuit notulis criticis adſperſis, et verſionem addidit, ad cujus finem in Nota haec monuit: *Compoſitus a Davide hymnus occaſione ſeditionis et tumultus caſtrenſis, forte quando poſt incendium Ziclagae cum agmine ſuo eo remearat*, 1 Sam. XXX.

Nott. Criticc. in hunc Pfalm. in *Repertor.* P. III. p. 15., ideo maxime, quod proxime הִרְחַבְתָּ, fecunda perfona fequitur. Verum, ut taceam hujusmodi perfonarum mutationem fatis frequentem effe in Hebraeorum poematibus, Maforethicae lectionis veritatem non modo quod mox fubjicitur, huic refpondens, חָנֵּנִי, item Imperativus, fed etiam reliquorum veterum interpretum confenfus arguit. Namque Chaldaeus קַבֵּל מִנִּי, et Aquila reliquique, *ἐπάκουσον* exhibent. אֱלֹהֵי צִדְקִי optime Syrus videtur reddidiffe: ܐܠܗܝ ܘܦܪܘܩܐ ܕܙܕܝܩܘܬܝ *Deus mi, et fervator juftitiae meae,* quocum confentit Kimchii explicatio: שאתה יודע לי עמי הצדק ועם אשר כנגדי העול והחמס ואתה אלהים שופט עלינו כי כל אלהים עניינו כמו שפירשנו כי יש אלהים שופטים בארץ וכן נקראו בני אדם השופטים עד האלהים יבא דבר שניהם והגישו אדוניו אל האלהים *Tu enim optime nofti, juftam effe cauffam meam, iniquam vero et injuftam cauffam eorum, qui fefe mihi opponunt, tu autem inter nos judex es. Vox* אלהים *enim femper* Deum judicem *fignificat, ficut explicamus infra* Pf. LVIII, 12. יֵשׁ־אֱלֹהִים שֹׁפְטִים בָּאָרֶץ *utique eft* Deus judex *in terra. Hinc de hominibus quoque* אֱלֹהִים judicis *notione ufurpatur, veluti Exod.* XXII, 8. עַד הָאֱלֹהִים יָבֹא דְּבַר־שְׁנֵיהֶם *ad* judices *perveniet caufa utriusque,* et XXI, 6. וְהִגִּישׁוֹ אֲדֹנָיו אֶל־הָאֱלֹהִים *et adducat eum ejus dominus ad* judices. Eundem fenfum expreffit Dathius, *Deus, qui juftae meae cauffae faves.* GATACKER in *Differtat, de Novi Inftrumenti Stylo* Cap. XV. p. 94. *Opp. Critt.* poftquam obfervaffet, Hebraeos adjectivorum loco fubftantiva ufurpare, fubftantivis in regimine adjuncta, ut itaque אִישׁ דָּמִים fit *fanguinolentus,* אִישׁ חַיִל *robuftus,* אֵל אֱמֶת *Deus verax,* אֵל דֵּעוֹת *Deus fciens;* fubdit, in hujusmodi formulis provocabulum nomini pofteriori adjunctum, ad fubftantivum prius plerumque effe referendum, ut itaque noftrum אֱלֹהֵי צִדְקִי fit vertendum, *Deus juftitiae mi,* i. e. mi jufte Deus, vel Deus mi juftiffime, quemadmodum Pfalm. LIX, 10. 17. אֱלֹהֵי חַסְדִּי *Deus benigniffimus meus,* et LXV, 6.

אֱלֹהֵי

אֱלֹהֵי יִשְׁעֵנוּ *Deus noſter ſalutifer.* Mihi tamen hoc loco ex vulgari interpretandi ratione commodior ſenſus naſci videtur. Eſt enim ſaepe ea ſtatus conſtructi vis, ut *effectum exprimat*, quemadmodum Geneſ. II, 9. עֵץ הַחַיִּים *lignum vitae* eſt, quod vitam conſervat, et Eſaj. IX, 6. שַׂר שָׁלוֹם, *princeps pacis,* qui pacem efficit; ita hic quoque אֱלֹהֵי צִדְקִי erit *Deus, qui tueris juſtam cauſſam meam.* Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 75. ed. Dath. בַּצָּר הִרְחַבְתָּ לִּי *In anguſtia latum feciſti mihi* locum, ſive greſſum, e loco arcto et anguſto in locum ſpatioſum me eduxiſti. Metaphora ab iis ducta, qui redacti ſunt in locum anguſtum ab hoſtibus, ita ut elabi nequeant, q. d. qui me redactum in ſummas anguſtias aliquando liberaſti et exhilaraſti. Similiter apud Arabes ſolennis eſt ſalutandi formula: مرحبا بكى *amplitudinem tecum,* quae et apud ABULFEDAM occurrit in *Annalibus* P. I. p. 378., ad quem locum REISKIUS haec: „Integra elocutio مرحبا بكى الله وسهلا ſcil. يعطي *amplitudinem tecum et mollitiem ſoli det Deus!* Formula ſolemnis hoſpitem vel peregrinum ſalutandi. Arabes enim, ut dicunt: ضاقت به الارض *anguſta eſt ei terra,* h. e. tam anxius eſt, ut neſciat, quo ſe convertat, ita quoque dicunt: رحبت به الارض *ampla eſt ei terra,* vel proprie *cum eo,* ſeu: ſecurus eſt et laetus, quocunque vult ire poteſt absque timore. Volunt itaque indicare: Tutus es, o hoſpes, apud nos et liber! Altera autem formula, qua *molle et aequabile ſolum* precantur, indicant, ſe ipſi omne genus gaudii optare. Nam tale ſolum vitae impeditae et hilaris ſymbolum habetur.“ Haec Reiskius. In MEIDANII apographo Crugeriano, quod in Bibliotheca Academiae Lipſienſis aſſervatur, extat p. 350. haec Arabum formula proverbialis: ضاقت عليه الارض برحبها *anguſta ei terra cum amplitudine ſua,* ſ. quantumvis ampla, quam locutionem Meidanius uſurpari dicit de eo, qui in negotiis

tiis ſuis anxius confuſusque haereat: يضرب لمن يتلدّد في امره. Hinc in *Corano*, Sur. IX. Vs. 25. ed. Hinkelm. *In proelio Honeinenſi arridebat vobis multitudo veſtra, nihil tamen quidquam vobis proderat,* وضاقت عليكم الارض بما رحبت *ſed anguſtata vobis eſt terra, licet ſpatioſa eſſet, et terga vertiſtis.* Similiter in *Vita Timuri* P.I. p. 54. ed. Manger. *Tota nocte iter fecerunt, ſed quum ſole orto hoſtes nondum eſſent aſſecuti,* فضاقت عليهم الارض بما رحبت وتنكد لهم العيش *anguſtata eis erat terra, licet ſpatioſa, et anguſta ipſis fuit vita*, i. e. in ſummam conjecti fuerunt anxietatem. Abdalla, Hedſiaſi fil., Poeta, a Reiskio in *Annotatt. Hiſtoricc. ad Abulfed.* P. I. p. 32. adductus:

ان ضاقت البلاد عليّ وهي عريضة.
بعدت مسالكها وسد المطلع

Terra, utcunque ampla, mihi nimis anguſta eſt,
Longe mihi viae evadendi, et obſtructus eſt locus eluctandi.

Apte vero noſtro loco eadem metaphora צַר, *anguſtia*, et הִרְחִיב *amplum locum concedere* opponuntur. Ceterum KIMCHIUS ad הִרְחַבְתָּ לִּי monet: כמו תרחיב לי כמו שפירשנו שבנבואתה יאמר עבר במקום עתיד שהדבר כאילו נעשה *poſitum eſſe pro* תַּרְחִיב לִי, dilatabis mihi, *ut explicavimus* (ſupra ad Pſalmi praeced. Vs. 4.), *quoniam in prophetia praeteritum pro futuro uſurpatur, quod res ita ſe habet, ac ſi jam peracta eſſet.* Mihi tamen hoc loco magis Praeteritum congruere videtur. Eſt enim ejus, quod jam multoties expertus eſſet, auxilii divini memoria, quae Davidi ſpem injicit, neque nunc ipſius preces iritas futuras eſſe.

3. Increpat protervitatem eorum, qui adverſus ipſum militarent, et regiam ſuam dignitatem injuriis aſficerent:

Quous-

Quousque, Viri! fceleratis modis foedabitis dignitatem meam?
Quousque inanes molitiones quaeretis,
Sectabimini, quae vos fruftrabuntur?

בְּנֵי אִישׁ *Filii viri,* aliqui de *proceribus* et *ducibus confpirationis* dici putant. Sicut enim apud Latinos, ita Hebraeis etiam, *vir,* אִישׁ, non fexum tantum, fed preftantiam etiam fexus fignificat, ut itaque בְּנֵי אִישׁ quafi *fortium foboles* effet. Ita KIMCHIUS ad verba בְּנֵי אִישׁ: אמר כנגד גדולי ישראל שהיו עם אבשלום וכן גם בני אדם גם בני איש בני אדם ההמון בני איש הגדולים וכן הלא איש אתה ומי כמיך בישראל גדעון בן יואש איש ישראל *Hoc dictum eft in Ifraeliticos proceres, qui Abfalomi partes fequerentur, qua* procerum *notione haec dictio etiam occurrit Pf. XLIX, 3.* גַּם־בְּנֵי אָדָם גַּם־בְּנֵי אִישׁ tam filii hominum, quam filii virorum, *ubi per* filios hominum *intelligit* vulgus, *per* filios virorum *autem* magnates. *Sic et aliis in locis, veluti* 1 *Sam. XXVI,* 15, הֲלוֹא־אִישׁ אַתָּה Nonne tu vir es, cui nemo Ifraelitarum comparetur? *Et Iudic.* VII. 14. *Gideon Ioafi filius* אִישׁ יִשְׂרָאֵל *vir,* nobilis, fortis *Ifraelita vocatur.* GREVIUS non multo diverfe vertit: *ingenuo loco nati,* fodales! Mihi tamen recte KOEHLERUS obfervare videtur, *procerum* notionem formulae illi tum demum tribuendum effe, ubi בְּנֵי אָדָם opponuntur, ut in Pf. LXII, 10. et eo quem Kimchius citavit. Neque ejusmodi honefta compellatio loquentis affectui convenire videtur. עַד־מֶה כְבוֹדִי לִכְלִמָּה *quousque gloria mea ignominiae* erit, f. habebitur vobis? quando finem facietis injuriarum, quibus afficitis me, et regiam dignitatem meam? Hebraea plenioribus verbis et magis proprie ita enunciat Aben-Efra: עד מתי שמתם כבודי לכלמה *quousque gloriam meam in ignominiam ponetis?* Chaldaeus in eundem fenfum: *quare* אִיקָרִי לְאִתְכַּבְּעוּתָא *dignitas mea deprimatur?* Ad כְבוֹדִי vero haec notat KIMCHIUS: כבודי נפשי כמו שאמר במזמור הקודם רבים אומרים לנפשי או פי׳ כבודי שאני מלך ואתם מכלימים נפשי ממלכותי

Gloria

Gloria mea *hic idem eſt ac* anima mea, *ut Pſalmo ſuperiori Vs.* 3. *Vel hoc modo explicandum eſt: ego ſum rex, vos autem ignominia me afficitis et e regno meo aufugere compellitis.* Quum pro עַד־מֶה Chaldaeus interpres מְטּוּל מָה ponat; I. A. STARKIUS in libro, cui inſcripſit: *Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carminum Libri V. p.* 253. illum a Maſorethico codice diverſe עַל־מָה, *propter quod? quare?* legiſſe putat. Sed multo longius ab Hebraeo recedit Alexandrinus interpres: *ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἱνατί ἀγαπᾶτε ματαιότητα;* quaſi in ſuo codice pro כבודי inveniſſet ſine *Vav*, כבדי [כִּבְדֵי] ut MICHAELIS conjicit in *Biblioth. Oriental.* P. X. p. 226., [deeſt quoque ו in octo Kennicotti codicibus], ſive easdem, quas Maſorethicus textus exhibet, literas כְּבוֹדִי enunciaſſet, quod HUBIGANTII et KOEHLERI opinio eſt; unius vero vocis, לִכְלִמָּה, loco duas legiſſet, לֵב *cor* et לָמָּה, *quare?* mutato *Caph* in *Beth* ob ſigurae aſſinitatem. GROTIUS, Alexandrinam verſionem interpretari conatus, *aggravare cor ſuum* dici cenſet de iis, qui pigri ſint et ignavi ad diſcendum, quae annotatio haud dubie Michaelem induxit, ut כִּבְדֵי לֵב quod in Alexandrinorum codice Hebraeo extitiſſe putat, *tardos corde* eſſe velit, i. e. homines imperitos et parum ſapientes, qui in fraudem facile deducuntur. Quod et Koehlero placuiſſe, miror. Namque כְּבַד לֵב ex linguae Hebraeae uſu eſt *durus corde*, obſtinato animo, pervicax, quo ſenſu Exod. VII, 13. de Pharaone dicitur, idem quod קְשֵׁה לֵב Ezech. III, 7. Voluerunt itaque Alexandrini h. l. voce *βαρυκάρδος* idem quod alias ſynonymo *σκληροκάρδιος*, ſenſumque putarunt eſſe hunc: quousque pervicaci animo vos mihi opponetis? Nec itaque GREVIUS illum prorſus aſſequutus eſt, dum, textum, ut ſolet, ad Alexandrinos refingens, vertit: *quamdiu dictis immorigeri eritis?* Aquila: *οἱ ἔνδοξοί μου*, quod Hieronymus ſequutus: *usque quo inclyti mei?* quousque apud me in pretio et honore eritis? quaſi כְּבוֹדַי etuliſſet. לִכְלִמָּה vero Hieronymus falſo *ignominioſe* vertit,

tit, atque cum ſequentibus conjungit. Hi omnes vero non alias literas legerunt, ſed tantum eas, quae et nunc extant, aliter diviſerunt; an melius? judicet quisque ipſe. Ante תֶּאֱהָבוּן רִיק תְּבַקְשׁוּ כָזָב repetendum eſt *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* עַד־מֶה *quousque amabitis vanitatem, quaeretis mandacium?* KIMCHIUS: ודבר שלא יתקיים והוא מלכות אבשלום וזהו כזב דבר שאין לו קיימה כמו אשר לא יכזבו מימיו i. e. *rem eam, quae feliciter non ſuccedet, regnum Abſalomi intelligit, quod et* mendacium *appellat, i. e. tale, cui firma duratio non erit, quo ſenſu* verbum כָּזַב Ieſ. LVIII, 11. *occurrit,* אֲשֶׁר לֹא־יְכַזְּבוּ מֵימָיו *cujus aquae non* mentientur, *i. e. non deficient,* ſed perennes erunt. Ita DRUSIUS quoque in Annotatt. uberioribus Abſalomi regnum *inane* et *mendacium* appellatum putat, quod per fraudem occupatum eſſet, et ſimul, ut innueret, non ſtabile futurum. ERASMUS RUDINGER: „*Mentiendi* verbum in Hebraeo aliqui ſimpliciter interpretantur, ut ſit mendaciis ſtudere, et ad obtrectationum mendacia referunt [ut Venema, qui praeterea verba priora vertit, *quousque efflabitis ſputum,* adhibitis Arabum ريق *ſputum,* et اهب, هبّ, هوب *flare, ſpirare ardenter,* ſed minime apte, nam אֱהַב h. l. reſpondet ſequenti בִּקֵּשׁ, ut רִיק *inane* (cf. not. ad Pſ. II. 2.) τῷ כָּזָב]. Alii per *ἐπεξήγησιν* interpretantur mendacium de conatu inani, et ſignificat mendacium etiam fruſtrationem, cum alibi ſaepe, tum in Pſalmo VII. [15.] *Abortum faciet et fruſtrabitur eum eventus.* Eſt enim ad verbum ibi: *pariet mendacium* [שֶׁקֶר], quomodo etiam interpretantur aliqui in Verſu 4. Pſalmi LXII.“ A qua ſententia nec multum diſcedit VATABLUS: „*Inane, vanitatem, mendacium* vocat rem fallacem, quae non ſolet ſuccedere pro animi ſententia; frivola conſilia et conatus, qui ſpem fallunt; q. d. quousque operam dabitis, me regno evertere? quod non conſequemini, Deo mihi conſulente.“

4. **Nunc, cur eorum contra ipſum molimina nihil ſint effectura, exponit:**

Sed

Sed agnoſcite, Iovam elegiſſe cultorem ſuum, quem evehat ad regnum,

Iova audit me, dum eum invoco.

Senſum et nexum FLAMINIUS bene expreſſit his verbis: „Nolite, inquit, exiſtimare, me humana ope aut conſilio, ad regiam dignitatem perveniſſe; ipſe enim Deus me, multis e millibus electum, genti ſuae praefecit, ex quo ſit, ut qui meum repudiet imperium, non mihi, ſed Deo repugnet." KIMCHIUS: הפלה הפריש והבדיל וכן והפלה ה״בין מקנה ישראל וכו׳ פירוש הבדילנו לו מכל ישראל להיותי מלך על דרך הבדיל ה׳ את שבט הלוי ולמה כי וידעני חסיד —— והנה הוא הבדילני לו ונתן לי המלוכה איך תחשבו אתם לגזלה ממני ולהמליך אחר ואף על פי שתראוני בצרה עתה תדע וכי ה ישמע בקראי אליו יוציאני מן הצרה הזאת *Verbum* הִפְלָה *hoc loco idem ſignificat ac* הִפְרִישׁ et הִבְדִיל, *ut Exod.* IX, 4. וְהִפְלָה יְהוָֹה בֵּין מִקְנֵה יִשְׂרָאֵל et ſeparavit Jehovah inter Iſraelitarum pecudes. *Itaque verborum noſtrorum ſenſus erit hic: ſegregavit me ſibi Iova ex omnibus Iſraelitis, ut rex eſſem, qua ſeligendi ſignificatione verbum ſynonymum* הִבְדִיל *etiam uſurpatur, Deut.* X, 8. הִבְדִיל יְהוָֹה אֶת־שֵׁבֶט הַלֵּוִי elegit Iova tribum Levi. *Quare vero me Davidem elegit? quia pium probumque me noſſet.* — — *Totius autem commatis mens haec eſt: Deus ipſe me ſibi ſegregavit, et regnum mihi conceſſit, quomodo itaque vos cogitatis, mihi illud auferre, et alium conſtituere regem? Quamvis enim me nunc in anguſtiis poſitum cernatis, cognoſcetis tamen, Deum me exaudire, cum eum invocem, meque ab illa calamitate liberare.* Pro הִפְלָה, ultima *He*, in codicc. Kennicotti XXXVII, Roſſianis vero XXVIII. extat הִפְלָא, ultima *Aleph*, idemque in ſuo codice Alexandrinus interpres inveniſſe videtur, vertit enim: *ἐϑαυμάστωσε κύριος*, quem Vulgatus ſequitur: *mirificavit dominus.* „Quae lectio," DATHIUS ait in Nota ad h. l., „ſi probetur, ſenſum habet non minus aptum. Monet enim ſic David hoſtes ſuos, ut in memoriam revocent varios vitae ſuae eventus, in quibus a Deo mire ſit ſervatus atque ex ſum-

mis periculis liberatus.“ Utramque lectionem conjungit Syrus: ܦܪܫ ܡܪܝܐ ܓܒܝܐ ܒܬܕܡܘܪܬܐ *ſegregavit ſibi Dominus electum mirabiliter.* Vocem חָסִיד h. l. interpretes non uno modo accipiunt. Quidam paſſive ſumunt, eamque interpretantur, *quem quis benigne accipit*, ſive *quem benignitate amplectitur et proſequitur*, ut Pſ. XXXII, 6. LXXXVI, 2. L, 9. LXXIX, 2. Ita DATHIUS, qui, *cui favet* Deus, poſuit, et PAULUS, qui in *Clavi* ad h. l. *Liebling*, *Günſtling* interpretari jubet. Huic autem interpretationi recte GATACKERUS in *Adverſariis Miſcellaneis* L. II. C. IX. p. 315. *Oper. poſthumor.* adverſari dicit, *primo*, quod hujusce formae adjectiva non ament ſignificationem iſtiusmodi admittere, v. g. נָדִיב *liberalem, munificum*, deſignare, non *eum, erga quem quis munificus ſit*, אַבִּיר *robuſtum*, עָרִיץ *violentum*, צַדִּיק *juſtum*, et quae his ſimilia ſunt, quae affectionis immanentis, effectionisque inde emanantis ſignificationem obtineant [cf. STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 71.], *deinde*, quod uſitatiſſime חָסִיד pro *pio, ſancto, benigno, benefico* ſumatur, quomodo et ipſi illi interpretes plurimis locis vertunt; *denique*, quod locis eis, quibus illo modo verterunt, nulla neceſſitas compareat, a ſignificatione primaria atque uſitata recedendi; nihil enim impedire, quo minus locis illis omnibus, tum iis, quae ſupra adducti ſunt, tum et reliquis, quibus illi pariter ſic reddiderunt, חָסִיד *pius*, vel *benignus* vertatur. Atque hoc poſterius quidem placuit FLAMINIO, qui in Nota ad h. l. ſcripſit: „Vocabulum hebraeum חָסִיד — — proprie in iis hominibue ponitur, qui ſunt animo benefico et liberali, et ad juvandos omnes admodum propenſo. Talem autem decet inprimis eum eſſe, qui regnum adminiſtrat.“ Mihi tamen magis placet DRUSII ſententia: „חָסִיד לוֹ pro חֲסִידוֹ [*cultor ſuus*], ut alibi צָרָה לִי *anguſtia mihi*, pro צָרָתִי, *anguſtia mea*, quod ſequuti ſunt interpretes antiqui aevi. Primum LXX. qui vertunt τὸν ὅσιον αὐτοῦ, *ſanctum ſuum*, deinde Hieronymus,

nymus, interpretans: *miſericordem ſuum.*" In Verſus noſtri στιχῳ poſteriori pro בְּקָרְאִי Codex Roſſianus unus בְּקָרְאוֹ exhibet, quocum conſentit Chaldaeus interpres, qui ponit: יְיָ יְקַבֵּל צְלוֹתֵיה דְּדָוִד *Deus accipit preces Davidis.* Eandem lectionem praeferunt Michaelis atque Koehlerus, utpote cum iis, quae antecefferunt, ubi oratio in tertia perſona verſaretur, melius congruentem. Sed ejusmodi ſubitas perſonarum mutationes ſat frequentes eſſe in Hebraeorum poematibus, ſaepe jam obſervatum.

5. Moveamini ergo commonefactione mea, et cavete, adverſus Deum aliquid committere in me oppugnando:
Contremiſcite! a facinore deſiſtite!
Expendite, quid agatis in lectulis veſtris! conquieſcite!
Senſum bene enarrat FLAMINIUS: „Monet illos, ut aliquando tandem metu divini numinis a maleficio ſeſe contineant, neve animo praecipiti et perturbato quicquam gerant, ſed ſilentio noctis, cum mens ſoluta et libera, et ceteris omnibus curis vacua eſt, diligenter exquirant, et cum animis ſuis conſiderent, quid verum et ratio praecipiat." In commatis hujus membro priori interpretes a ſe invicem diſcedunt. Aben-Eſra: י״א כי חשבתם כזב בלבבכם אל יצא מפיכם וזה איננו נכון *Sunt, qui ſenſum hunc eſſe dicant: ſi in cordibus veſtris mendacia* ſ. calumnias in me *cogitatis, tamen cavete, ne ea proloquamini. Quae vero interpretatio probari non poteſt.* Eandem tamen ita exornavit VENEMA: „Verba duplicem admittunt interpretationem. Prior habet, *commovemini* dolore, et querelas jactate, ſed cavete vobis a murmurationibus contra Deum, et ne in me convicia jacite. Hoc ſenſu רִגְזוּ *jactationem mentis* denotabit, *querelas rumpentis*, inſtar nubis murmurantis, et tonitrua volventis, quae propria verbi eſt poteſtas, Iob. III, 17. Sed altero ſenſu verbum רִגְזוּ propius accedit ad Graecum ὀργίζεσθαι, quo LXX. utuntur [ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνητε], et eos ſecutus Apoſtolus Epheſ. IV, 26. et *commotionem irati* notabit, quae poteſtas ſatis uſitata eſt in Scriptura, Habac. III, 2. Ieſ. XXVIII, 21., ac ſi dictum

ctum fuiffet: *fi irafcamini, ne peccetis* verbis et factis, ne irae indulgeatis, et eam executioni mandetis, in me et Deum involando. Quae figura loquendi, qua *conditionale* intelligitur, quod abfolute proferri videtur, dicitur *conceffio.*" Ac fane Imperativus interdum non tam *imperandi*, quam *concedendi* et *permittendi* vim habet, obfervante SCHROEDERO in *Syntax. Verb.* Reg. LII. b., unde fit, ut ille nonnumquam conditionem exprimat, alii Imperativo praemiffam, quemadmodum Ecclef. XI, 9. שְׂמַח *laetare, juvenis,* — וְדָע *et fcito*, i. e. fi laeteris, tum fcias. Ad eandem claffem referendus eft EICHHORN, qui in *Biblioth. Literat Bibl. Univ.* P. I. p. 494. ante utrumque membrum particulam אִם fubaudiendam cenfet [Verba ejus funt: *denkt ihr auch allerley* (*nach dem Zufammenhang: allerley Nachtheiliges von meiner Regierung*) *auf eurem Lager; fo haltet nur an euch.*]. Aliter VOGEL ad *Vatabli et Grotii Annotatt. in Pfalmos* a fe edit.: „Quid? fi dicamus: prioris membri interpretationem ex fequenti petendam effe, ita ut verbo רִגְזוּ τὰ אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם עַל־מִשְׁכַּבְכֶם, et τῷ תֶּחֱטָאוּ τὸ וְדֹמּוּ refpondeat in hunc fere fenfum: *quod fi vero hisce meis precibus locum dare nolueritis, fuadeo vobis, ut in meum interitum prava confilia capiatis, fed non item exfequamini.* Id quod fequitur: *in cubilibus veftris,* idem ut alias videtur effe: *cum foli eftis, non apud alios.*" KOEHLERUS verbum רָגַז h. l. non de *irati*, fed de *audacis intrepidique animi* commotione accipiendum cenfet, fenfumque ita conftituit: *animofi et audaces eftote, fed ne peccetis*, i. e. arma ne in regem veftrum convertite, fed intrepido ac forti animo contra rebelles pugnate. Quam interpretationem tamen ufus verbi רָגַז vix admittere videtur. DATHIUS interpretatur ut ἓν διὰ δυοῖν, *nolite irafcendo peccare,* fed tum pofitum effe debebat: אַל־רִגְזוּ תֶּחֱטָאוּ. Optime Chaldaeus videtur vertiffe: זִעוּ מִנֵּיהּ *contremifcite ab eo,* fcil. Iova. Ita Aben-Efra: בעבור שיכלימוהו תחת כבודו וידברו כזב עליו אמר רגזו מהשם פחדו כמו אל תרגזו בדרך כי המלך שואל הלעגות שלו *Propterea quod eum ignominia*

minia affecerunt ratione regiae ejus dignitatis, calumniasque in ipſum ſparſerunt, dicit: רִגְזוּ *ſcil. a Deo, pro* פַּחֲדוּ, contremiſcite, *ut Geneſ. XLV,* 24. אַל־תִּרְגְּזוּ בַּדָּרֶךְ nolite metu trepidare in itinere, *rex enim reparari injuriam ſibi illatam poſcet.* Similiter KIMCHIUS: רגזו עניין פחד כמו וחלו פחדו מהאל אם לא תפחדו ממני תפהדו ותרגזו מהאל ואל תחטאו עוד לרדוף אחרי ולמרוד בי ורגזו *Verbum* רָגַז *hic idem ſignificat, quod* פָּחַד tremuit, *ut Deut.* II, 25. וְרָגְזוּ וְחָלוּ contremiſcant et expaveſcant. *Pavete igitur, inquit, a Deo; ſi me non timetis, pavete et contremiſcite a Deo, et ne ultra peccetis me perſequentes et adverſus me rebellantes.* DOEDERLEIN in *Scholiis* ad h. l. „*Tremite Iovam.* Cum addatur [Vs. ſequ.] admonitio de precibus et ſacrificiis, Deo legitime offerendis, recte, uti videtur, b. *Zachariae* de culto divino interpretatur. *Colite Iovam,* dum me regem agnoſcitis, neque *peccate*, rebellione contra regem divinitus datum.“ — אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם עַל־מִשְׁכַּבְכֶם וְדֹמּוּ *Dicite in corde veſtro, et ſilete.* „*In corde veſtro,* i. e. apud vos, ſive, apud animum veſtrum. Nam *cor* pro animo uſurpant; credo, quod in eo animi ſedem collocarent. Id quod olim quosdam feciſſe, diligentiſſime monuit Athenaeus, Lib. 14. Atque ita Homerus: *κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει,* i. e. interprete Ennio, *animus ei in pectore latrat.*“ DRUSIUS. Senſus: conſiderate, expendite apud vos, quid agatis. Eſt enim *cogitatio,* ut Plato definit in Sophiſta, *colloquium*, quod animus ſecum habet, ſine voce, *λόγος ἐνδιάθετος*, bene obſervante Rudingero. עַל־מִשְׁכַּבְכֶם *Super cubili veſtro,* בלילות, *noctu*, ut bene Aben-Eſra interpretatur, שאין לכם עסק בני אדם *quo tempore vacatis a negotiis*, ſive, ut KIMCHIUS ait: כי האדם על משכבו ימצא לבו יותר פנוי מעסקי העולם ואז תהיה כוונתו זכה *Homo enim in cubili ſuo jacens animum habet magis liberum a mundanis curis, atque tunc illius intentio et mentis cogitatio magis libera eſt.* Ita et RUDINGERUS: „quando ſoli eſtis, ſemoti ab arbitris, quo tempore et liberius aliquis in ſe inquirit.“ Haec

ſatis

fatis plana. Sunt tamen, qui nodum in fcirpo quaerant. Veluti HUBIGANTIUS, qui pro אִמְרוּ legendum putat הֶמְרוּ *amari eftote et quiefcite*, quod interpretatur: poenitemini et definite effe in regem veftrum rebelles. Sed הֶמְרוּ potius *amaros facite* fignificat, quod nullum fenfum efficit. I. D. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. X. p. 226. pro אִמְרוּ enunciandum cenfet אִמְרוֹ *verbum ejus*, atque עַל־מִשְׁכְּבְכֶם interpretatur in *conciliis, conventibus veftris*, quod מִשְׁכָּב etiam lectum illum oblongum fignificat, in quo Orientales defidere, conventus habere, et cum amicis familiariter colloqui folent (cf. not. ad Pf. I, 2.), totamque dictionem ita vertit: *verbum ejus* (Iovae) *in cordibus veftris fit, dum conciliandi caufa conveneritis.* Iudicium fit penes lectores. Plura monuit STANGE in *Anticritica* P. I. p. 33. fqq. — Verbum Verfus noftri ultimum, וְדֹמּוּ Aben-Efra interpretatur: ולא תדברו כזב ביום וזהו ודמו *et interdiu* (oppofitum putat *cogitationibus nocturnis*, de quibus verba praecedentia intelligit) *ne calumniemini, quod verbo* וְדֹמּוּ *innuit.* Sed paullo aliter KIMCHIUS: ר"ל שתקו וחדלו למרוד בי כי הדממה עניין שתיקה הדבור והקול כמו וידמו למו עצתי דממה וקול אשמע ויש שהוא שתיקה המעשה והתנועה כמו יקם סערה לדממה מעי רתחו ולא דמו וידום השמש דמו עד הגיענו אליכם ומזה העניין הוא ודמו סלה כלומר חדלו לכם ממעשיכם *Dicere voluit, tacete et ceffate a veftra rebellione contra me; nam vox* דְּמָמָה *fignificat quidem filentium feu ceffationem fermonis et vocis, ut Iob. XXIX,* 21. וְיִדְּמוּ לְמוֹ עֲצָתִי Tacebant ad confilium meum, *et Iob.* IV, 16. דְּמָמָה וָקוֹל אֶשְׁמָע filentio ipfo audiebam vocem. *Aliquando vero fignificat etiam filentium feu ceffationem operis et motus, ut* Pf. CVII, 29. יָקֵם סְעָרָה לִדְמָמָה tranquillat procellam, *et Iob.* XXX, 27. מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ vifcera mea efferbuerunt, neque conticuerunt, *nec non Iof.* X, 13. וַיִּדֹּם הַשֶּׁמֶשׁ filuit, fubftitit, fol, *atque* 1 *Sam. XIV*, 9. דֹּמּוּ עַד־הַגִּיעֵנוּ אֲלֵיכֶם filete, donec venerimus ad vos. *Atque hac* defiftendi, ceffandi *fignificatione etiam h. l. eft accipiendum, ac fi diceret David,*

vid, deſiſtite a facinoribus veſtris. Alexandrinus interpres poſterius commatis noſtri membrum ita vertit: ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε, quae Vulgatus ita reddidit: *quae dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini*, unde FERRANDUS colligit, illum in ſuo codice inveniſſe: אשר אמרתם בלבבכם על משכבכם נדמו, verbum ultimum vero *exſciſſionis* ſignificatione, qua in conjugatione *Niphal* gaudet, accepiſſe putat, quam Vulgatus *compungendi* verbo expreſſerit, quod *compunctio* ſeu *dolor* ſit quaedam cordis ſciſſio. Eandem illam legendi atque interpretandi rationem ſequutus et ipſe, verba ſic explicat: *quumque in lectis veſtris eritis, poeniteat vos eorum, quae in cordibus veſtris adverſus me machinamini.* KOEHLERUS Alexandrinum in vertendo Hebraico וְדֹמּוּ eam, ſignificationem reſpexiſſe exiſtimat, quam Arabicum نَدِمَ in Conjug. V. habet, *pudore ductus fuit, poenituit aliquem alicujus rei.* Sed mihi Alexandrinus verbum Hebraeum eadem, qua nos, *ſilendi* notione videtur accepiſſe. HESYCHIUS: κατανύγητε, ἡσυχάσατε, λυπήθητε, quae gloſſa haud dubie ad hunc locum pertinet. Idem: κατάνυξις· ἡσυχία ἢ λύπη. SUIDAS quoque: Κατανυγῶ· ἀντὶ τοῦ σιωπῶ. Nam a prima verbi κατανύσσομαι ſignificatione, *compungor dolore*, facilis erat transitus ad cognatam, *prae moerore ſilere.* Syrus vertit: *dicite in cordibus veſtris* ܘܥܠ ܡܫܟܒܝܟܘܢ ܪܢܘ *et ſuper cubilibus veſtris meditamini*, ac ſi in Hebraeo legiſſet וְעַל, quod ipſum extat in Cod. Erfurt. ſecundo, obſervante IOAN. CHRIST. GUIL. DIEDERICHS in *Specim. Variantt. Lect. Codd. Hebrr. Mſſ. Erfurtenſſ. in Pſalmis*, Götting. 1775. Sed in Syri codice ante דמו particula ו defuiſſe videtur.

6. *Offerte ſacrificia recta,*
Ac fiduciam veſtram collocate in Iehova.

Quum

Quum incertum fit, ad quos oratio in hoc Verfu directa fit, fenfum etiam oportet incertum effe. Plerique Davidem exiftimant *hoftes* fuos alloqui, eosque hortari, ut refipifcant, et peccata fua expient. Ita KIMCHI: מאשר הרעותם צריכים אתם כפרה וזבחו לה׳ זבחי צדק שתשובו *Quandoquidem male egiftis, expiatione indigetis, facrificate itaque Iehovae facrificia juftitiae, ita ut vere convertamini.* Cum quo VATABLUS confentit, cujus haec eft ad h. l. annotatio: „*Sacrificia* intelligit, quae Lex praecipit offerri pro peccato, facrificia legitima: *Juftitiae* autem, i. e. quae animi refipifcentiam, et mutationem teftentur, q. d. O conjurati! peccatum veftrum agnofcite, et in illius expiationem offerte facrificium Deo et fperate, vos confecuturos veniam; vel, in folo Deo fperate, non in vobis." Ad eandem claffem referendi funt ii, qui his verbis ad facrificium Abfalonis, rebellionis fuae initiis Hebroni factum (de quo 2 Sam. XV, 12. feqq.), refpici putent, ut HEZELIUS, in Not. ad h. l. Inter quos RUDINGERUS quoque ponendus videtur, qui in Nota ad Paraphrafin h. Vs. fenfum ita exprimit: „Nihil proficitis facrificiis iis, quae nunc offertis adverfus me, et pro falute et vita beata veftra. Quod fine dubio fecerunt illi, cum arcam et facerdotes fecum haberent." Singularis eft EICHHORNII fententia (*in Biblioth. Univerf. Literat. Bibl.* P. I. p. 495.), terram Ifraeliticam eadem illa, qua Abfalon in patrem furrexiffet, tempeftate, publicis calamitatibus afflictam fuiffe, quarum averruncandarum cauffa facrificia facta effent, fed infenfis animis et inimicis in Davidem. Moneri itaque fubditos rebelles, nifi mente pia ac proba, fceleris que pura, facra facerent, non fore ipfis meliora fperanda. Neque tamen repudianda eft eorum fententia, qui haec verba ad eos referant, qui *a Davidis partibus* effent. Discedunt tamen et hi inter fe. SIMEON DE MUIS hoc modo interpretatur: „Exigite, quaecunque facitis ad jufti et aequi normam, atque in Deo fiduciam collocate." Sed multo aliter VENEMA: „Verba *partim* con-

continent *adhorationem* ad Deo fidendum in praefente calamitate ad res recuperandas, et in pofterum femper, novo benignitatis Dei fpecimine, mox dando, anfam praebente, *partim* promiffionem profperitatis, et abundantiae bonorum, mox confequendae, qua mactationes juftitiae facere poffent, per modum excitationis ad id agendum, ut fignificaretur, illos propediem in illo ftatu effe collocandos, quo mactationes illas inftituere poffent, et peragerent reapfe; ut fenfus fit: *mactate,* quod mox poteritis, *mactationes juftitiae, et confidite* eum in finem *Iovae,* nunc, et in pofterum, magis hoc novo favoris divini figno erecti." Locutionem, *mactare mactationes juftitiae,* i. e. rectas, ex propria vocis צֶדֶק fignificatione, interpretatur, epula, etiam facra, e facrificiis laudis et gratiarum actionis inftruere, in fignum laetitiae, et ad gratum animum Deo teftificandum. Quam interpretationem maxime probat ex Deut. XXXIII, 19, ubi dicitur, fore, ut Sabulonitae et Iffafcharitae יִזְבְּחוּ זִבְחֵי־צֶדֶק *mactationes juftitiae mactarent, quod adfluentiam marium fugerent, et thefauros reconditorum arenae,* quo loco itaque זִבְחֵי־צֶדֶק aperte *facrificia euchariftica* effent. Aben-Efra quoque זִבְחֵי־צֶדֶק hoc noftro loco השלמים *facrificia pacifica,* five *euchariftica,* interpretatur.

7. *Multi dicunt: quis nos felices praeftabit?*
Convertas ferenum tuum vultum ad nos, Deus!

Hujus quoque commatis fenfus atque nexus plane incertus eft. Plerique *inimicos Davidis* membro priori induci exiftimant; confentiunt tamen nec hi inter fe. Aben-Efra: שב לחזכיר דברי מבקשי כזב כי כהיותי בצרת אני ואנשי אומרים מבקשים כזב עלי ועל אנשי מי יראנו טוב *Enarrat iterum fermones inimicorum, de quibus fupra Vs. 2., qui, dum ego cum fociis in anguftiis effem, defperandum nobis effe dicerent.* Sed alia ratione KIMCHI: רבים אומרים אותם שאמר עליהם בני איש ואמר עליהם רבים אומרים לנפשותם מתאוים ואומרים במרדם כי מי יראנו טוב שיצליח מרד אבשלום וימות דוד וימלוך בנו והרע שלי טוב להם

להם ומתאווים אותו ואתה ה׳ נסה עלינו אור פניך לא כפי מחשבותם *Loquitur de his, quos ſupra Vs. 1. allocutus erat. Illi, inquit, exoptant, et dicunt de ſua rebellione, quis oſtendet nobis bonum, nempe ut fauſte ſuccedat Abſalomi rebellio, et moriatur David ejusque filius regnet? ac malum, quod nunc patior, gratum illis eſt, eoque delectantur. Tu autem,* Domine, eleva ſuper nos lumen vultus tui, *non ſecundum cogitationes illorum.* In eundem ſenſum VATABLUS: „מִי יַרְאֵנוּ טוֹב Optandi formula eſt. [cf. GLASSII *Philol. S.* p. 295. ed. Dath.] Ac ſi dicant inimici Davidis: *Utinam optatis potiamur, nempe ut videamus Davidem extinctum.* — — Quae ſequuntur, verba Davidis: *Habeo,* inquit, *adverſarios multos, alii aliis rebus fidunt; tantum ego benevolentiam tuam opto, et ea ſola fido, precor igitur, ut tuo favore nos proſequaris.* — Ad comites regis fugitivi, qui de rebus ejus deſperarent, haec verba refert DOEDERLEIN in *Scholiis* ad h. l. — Alii ad utramque partem orationem directam putant. Inter hos FLAMINIVS, qui ſenſum ita explicat: „Multi quod viderent Davidem maximis et aſſiduis calamitatibus exagitari ſolitum, ſuſpicabantur, ejus imperium reipublicae calamitoſum fore. Itaque cum ille jam adeptus regiam dignitatem ipſos hortaretur ad obedientiam, ſecum ipſi dicebant: quis praeſtabit, utile nobis fore, ut hic regnum adminiſtret? His rebus permotus vir ſanctus Deum precatur, ut gentem Hebraeam placidis oculis intueatur, ſuumque ſanctiſſimum numen tam praeſens tamque propitium exhibeat, ut omnes intelligant, ipſo regnante omnia proſpera et ſecunda fore.“ VENEMA: „*Multi dicunt,* i. e. vox communis, et votum publicum eſt: *quis nobis fruendum dabit bonum!* cui voto Davides reſpondet in altero membro, precibus ad Deum converſis, qui ſolus hoc preſtare poteſt.“ Quod ipſum et Dathius ſequitur. — Sed nunc de ſingulis locutionibus nobis videndum eſt. מִי יַרְאֵנוּ טוֹב „Ad verbum: *quis videre nos faciat bonum? Videre bonum,* ut Syrach.

XXV,

XXV, 5. *Videre sapientiam*, quod significat, ea potiri, aut compotem esse. Sic dicunt, *videre malum*, pro, in malis versari. Soph. XIII, 15. *Videre periculum*, pro in periculo esse. Tobit. IV. *Videre mortem*, pro mori: *videre corruptionem*, pro corrumpi. Hoc ultimum extat Ps. XVI, 10." DRUSIUS. — In commate hujus Versus ultimo, נְסָה עָלֵינוּ אוֹר פָּנֶיךָ יְהוָה, vocabulum primum, נְסָה interpretibus difficultatem creavit. Namque quum verbum illud alias tantummodo in forma *Piel* occurrat, qua constanter significationem *tentandi* obtinet, quae huic loco minime convenit; fuerunt qui in mendo cubare adeoque criticae manus medela egere hunc locum existimarent. Inter hos primus est I. D. MICHAELIS, qui in *Biblioth. Orient.*, P. X. p. 226. jam a veteribus interpretibus aliter lectum esse censet. Alexandrinum enim, quum ἐσημειώθη vertat, haud dubie etulisse נִסָּה, *vexillum attollatur*, a נֵס, *vexillum*. Sed observat STANGE in *Anticrit. in locc. quosdam Psalmor.* P. I. p. 43. esse Alexandrinis familiare, Imperativum cum ה, quod paragogicum appellari solet, aoristo passivo reddere, ut Ps. VIII, 2., ubi Imperativum תְּנָה ἐπήρθη vertunt. Syrum autem, qui ܢܦܪܘܣ ܥܠܝܢ ܢܘܗܪܐ ܦܪܨܘܦܗ ponit, Michaelis putat legisse כִּסָּה עָלֵינוּ אוֹר פָּנָיו, quod ipse vertit: *velavit coram nobis lumen vultus sui*; neque hoc sensum malum facere, si, ut praecedens membrum, inimicorum Davidis sermo sit. Cui sententiae tamen recte KOEHLERUS in *Nott. Critt.* in *Repertor.* P. III. p. 20. opponit, כִּסָּה עָלֵינוּ vertere: *velavit coram nobis*, vetare linguae Hebraeae usum. Quod vero Syrum attinet, eum non aliter, ac nos in suo codice scriptum invenisse, Stange ostendit l. c. p. 40. Syriacum ܦܪܣ enim usurpatur de *velo, quod expanditur*, ut in omnium oculos incurrat, atque quibusque conspicuum fiat, et pari ratione Hebraeum פָּרַשׂ de נֵס, *vexillo*, usurpatur Iesai. XXXII, 23. פָּרְשׂוּ נֵס, et Ezech. XXVII, 7. מִפְרָשֵׂךְ

מִפְרָשִׂי לִהְיוֹת לְךָ לְנֵס Atque ut h. l. נִסָּה de luce dicitur, ita Iob. XXXVI, 30. reperitur noſtro ſimile פָּרַשׂ, verba ſunt: הֵן פָּרַשׂ עָלָיו אוֹרוֹ. Ex quibus apparet, Syrum interpretem ſuo ܦܪܫ non נסה, verum נסה expreſſiſſe. Quod vero pro hebraico פָּנֶיךָ poſuit ܦܪܨܘܦܗ, cauſa non eſt, quod in ſuo codice פָּנָיו legit, ſed quoniam cum ultimo hujus Verſus vocabulo יְהוָה Verſum ſequentem incepit, atque poſterius hujus Verſus hemiſtichium, ut prius, pro verbis optantium ſalutem, accepit, ut bene obſervat DATHIUS ad *Pſalter. Syriac.* p. 6. a ſe editum. Michaelis ipſe duplicem mutandi rationem proponit, ſive ut pronuncietur נַסֵּה, Imperativus formae Piel, hoc ſenſu: *lumen vultus tanquam vexillum eleva*, ſive ut נִסָּה legatur, quod nomen generis feminei eſſe dicit, idem ſignificans, quod נֵס *vexillum.* Sed recte monet Stange, nomen hoc loco non commode adhiberi propter ſequens עָלֵינוּ; ſcribendum porro fuiſſe נִסָּתֵנוּ, denique a nullo veterum interpretum nomen eſſe expreſſum. HAENLEIN in *Obſervatt. crit. atque exeget. ad loca quaedam Vet. Teſtam.* Specim. I. p. 5. alia vocum diviſione huic loco medelam afferendam cenſet; eſt autem talis: נֵס הָעֶלְיוֹן וְאוֹר פָּנֶיךָ יְהוָה. Hoc enim modo ſi legatur, verba praecedenti interrogationi: *quis monſtrabit nobis felicitatem?* aptiſſimam hanc reddere reſponſionem: *Altiſſimus eſt vexillum, quod intueri et ſequi debemus, gratia tua, o Domine, nos felicitatem exſpectare jubet.* Cui conjecturae MICHAELIS in *Bibl. Orient. Nova*, P. VI. p. 244. recte opponit, ubi de Deo nomen עֶלְיוֹן uſurpatur, non ſolere *He* praſigi, neque alias ſine Vau עֶלְיוֹן ſcribi. Sed et manca et mutila erit ſententia, ſi hoc modo legatur, quum non dicatur, cuinam Deus vexillum lumenque eſſe debeat, ut taceam, hanc conjecturam neque codicis ullius, neque veteris alicujus interpretis auctoritate confirmari. Vides, omnia iſta tentamina ſuis difficultatibus laborare. Sed recepta legendi ratio ita eſt comparata, ut nulla mutatione egeat.

egeat. Varie autem explicari poteſt: I) Veterum quidam verbum נָסָה denominativum a נֵס, *vexillum*, exiſtimarunt, ut Alexandrinus, qui ἐσημειώθη, Symmachus, qui ἐπίσημον ποίησον, *conſpicuum facias*, poſuit. Tum vertendum erit: *ſuſtolle tanquam vexillum ſuper nos lucem vultus tui.* Hoc Stangio placuit, cui נְסָה eſt Imperativus cum He paragogico, quod *optandi* et *precandi* vim habet, ut Pſ. XXV, 20. שָׁמְרָה נַפְשִׁי *ſerva me quaeſo*; Geneſ. XXXIX, 7. שִׁכְבָה עִמִּי *coeas, quaeſo, mecum*; Dan. IX, 19. *Domine* שְׁמָעָה *exaudias quaeſo!* atque innumeris aliis locis. Ex hebraeis interpretibus huc referendus eſt JARCHI, cujus haec ſunt verba: נסה עלינו הרם עלינו לנס את אור פניך לשון הרימו נס ארים נסי *Verba* נְסָה עָלֵינוּ *hic idem ſignificant, ac ſi poſitum eſſet* הָרֵם עָלֵינוּ לְנֵס *attolle ſuper nos in vexillum lucem vultus tui, eadem ſignificatione, ut Eſai.* LXII, 10. הָרִימוּ נֵס vexillum attollite, *atque Eſai.* XLIX, 22. אָרִים נִסִּי vexillum meum *attollam*. Hebraeorum tamen plerique II) noſtrum נְסָה diverſâ ſcribendi ratione pro נְשָׂא, *attolle* poſitum putant. Aben-Eſra: ונכון להיות הה"א כמו האל"ף והסמ"ך כמו חשי"ן על דרך ישא יי' פניו אליך וכמו הנסה דבר אליך תלאה *Vera ſententia eſt, literam* He *pro* Aleph, *atque* Samech *pro* Sin *poſitam eſſe, ut conveniat hic locus cum gemino Num.* VI, 26. יִשָּׂא יְהוָה פָּנָיו אֵלֶיךָ elevet Iova vultum ſuum ad te, *atque* נָסָה *pro* נָשָׂא *ſcriptum ſit, ut Iob.* IV, 2. הֲנִסָּה דָבָר אֵלֶיךָ תִּלְאֶה an, ſi proferemus ad te verbum, *defatigaberis?* Idem ſequuntur KIMCHI et SALOMON BEN MELECH, atque e noſtris DRUSIUS, qui in *Commentatione in priores XIX, Pſalmos,* h. l. ita explicat: „*Leva ſuper nos lumen vultus tui,* vel, *attolle ſuper nos lucem faciei tuae;* mens horum verborum: appare nobis vultu placido ac ſereno. Sive, aſpice nos vultu lucido, i. e. adſit nobis favor tuus, eſto nobis propitius. — Reſpexit, meo judicio, ad formulam illam, qua ſacerdos bene precabatur populo, quae habetur Num. VI, 26.“ Eadem interpretatio placuit MUNTINGHIO in *Animadverſſ. uberioribus in Pſalmos,* P. III, p. 12.

p. 12. verſ. germ. Quod autem נְסָה, h. l. diverſa ſcribendi ratione poſitum ſit pro נְשָׂא, argumentum non leve peti poteſt ex eo, quod non ſolum in Codice Hebraeo, anno p. C. n. 1290. ſcripto, qui Rotterodami in Bibliotheca Meermanniana aſſervatur, et a Kennicotto numero 245. ſignatus eſt, pro נְסָה h. l. a prima manu נְשָׂא invenitur (cf. MICHAELIS *Biblioth. Orient.* T. XX. p. 76. 77.); verum etiam Pſalmi, qui Vitembergae A. 1566. ex officina Ioh. Cratonis in octonis prodiere, h. l. in margine נְשָׂא tanquam Keri exhibent [vid. HAENLEIN in *Obſervatt.* ſupra laudatis, p. 7. et 45., ubi editionem illam data opera accurate deſcripſit, atque lectiones notatu maxime dignas excerpſit), unde patet, lectionem illam olim in codicibus hebraeis fuiſſe longe, quam nunc eſt, frequentiorem. Eandem haud dubie in ſuis codicibus invenerunt Chaldaeus, qui נְשָׂא, atque Aquila, qui ἔπαρον ponit. In textum recipiendam illam quoque cenſuit Dathius in Nota ad h. l. — Si tamen aliquis dubitet, hanc interpretationem probare, partim ob duplicem ſcriptionis in uno vocabulo anomaliam; partim quod, illa etiam admiſſa, tamen hic locus cum Num. VI, 26. non prorſus convenit; aliam is viam ingredi poteſt, ab hodiernis interpretibus fere neglectam. Nil enim impedit, quo minus III) נסה ejusdem cum נָסַס ſignificationis ſit, quae convenit cum Arabum نَصَّ, quod peculiariter de eo uſurpatur, quod cum *ſplendore* quodam *coruſco eminet* atque *emicat*, ut oſtendit NICOL. GUIL. SCHROEDER in *Obſervatt. Selectt. ad Origg. Hebrr.* p. 142. ſeq., unde נֵס, *vexillum*, proprie: *ſignum eminens* et *altius elatum*, ut ſuo *ſplendore* omnium in oculos incurrat. Eam vero notionem huic loco ob proxime ſequens אוֹר perquam aptam eſſe, quisque intelliget ipſe. Ita enim nunc vertendum erit: *ſplendere facias nobis vultus tui ſplendorem*, luceat nobis ſerenus tuus vultus. Quae explicatio nec a me primum excogitata eſt, ſed jam a JARCHIO commemoratur,

ratur, qui, poſtquam ſuam interpretationem, a nobis ſupra excerptam, attuliſſet, haec addit: ל"א נסה עלינו רשפלנד"ור בלעז כמו אבני נזר מתנוססות *Sunt etiam qui verbum* נָסָה *gallico* reſplendir *interpretentur, ut Zach. IX,* 16. [al. X, 1.] אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת lapides coronae emicant, *ſplendent.*

8. *Majori me afficis laetitia,*

Qua illi fruuntur, cum frumento et muſto abundant.

Quomodo cohaereat hic Verſus cum antecedente, diſſentiunt interpretes. Aben-Eſra: הם מתאוים שלא נראה טוב ואני חייתי שמח בראותי אותם בטוב וטעם נתתה כי אתה נתתה לי לב טוב להתאות טוב לכל *Illi optant, nos nulla felicitate frui, ego autem laetatus ſum, cum illos felices viderem. Senſus vocis* נָתַתָּה *itaque eſt: cor bonum mihi dediſti, ut omnibus bonum optarem.* 'Nec multo aliter KIMCHI: הם גומלים עלי רעה תחת טובה כי אני היה לי שמחה בלבי בטובתם וזהו מעת דגנם ותירושם רבו והם שמחים לרעתי *Illi quidem malum pro bono mihi rependunt; ego enim ſemper gaudio affectus fui in corde meo, quoties ipſis bene fuit, quod verbis his ſignificatur: a quo tempore frumentum et muſtum eorum multiplicata ſunt* (q. d. voluptatem cepi e rebus eorum proſperis), *ipſi vero de malis meis laetantur.* Aliam rationem ſequitur FLAMINIUS. Vertit ita: *Dediſti laetitiam in corde meo, ex quo tempore frumentum et muſtum eorum multiplicata ſunt;* quorum verborum ſenſum in Nota ſubjecta ita explicat: „Laetabatur David, quod initia regni ſui magna fertilitas agrorum conſecuta foret; ea enim res polliceri videbatur, ipſum dignitate ſua non calamitatem populo, ut multi ſuſpicabantur, ſed proſperitatem potius allaturum." Ab eo diſcedit RUDINGER, qui hunc Verſum ita παραφράζει· *Multo mihi gratior et benignior eſt benignitas gratiae tuae et ſenſus propitiae et miſericordis voluntatis tuae, magisque animum meum hoc tantum bonum afficit et exhilarat, quam ulla copia vini et frumenti, quam granaria plena, quam cellae plenae exhilarare*

poffunt inimicos meos, qui in divitiis et rebus fecundis ponunt omnia. Ad quae in Notis haec fcribit: „Ad Abfalonica tempora hoc quodam modo fextum et feptimum Verfum accommodari poffe exiftimavimus. Locupletarunt autem fe ex illis hoftibus Davidicis multi, fine dubio ex direptione rerum Davidis, et quam fortunati et copiofi illi fuerint, oftendit inter ceteros Pfalmus XXXVII, qui eft et ipfe Abfalonici temporis, et Pfalmus XVII, per cujus Verfum penultimum haec rectiffime explicantur.“ Magis forfan placebit DRUSII explanatio: „Si me benigne ac vultu fereno refpexeris, nae laetitiam mihi conciliabis, quae fuperet laetitiam meffis ac vindemiae ipforum.“ In altero Verfus noftri membro ellipfis eft, dum מֵעֵת וגו׳ ponitur pro מִשִּׂמְחַת עֵת אֲשֶׁר בּוֹ דְּגָנָם וגו׳, ut recte obfervat LOWTH *de Sacra Poefi Hebraeor.* Prael. X. p. 208. not. ed. Goett. p. 105. ed. Lipf., ubi et plura hujusmodi ellipfeos exempla adducit. Aben-Efra: ויאמר רבי יהודה בן בלעם כי מעת דגנם הפוך והאמת מעת רבו דגנם ותירושם ואין צורך להפך דברי׳ נאמרי׳ ברוח הקדש *Ex Rabbi Iudae, Bileami fil., fententia, in verbis* מֵעֵת דְּגָנָם *metathefis eft, pro* מֵעֵת רַבּוּ דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם. *Sed minime opus eft, verba fpiritu Sancto enunciata transponere.* In nominibus דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם litera *Mem* in fine I. E. FABER ad *Harmeri Obfervatt.* P. II. p. 268. non pro fuffixo habet, fed pro paragogico, ad multitudinem exprimendam addita. Nec alia defunt exempla, ubi Mem litera mere paragogica eft, vid. STORRII *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 443. coll. p. 74. — Alexandrinus membrum pofterius fic vertit: *ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν*, ad quae verba obfervandum eft primo, pro *καρποῦ* legendum effe *καιροῦ*, ut jam poft Drufium Montefalconius animadvertit, et Vulgatus et Arabs docent; deinde, addidiffe interpretem *ἐλαίου αὐτῶν*, ac fi in fuo codice וְיִצְהָרָם inveniffet, quod MICHAELIS et KOEHLERUS textui inferendum cenfent, cum et Syrus hoc additamentum exprimat. Sed digna funt, quae adfcribantur,

quae

quae IOH. GOTTFR. SCHARFENBERG ad *Cappelli Critic. Sacr.* a ſe edit, P. II. p. 659. notat, ubi Cappellus noſtrum locum inter eorum numerum recenſet, in quibus veteres interpretes plura legerint, quam nunc in Codicibus Maſorethicis extat. „Omnino," ait ille, „hic monendi ſunt tirones, ne ſi forte alicubi in verſione Alexandrina invenerint verba, quibus nil reſpondeat in libris Hebraicis, hinc ſtatim colligant, auctores hujus verſionis ſecutos eſſe lectionem a noſtra diverſam. Ut enim nil dicam de mala ſedulitata interpolatorum, interpretum ipſorum hic videtur fuiſſe mos, ut verbum unum atque alterum adderent ex aliis locis ſimilibus. Exemplo ſit hic ipſe locus a Cappello laudatus, ubi non quod aliter ac nos legerint, vertunt *σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν*, ſed quod viderant, alibi verbis דָּגָן, *frumentum*, et תירוש, *vinum*, addi יִצְהָר, *oleum*, cf. Deut. XXVIII, 51. Hoſ. II, 10." Atque ex ipſa Alexandrina verſione illud additamentum quidam eliminandum putarunt; veluti DRUSIUS, qui „Gloſſema," inquit, „a ſcribis *καὶ ἐλαίου*, quod perſpicuum vel ex Hieronymo, qui ſcribit nec apud LXX. interpretes extare hoc, nec in Pſalterio, Origenis manu emendato, nec in ceteris editionibus." Etiam Dathius gloſſam eſſe putat, ab eo, qui in aliis locis tria illa jungi ſolere, ſciret, adſcriptam, cui adſentitur EICHHORN in *Biblioth. Literat. Biblioth.* P. I. p. 495. In alia omnia diſcedit I. D. MICHAELIS, cujus interpretationem memoratam vide ſub finem Annotationis noſtrae ad Verſum ſequentem.

9. Quando enim te propitium habeo, nihil mihi timendum eſt:

Quiete ſimul cubo et dormio,

Nam Tu, Iova, ſolus es, qui me in tuto collocas!

בְּשָׁלוֹם *in pace*, Aben-Eſra bene בלא פחד, *ſine metu*, interpretatur. Sed non aeque facile intellectu eſt proximum יַחְדָּו, *ſimul.* Aben-Eſra: עמהם, *cum illis*, hoſtibus meis. Conſentit KIMCHI, qui ſenſum diſertius

 expla-

explanat: אני הייתי מתאוה טובתם ועדין אף על פי שהרעו לי אתאוה שנהיה בשלום יחדיו אני והם ואז אשכבה ואישן שלא יהיה לי דבר המטריד אותי מהשינה אחר שהם ישובו לי *Etſi illi in meam perniciem toto impetu feruntur, nihilominus adhuc cupio, una cum illis pace ac tranquillitate frui; tunc vero, cum nihil erit, quod ſomni mei tranquillitatem perturbet, poſtquam ad me redierint* [hoſtes mei], *cubabe ac ſecure dormiam.* Sed alii, veluti MUSCULUS, ad Davidis ſocios referunt: ſimul cum vobis, aerumnarum mearum ſociis. Alii *pariter* reddunt, hoc ſenſu: *cubabo ſimul et requieſcam* tranquille, non ſolum cubabo, ſed etiam dormiam, quia non omnes, qui decumbunt, dormiunt. Ita KOEHLERUS in *Repertor.* P. III. p. 21. EICHHORN l. c. יַחְדָּו h. l. *omnino, prorſus* ſignificare putat, vertitque: *prorſus tranquille.* Idem diſſenſus in membro altero eſt de לְבָדָד, quod vel ad *Deum* referri poteſt, ut ſenſus ſit: ceteris me deſerentibus, tu ſolus me defendis, quod KIMCHIO quoque placuit: ופירוש לבדד אתה ה׳ לבדך תעשה זה וכך בטחוני ולא באחר „*ſolus*" *i. e. tu, Domine, ſolus hoc efficies, et in te ſolo fiducia mea, non in alio;* vel ad *Davidem*, hoc modo: *tu me ſecure et ſine metu ſolum*, h. e. ſeorſim, domi meae, ſine concurſu hominum, ne opus ſit, in procinctu ſtare, et congregari contra hoſtes, *ſedere facies*, ut in ſpe, ſive, *ſedere facis*, ut in gratiarum actione. Utriusque rationis Aben-Eſra mentionem facit: ומלת בדד בל״מ או בחסרונו שוה וככה מלת לבטח ויש בטח והנה יי׳ בדד ינחנו ונכון הוא שהשם לבדו וככה זה או טעמו או היו יחדו עמי או הייתי לבדי והטעם לבדי תושיבני *Vocabulum* בָּדָד *cum praefixo* Lamed *idem ac ſine eo ſignificat, quod etiam de ſequente* לָבֶטַח *valet, promiſcue enim et* בֶּטַח *dicitur. Deuteron.* XXXII, 12. *extat* יְהוָה בָּדָד יַנְחֶנּוּ Iova ſolus eum [populum] duxit, *ubi* בָּדָד *idem eſt ac* לְבַדּוֹ *ille Deus, ſolus, quemadmodum hoc loco. Vel ſenſus eſt: ſive illi mecum ſint, ſive ego ſolus ſim, ut ſignificetur:* לְבַדִּי me ſolum *habitare facis.*

Quam

Quam poſteriorem interpretationem JARCHI clarius proponit: לבדד לבטח כמו בטח בדד עין יעקב לשון מבטח דשקט הוא שאינו צוריך להושיע גייסות עמו *Verba haec eodem modo ſumenda ſunt, ac* Deut. XXXIII, 28. בֶּטַח בָּדָד עֵין יַעֲקֹב ſecure ſeorſim fons Iacobi; *ſignificant enim ſecuritatem et tranquillitatem alicujus, qui non opus habet, ut copiae militares eum ſervent.* Poteſt quoque huc referri XLIX, 32. *Agite, aſcendite ad gentem beatam* יוֹשֵׁב לָבֶטַח in tuto habitantem, *inquit Iova, ſine oſtiis, ſine repagulis* בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ ſeorſum habitantium. Ceterum pro לְבָדָד codex unus a Kennicotto, atque alius, a de Roſſio collatus, legit לְבַדְּךָ, ſenſu eodem. Syrus interpres commatis praecedentis vocem ultimam, רַבּוּ, ad hunc Verſum traxit, vertit enim: ܣܓܝܘ ܒܫܠܡܐ ܐܟܚܕܐ *multiplicati ſunt in pace pariter.* Eandem diviſionem probat MICHAELIS in *Bibl. Orient.* P. XI. p. 196. hoc tamen discrimine, quod priora hujus Verſus verba conjunxit cum ultimis antecedentis hoc ſenſu: *majorem mihi laetitiae materiam dediſti, quam cum pacis tempore ſimul frumentum, vinum et oleum feliciter proveniunt.*

PSAL-

ſatis plana. Sunt tamen, qui nodum in ſcirpo quaerant. Veluti HUBIGANTIUS, qui pro אִמְרוּ legendum putat הַמְרוּ *amari eſtote et quieſcite*, quod interpretatur: poenitemini et deſinite eſſe in regem veſtrum rebelles. Sed הַמְרוּ potius *amaros facite* ſignificat, quod nullum ſenſum efficit. I. D. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. X. p. 226. pro אִמְרוּ enunciandum cenſet אִמְרוֹ *verbum ejus,* atque עַל־מִשְׁכְּבְכֶם interpretatur in *conciliis, conventibus veſtris,* quod מִשְׁכָּב etiam lectum illum oblongum ſignificat, in quo Orientales deſidere, conventus habere, et cum amicis familiariter colloqui ſolent (cf. not. ad Pſ. I, 2.), totamque dictionem ita vertit: *verbum ejus* (Iovae) *in cordibus veſtris ſit, dum conciliandi cauſa conveneritis.* Iudicium ſit penes lectores. Plura monuit STANGE in *Anticritica* P. I. p. 33. ſqq. — Verbum Verſus noſtri ultimum, וְדֹמּוּ Aben-Eſra interpretatur: ולא תדברו כזב ביום וזהו ודמו *et interdiu* (oppoſitum putat *cogitationibus nocturnis,* de quibus verba praecedentia intelligit) *ne calumniemini, quod verbo* וְדֹמּוּ *innuit.* Sed paullo aliter KIMCHIUS: ר״ל שתקו וחדלו למרוד בי כי הדממה עניין שתיקה הדבור והקול כמו וידמו למו עצתי דממה וקול אשמע ויש שהוא שתיקת המעשה והתנועה כמו יקם סערה לדממה מעי רתחו ולא דמו וידום השמש דמו עד הגיענו אליכם ומזה העניין הוא ודמו סלה כלומר חדלו לכם ממעשיכם *Dicere voluit, tacete et ceſſate a veſtra rebellione contra me; nam vox* דְּמָמָה *ſignificat quidem ſilentium ſeu ceſſationem ſermonis et vocis, ut Iob. XXIX,* 21. וְיִדְּמוּ לְמוֹ עֲצָתִי Tacebant ad conſilium meum, *et Iob.* IV, 16. דְּמָמָה וָקוֹל אֶשְׁמָע ſilentio ipſo audiebam vocem. *Aliquando vero ſignificat etiam ſilentium ſeu ceſſationem operis et motus, ut* Pſ. CVII, 29. יָקֵם סְעָרָה לִדְמָמָה tranquillat procellam, *et Iob.* XXX, 27. מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ viſcera mea efferbuerunt, neque conticuerunt, *nec non Ioſ.* X, 13. וַיִּדֹּם הַשֶּׁמֶשׁ ſiluit, ſubſtitit, ſol, *atque* 1 *Sam. XIV,* 9. דֹּמּוּ עַד־הַגִּיעֵנוּ אֲלֵיכֶם ſilete, donec venerimus ad vos. *Atque hac* deſiſtendi, ceſſandi *ſignificatione etiam h. l. eſt accipiendum, ac ſi diceret David,*

vid, deſiſtite a facinoribus veſtris. Alexandrinus interpres poſterius commatis noſtri membrum ita vertit: ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε, quae Vulgatus ita reddidit: *quae dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini*, unde FERRANDUS colligit, illum in ſuo codice inveniſſe: אשר אמרתם בלבבכם על משכבכם נדמו, verbum ultimum vero *exſciſſionis* ſignificatione, qua in conjugatione *Niphal* gaudet, accepiſſe putat, quam Vulgatus *compungendi* verbo expreſſerit, quod *compunctio* ſeu *dolor* ſit quaedam cordis ſciſſio. Eandem illam legendi atque interpretandi rationem ſequutus et ipſe, verba ſic explicat: *quumque in lectis veſtris eritis, poeniteat vos eorum, quae in cordibus veſtris adverſus me machinamini.* KOEHLERUS Alexandrinum in vertendo Hebraico וְדֹמּוּ eam, ſignificationem reſpexiſſe exiſtimat, quam Arabicum ندم in Conjug. V. habet, *pudore ductus fuit, poenituit aliquem alicujus rei.* Sed mihi Alexandrinus verbum Hebraeum eadem, qua nos, *ſilendi* notione videtur accepiſſe. HESYCHIUS: κατανύγητε, ἡσυχάσατε, λυπήθητε, quae gloſſa haud dubie ad hunc locum pertinet. Idem: κατάνυξις· ἡσυχία ἢ λύπη. SUIDAS quoque: Κατανυγῶ· ἀντὶ τοῦ σιωπῶ. Nam a prima verbi κατανύσσομαι ſignificatione, *compungor dolore*, facilis erat tranſitus ad cognatam, *prae moerore ſilere.* Syrus vertit: *dicite in cordibus veſtris* ܘܥܠ ܡܫܟܒܝܟܘܢ ܪܢܘ *et ſuper cubilibus veſtris meditamini*, ac ſi in Hebraeo legiſſet וְעַל, quod ipſum extat in Cod. Erfurt. ſecundo, obſervante IOAN. CHRIST. GUIL. DIEDERICHS in *Specim. Variantt. Lect. Codd. Hebrr. Mſſ. Erfurtenſſ. in Pſalmis*, Götting. 1775. Sed in Syri codice ante דמו particula ו defuiſſe videtur.

6. *Offerte ſacrificia recta,*
Ac fiduciam veſtram collocate in Iehova.

Quum

Quum incertum ſit, ad quos oratio in hoc Verſu directa ſit, ſenſum etiam oportet incertum eſſe. Plerique Davidem exiſtimant *hoſtes* ſuos alloqui, eosque hortari, ut reſipiſcant, et peccata ſua expient. Ita KIMCHI: מאשר הרעותם. צריכים אתם כפרה וזבחו. לה׳ זבחי צדק שתשובו *Quandoquidem male egiſtis, expiatione indigetis, ſacrificate itaque Iehovae ſacrificia juſtitiae, ita ut vere convertamini.* Cum quo VATABLUS conſentit, cujus haec eſt ad h. l. annotatio: „*Sacrificia* intelligit, quae Lex praecipit offerri pro peccato, ſacrificia legitima: *Juſtitiae* autem, i. e. quae animi reſipiſcentiam, et mutationem teſtentur, q. d. O conjurati! peccatum veſtrum agnoſcite, et in illius expiationem offerte ſacrificium Deo et ſperate, vos conſecuturos veniam; vel, in ſolo Deo ſperate, non in vobis.“ Ad eandem claſſem referendi ſunt ii, qui his verbis ad ſacrificium Abſalonis, rebellionis ſuae initiis Hebroni factum (de quo 2 Sam. XV, 12. ſeqq.), reſpici putent, ut HEZELIUS, in Not. ad h. l. Inter quos RUDINGERUS quoque ponendus videtur, qui in Nota ad Paraphraſin h. Vs. ſenſum ita exprimit: „Nihil proficitis ſacrificiis iis, quae nunc offertis adverſus me, et pro ſalute et vita beata veſtra. Quod ſine dubio fecerunt illi, cum arcam et ſacerdotes ſecum haberent.“ Singularis eſt EICHHORNII ſententia (*in Biblioth. Univerſ. Literat. Bibl.* P. I. p. 495.), terram Iſraeliticam eadem illa, qua Abſalon in patrem ſurrexiſſet, tempeſtate, publicis calamitatibus afflictam fuiſſe, quarum averruncandarum cauſſa ſacrificia facta eſſent, ſed infenſis animis et inimicis in Davidem. Moneri itaque ſubditos rebelles, niſi mente pia ac proba, ſceleriſque pura, ſacra facerent, non fore ipſis meliora ſperanda. Neque tamen repudianda eſt eorum ſententia, qui haec verba ad eos referant, qui *a Davidis partibus* eſſent. Diſcedunt tamen et hi inter ſe. SIMEON DE MUIS hoc modo interpretatur: „Exigite, quaecunque facitis ad juſti et aequi normam, atque in Deo fiduciam collocate.“ Sed multo aliter VENEMA: „Verba *partim* con-

continent *adhortationem* ad Deo fidendum in praefente calamitate ad res recuperandas, et in pofterum femper, novo benignitatis Dei fpecimine, mox dando, anfam praebente, *partim* promiffionem profperitatis, et abundantiae bonorum, mox confequendae, qua mactationes juftitiae facere poffent, per modum excitationis ad id agendum, ut fignificaretur, illos propediem in illo ftatu effe collocandos, quo mactationes illas inftituere poffent, et peragerent reapfe; ut fenfus fit: *mactate,* quod mox poteritis, *mactationes juftitiae,* et *confidite* eum in finem *Iovae,* nunc, et in pofterum, magis hoc novo favoris divini figno erecti." Locutionem, *mactare mactationes juftitiae,* i. e. rectas, ex propria vocis צֶדֶק fignificatione, interpretatur, epula, etiam facra, e facrificiis laudis et gratiarum actionis inftruere, in fignum laetitiae, et ad gratum animum Deo teftificandum. Quam interpretationem maxime probat ex Deut. XXXIII, 19, ubi dicitur, fore, ut Sabulonitae et Iffafcharitae יִזְבְּחוּ זִבְחֵי־צֶדֶק *mactationes juftitiae mactarent, quod adfluentiam marium fugerent, et thefauros reconditorum arenae,* quo loco itaque זִבְחֵי־צֶדֶק aperte *facrificia euchariftica* effent. Aben-Efra quoque זִבְחֵי־צֶדֶק hoc noftro loco השלמים *facrificia pacifica,* five *euchariftica,* interpretatur.

7. *Multi dicunt: quis nos felices praeftabit?*
Convertas ferenum tuum vultum ad nos, Deus!

Hujus quoque commatis fenfus atque nexus plane incertus eft. Plerique *inimicos Davidis* membro priori induci exiftimant; confentiunt tamen nec hi inter fe. Aben-Efra: שב לחזכיר דברי מבקשי כזב כי כהיותי בצרת אני ואנשי אומרים מבקשים כזב עלי ועל אנשי מי יראנו טוב *Enarrat iterum fermones inimicorum, de quibus fupra Vs. 2., qui, dum ego cum fociis in anguftiis effem, defperandum nobis effe dicerent.* Sed alia ratione KIMCHI: רבים אומרים אותם שאמר עליהם בני איש ואמר עליהם רבים אומרים לנפשותם מתאוים ואומרים במרדם כי מי יראנו טוב שיצליח מרד אבשלום וימות דוד וימלוך בנו והרע שלי טוב להם

להם ומתאוים אותו ואתה ה׳ נסה עלינו אור פניך לא כפי מחשבותם *Loquitur de his, quos ſupra Vs.* 1. *allocutus erat. Illi, inquit, exoptant, et dicunt de ſua rebellione, quis oſtendet nobis bonum, nempe ut fauſte ſuccedat Abſalomi rebellio, et moriatur David ejusque filius regnet? ac malum, quod nunc patior, gratum illis eſt, eoque delectantur. Tu autem,* Domine, eleva ſuper nos lumen vultus tui, *non ſecundum cogitationes illorum.* In eundem ſenſum VATABLUS: „מִי יַרְאֵנוּ טוֹב Optandi formula eſt. [cf. GLASSII *Philol. S.* p. 295. ed. Dath.] Ac ſi dicant inimici Davidis: *Utinam optatis potiamur, nempe ut videamus Davidem extinctum.* — — Quae ſequuntur, verba Davidis: *Habeo,* inquit, *adverſarios multos, alii aliis rebus fidunt; tantum ego benevolentiam tuam opto, et ea ſola fido, precor igitur, ut tuo favore nos proſequaris.* — Ad comites regis fugitivi, qui de rebus ejus deſperarent, haec verba refert DOEDERLEIN in *Scholiis* ad h. l. — Alii ad utramque partem orationem directam putant. Inter hos FLAMINIVS, qui ſenſum ita explicat: „Multi quod viderent Davidem maximis et aſſiduis calamitatibus exagitari ſolitum, ſuſpicabantur, ejus imperium reipublicae calamitoſum fore. Itaque cum ille jam adeptus regiam dignitatem ipſos hortaretur ad obedientiam, ſecum ipſi dicebant: quis praeſtabit, utile nobis fore, ut hic regnum adminiſtret? His rebus permotus vir ſanctus Deum precatur, ut gentem Hebraeam placidis oculis intueatur, ſuumque ſanctiſſimum numen tam praeſens tamque propitium exhibeat, ut omnes intelligant, ipſo regnante omnia proſpera et ſecunda fore.“ VENEMA: „*Multi dicunt,* i. e. vox communis, et votum publicum eſt: *quis nobis fruendum dabit bonum!* cui voto Davides reſpondet in altero membro, precibus ad Deum converſis, qui ſolus hoc preſtare poteſt.“ Quod ipſum et Dathius ſequitur. — Sed nunc de ſingulis locutionibus nobis videndum eſt. מִי יַרְאֵנוּ טוֹב „Ad verbum: *quis videre nos faciat bonum? Videre bonum,* ut Syrach.

XXV,

XXV, 5. *Videre ſapientiam*, quod ſignificat, ea potiri, aut compotem eſſe. Sic dicunt, *videre malum*, pro, in malis verſari. Soph. XIII, 15. *Videre periculum*, pro in periculo eſſe. Tobit. IV. *Videre mortem*, pro mori: *videre corruptionem*, pro corrumpi. Hoc ultimum extat Pſ. XVI, 10." DRUSIUS. — In commate hujus Verſus ultimo, נְסָה עָלֵינוּ אוֹר פָּנֶיךָ יְהוָה, vocabulum primum, נְסָה interpretibus difficultatem creavit. Namque quum verbum illud alias tantummodo in forma *Piel* occurrat, qua conſtanter ſignificationem *tentandi* obtinet, quae huic loco minime convenit; fuerunt qui in mendo cubare adeoque criticae manus medela egere hunc locum exiſtimarent. Inter hos primus eſt I. D. MICHAELIS, qui in *Biblioth. Orient.*, P. X. p. 226. jam a veteribus interpretibus aliter lectum eſſe cenſet. Alexandrinum enim, quum ἐσημειώθη vertat haud dubie etuliſſe נִסָּה, *vexillum attollatur*, a נֵס, *vexillum*. Sed obſervat STANGE in *Anticrit. in locc. quosdam Pſalmor.* P. I. p. 43. eſſe Alexandrinis familiare, Imperativum cum ה, quod paragogicum appellari ſolet, aoriſto paſſivo reddere, ut Pſ. VIII, 2., ubi Imperativum תְּנָה ἐπήρθη vertunt. Syrum autem, qui ܢܦܪܘܣ ܥܠܝܢ ܢܘܗܪܐ ܕܦܪܨܘܦܗ ponit, Michaelis putat legiſſe כִּסָּה עָלֵינוּ אוֹר פָּנָיו, quod ipſe vertit: *velavit coram nobis lumen vultus ſui*; neque hoc ſenſum malum facere, ſi, ut praecedens membrum, inimicorum Davidis ſermo ſit. Cui ſententiae tamen recte KOEHLERUS in *Nott. Critt.* in *Repertor.* P. III. p. 20. opponit, כִּסָּה עָלֵינוּ vertere: *velavit coram nobis*, vetare linguae Hebraeae uſum. Quod vero Syrum attinet, eum non aliter, ac nos in ſuo codice ſcriptum inveniſſe, Stange oſtendit l. c. p. 40. Syriacum ܦܪܘܣ enim uſurpatur de *velo, quod expanditur*, ut in omnium oculos incurrat, atque quibusque conſpicuum fiat, et pari ratione Hebraeum פָּרַשׂ de נֵס, *vexillo*, uſurpatur Ieſai. XXXII, 23. פָּרְשׂוּ נֵס, et Ezech. XXVII, 7. מִפְרָשֵׂךְ

מִפְרָשֵׂךְ לִהְיוֹת לָךְ לְנֵס Atque ut h. l. נְסָה de luce dicitur, ita Iob. XXXVI, 30. reperitur noſtro ſimile פָּרַשׂ, verba ſunt: הֵן פָּרַשׂ עָלָיו אורו. Ex quibus apparet, Syrum interpretem ſuo ܦܪܣ non כסה, verum נסה expreſſiſſe. Quod vero pro hebraico פָּנֶיךָ poſuit ܦܪܨܘܦܟ, cauſa non eſt, quod in ſuo codice פָּנָיו legit, ſed quoniam cum ultimo hujus Verſus vocabulo יְהוָה Verſum ſequentem incepit, atque poſterius hujus Verſus hemiſtichium, ut prius, pro verbis optantium ſalutem, accepit, ut bene obſervat DATHIUS ad *Pſalter. Syriac.* p. 6. a ſe editum. Michaelis ipſe duplicem mutandi rationem proponit,' ſive ut pronuncietur נַסֵּה, Imperativus formae Piel, hoc ſenſu: *lumen vultus tanquam vexillum eleva*, ſive ut נִסָּה legatur, quod nomen generis feminei eſſe dicit, idem ſignificans, quod נֵס *vexillum.* Sed recte monet Stange, nomen hoc loco non commode adhiberi propter ſequens עָלֵינוּ; ſcribendum porro fuiſſe נִסָּתוֹ, denique a nullo veterum interpretum nomen eſſe expreſſum. HAENLEIN in *Obſervatt. crit. atque exeget. ad loca quaedam Vet. Teſtam.* Specim. I. p. 5. alia vocum diviſione huic loco medelam afferendam cenſet; eſt autem talis: נֵס הָעֶלְיוֹן וְאוֹר פָּנֶיךָ יְהוָה. Hoc enim modo ſi legatur, verba praecedenti interrogationi: *quis monſtrabit nobis felicitatem?* aptiſſimam hanc reddere reſponſionem: *Altiſſimus eſt vexillum, quod intueri et ſequi debemus, gratia tua, o Domine, nos felicitatem exſpectare jubet.* Cui conjecturae MICHAELIS in *Bibl. Orient. Nova,* P. VI. p. 244. recte opponit, ubi de Deo nomen עֶלְיוֹן uſurpatur, non ſolere *He* praſigi, neque alias ſine Vau עֶלְיוֹן ſcribi. Sed et manca et mutila erit ſententia, ſi hoc modo legatur, quum non dicatur, cuinam Deus vexillum lumenque eſſe debeat, ut taceam, hanc conjecturam neque codicis ullius, neque veteris alicujus interpretis auctoritate confirmari. Vides, omnia iſta tentamina ſuis difficultatibus laborare. Sed recepta legendi ratio ita eſt comparata, ut nulla mutatione egeat.

egeat. Varie autem explicari poteſt: I) Veterum quidam verbum נָסָה denominativum a נֵס, *vexillum*, exiſtimarunt, ut Alexandrinus, qui *ἐσημειώθη*, Symmachus, qui *ἐπίσημον ποίησον*, *conſpicuum facias*, poſuit. Tum vertendum erit: *ſuſtolle tanquam vexillum ſuper nos lucem vultus tui*. Hoc Stangio placuit, cui נְסָה eſt Imperativus cum He paragogico, quod *optandi* et *precandi* vim habet, ut Pſ. XXV, 20. שָׁמְרָה נַפְשִׁי *ſerva me quaeſo*; Geneſ. XXXIX, 7. שִׁכְבָה עִמִּי *coeas, quaeſo, mecum*; Dan. IX, 19. *Domine* שְׁמָעָה *exaudias quaeſo!* atque innumeris aliis locis. Ex hebraeis interpretibus huc referendus eſt JARCHI, cujus haec ſunt verba: נסה עלינו הרם עלינו לנס את אור פניך לשון הרימו נס ארים נסי *Verba* נְסָה עָלֵינוּ *hic idem ſignificant, ac ſi poſitum eſſet* הָרֵם עָלֵינוּ לְנֵס *attolle ſuper nos in vexillum lucem vultus tui, eadem ſignificatione, ut Eſai.* LXII, 10. הָרִימוּ נֵס vexillum attollite, *atque Eſai.* XLIX, 22. אָרִים נִסִּי vexillum meum *attollam*. Hebraeorum tamen plerique II) noſtrum נְסָה diverſâ ſcribendi ratione pro נְשָׂא, *attolle* poſitum putant. Aben-Eſra: ונכון להיות הה״א כמו האל״ף והסמ״ך כמו חשי״ן על דרך ישא ישא יי׳ פניו אליך וכמו הנסה דבר אליך תלאה *Vera ſententia eſt, literam* He *pro* Aleph, *atque* Samech *pro* Sin *poſitam eſſe, ut conveniat hic locus cum gemino Num.* VI, 26. יִשָּׂא יְהוָה פָּנָיו אֵלֶיךָ elevet Iova vultum ſuum ad te, *atque* נָסָה *pro* נָשָׂא *ſcriptum ſit, ut Iob.* IV, 2. הֲנִסָּה דָבָר אֵלֶיךָ תִּלְאֶה an, ſi proferemus ad te verbum, *defatigaberis?* Idem ſequuntur KIMCHI et SALOMON BEN MELECH, atque e noſtris DRUSIUS, qui in *Commentatione in priores XIX, Pſalmos*, h. l. ita explicat: „*Leva ſuper nos lumen vultus tui*, vel, *attolle ſuper nos lucem faciei tuae*; mens horum verborum: appare nobis vultu placido ac ſereno. Sive, aſpice nos vultu lucido, i. e. adſit nobis favor tuus, eſto nobis propitius. — Reſpexit, meo judicio, ad formulam illam, qua ſacerdos bene precabatur populo, quae habetur Num. VI, 26.“ Eadem interpretatio placuit MUNTINGHIO in *Animadverſſ. uberioribus in Pſalmos*, P. III, p. 12.

p. 12. verſ. germ. Quod autem נְסָה, h. l. diverſa ſcribendi ratione poſitum ſit pro נְשָׂא, argumentum non leve peti poteſt ex eo, quod non ſolum in Codice Hebraeo, anno p. C. n. 1290. ſcripto, qui Rotterodami in Bibliotheca Meermanniana aſſervatur, et a Kennicotto numero 245. ſignatus eſt, pro נְסָה h. l. a prima manu נְשָׂא invenitur (cf. MICHAELIS *Biblioth. Orient.* T. XX. p. 76. 77.); verum etiam Pſalmi, qui Vitembergae A. 1566. ex officina Ioh. Cratonis in octonis prodiere, h. l. in margine נְשָׂא tanquam Keri exhibent [vid. HAENLEIN in *Obſervatt.* ſupra laudatis, p. 7. et 45., ubi editionem illam data opera accurate deſcripſit, atque lectiones notatu maxime dignas excerpſit), unde patet, lectionem illam olim in codicibus hebraeis fuiſſe longe, quam nunc eſt, frequentiorem. Eandem haud dubie in ſuis codicibus invenerunt Chaldaeus, qui נְשָׂא, atque Aquila, qui ἔπαρον ponit. In textum recipiendam illam quoque cenſuit Dathius in Nota ad h. l. — Si tamen aliquis dubitet, hanc interpretationem probare, partim ob duplicem ſcriptionis in uno vocabulo anomaliam; partim quod, illa etiam admiſſa, tamen hic locus cum Num. VI, 26. non prorſus convenit; aliam is viam ingredi poteſt, ab hodiernis interpretibus fere neglectam. Nil enim impedit, quo minus III) נסה ejusdem cum נָסַס ſignificationis ſit, quae convenit cum Arabum نصّ, quod peculiariter de eo uſurpatur, quod cum *ſplendore* quodam *coruſco eminet* atque *emicat,* ut oſtendit NICOL. GUIL. SCHROEDER in *Obſervatt. Selectt. ad Origg. Hebrr.* p. 142. ſeq., unde נֵס, *vexillum,* proprie: *ſignum eminens* et *altius elatum,* ut ſuo *ſplendore* omnium in oculos incurrat. Eam vero notionem huic loco ob proxime ſequens אוֹר perquam aptam eſſe, quisque intelliget ipſe. Ita enim nunc vertendum erit: *ſplendere facias nobis vultus tui ſplendorem,* luceat nobis ſerenus tuus vultus. Quae explicatio nec a me primum excogitata eſt, ſed jam a JARCHIO commemoratur,

ratur, qui, poſtquam ſuam interpretationem, a nobis ſupra excerptam, attuliſſet, haec addit: ל״א נסה עלינו רשפלנ״דור בלעז כמו אבני נזר מתנוססות *Sunt etiam qui verbum* נְסָה *gallico* reſplendir *interpretentur, ut Zach. IX,* 16. [al. X, 1.] אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת lapides coronae emicant, *ſplendent.*

8. *Majori me afficis laetitia,*

Qua illi fruuntur, cum frumento et muſto abundant.

Quomodo cohaereat hic Verſus cum antecedente, diſſentiunt interpretes. Aben-Eſra: הם מתאוים שלא נראה טוב ואני הייתי שמח בראותי אותם בטוב וטעם נתתה כי אתה נתתה לי לב טוב להתאות טוב לכל *Illi optant, nos nulla felicitate frui, ego autem laetatus ſum, cum illos felices viderem. Senſus vocis* נָתַתָּה *itaque eſt: cor bonum mihi dediſti, ut omnibus bonum optarem.* 'Nec multo aliter KIMCHI: הם גומלים עלי רעה תחת טובה כי אני היה לי שמחה בלבי בטובתם וזהו מעת דגנם ותירושם רבו והם שמחים לרעתי *Illi quidem malum pro bono mihi rependunt; ego enim ſemper gaudio affectus fui in corde meo, quoties ipſis bene fuit, quod verbis his ſignificatur: a quo tempore frumentum et muſtum eorum multiplicata ſunt* (q. d. voluptatem cepi e rebus eorum proſperis), *ipſi vero de malis meis laetantur.* Aliam rationem ſequitur FLAMINIUS. Vertit ita: *Dediſti laetitiam in corde meo, ex quo tempore frumentum et muſtum eorum multiplicata ſunt;* quorum verborum ſenſum in Nota ſubjecta ita explicat: „Laetabatur David, quod initia regni ſui magna fertilitas agrorum conſecuta foret; ea enim res polliceri videbatur, ipſum dignitate ſua non calamitatem populo, ut multi ſuſpicabantur, ſed proſperitatem potius allaturum." Ab eo diſcedit RUDINGER, qui hunc Verſum ita παραφράζει *Multo mihi gratior et benignior eſt benignitas gratiae tuae et ſenſus propitiae et miſericordis voluntatis tuae, magisque animum meum hoc tantum bonum afficit et exhilarat, quam ulla copia vini et frumenti, quam granaria plena, quam cellae plenae exhilarare*

poſſunt inimicos meos, qui in divitiis et rebus ſecundis ponunt omnia. Ad quae in Notis haec ſcribit: „Ad Abſalonica tempora hoc quodam modo ſextum et ſeptimum Verſum accommodari poſſe exiſtimavimus. Locupletarunt autem ſe ex illis hoſtibus Davidicis multi, ſine dubio ex direptione rerum Davidis, et quam fortunati et copioſi illi fuerint, oſtendit inter ceteros Pſalmus XXXVII, qui eſt et ipſe Abſalonici temporis, et Pſalmus XVII, per cujus Verſum penultimum haec rectiſſime explicantur.“ Magis forſan placebit DRUSII explanatio: „Si me benigne ac vultu ſereno reſpexeris, nae laetitiam mihi conciliabis, quae ſuperet laetitiam meſſis ac vindemiae ipſorum.“ In altero Verſus noſtri membro ellipſis eſt, dum מֵעֵת וגו׳ ponitur pro מִשִּׂמְחַת עֵת אֲשֶׁר בּוֹ דְּגָנָם וגו׳, ut recte obſervat LOWTH *de Sacra Poeſi Hebraeor.* Prael. X. p. 208. not. ed. Goett. p. 105. ed. Lipſ., ubi et plura hujusmodi ellipſeos exempla adducit. Aben-Eſra: ויאמר רבי יהודה בן בלעם כי מעת דגנם הפוך והאמת מעת רבו דגנם ותירושם ואין צורך להפך דברי׳ באמרי׳ ברוח הקדש *Ex Rabbi Iudae, Bileami fil., ſententia, in verbis* מֵעֵת דְּגָנָם *metatheſis eſt, pro* מֵעֵת רַבּוּ דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם. *Sed minime opus eſt, verba ſpiritu Sancto enunciata transponere.* In nominibus דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם litera *Mem* in fine I. E. FABER ad *Harmeri Obſervatt.* P. II. p. 268. non pro ſuffixo habet, ſed pro paragogico, ad multitudinem exprimendam addita. Nec alia deſunt exempla, ubi Mem litera mere paragogica eſt, vid. STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 443. coll. p. 74. — Alexandrinus membrum poſterius ſic vertit: *ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν*, ad quae verba obſervandum eſt primo, pro *καρποῦ* legendum eſſe *καιροῦ*, ut jam poſt Druſium Montefalconius animadvertit, et Vulgatus et Arabs docent; deinde, addidiſſe interpretem *ἐλαίου αὐτῶν*, ac ſi in ſuo codice וִיצְהָרָם inveniſſet, quod MICHAELIS et KOEHLERUS textui inſerendum cenſent, cum et Syrus hoc additamentum exprimat. Sed digna ſunt, quae adſcribantur,

quae

quae IOH. GOTTFR. SCHARFENBERG ad *Cappelli Critic. Sacr.* a ſe edit, P. II. p. 659. notat, ubi Cappellus noſtrum locum inter eorum numerum recenſet, in quibus veteres interpretes plura legerint, quam nunc in Codicibus Maſorethicis extat. „Omnino," ait ille, „hic monendi ſunt tirones, ne ſi forte alicubi in verſione Alexandrina invenerint verba, quibus nil reſpondeat in libris Hebraicis, hinc ſtatim colligant, auctores hujus verſionis ſecutos eſſe lectionem a noſtra diverſam. Ut enim nil dicam de mala ſedulitata interpolatorum, interpretum ipſorum hic videtur fuiſſe mos, ut verbum unum atque alterum adderent ex aliis locis ſimilibus. Exemplo ſit hic ipſe locus a Cappello laudatus, ubi non quod aliter ac nos legerint, vertunt *σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν*, ſed quod viderant, alibi verbis דָּגָן, *frumentum*, et תִּירוֹשׁ, *vinum*, addi יִצְהָר, *oleum*, cf. Deut. XXVIII, 51. Hoſ. II, 10." Atque ex ipſa Alexandrina verſione illud additamentum quidam eliminandum putarunt; veluti DRUSIUS, qui „Gloſſema," inquit, „a ſcribis *καὶ ἐλαίου*, quod perſpicuum vel ex Hieronymo, qui ſcribit nec apud LXX. interpretes extare hoc, nec in Pſalterio, Origenis manu emendato, nec in ceteris editionibus." Etiam Dathius gloſſam eſſe putat, ab eo, qui in aliis locis tria illa jungi ſolere, ſciret, adſcriptam, cui adſentitur EICHHORN in *Biblioth. Literat. Biblioth.* P. I. p. 495. In alia omnia diſcedit I. D. MICHAELIS, cujus interpretationem memoratam vide ſub finem Annotationis noſtrae ad Verſum ſequentem.

9. Quando enim te propitium habeo, nihil mihi timendum eſt:

Quiete ſimul cubo et dormio,

Nam Tu, Iova, ſolus es, qui me in tuto collocas!

בְּשָׁלוֹם *in pace*, Aben-Eſra bene בלא פחד, *ſine metu*, interpretatur. Sed non aeque facile intellectu eſt proximum יַחְדָּו, *ſimul*. Aben-Eſra: עמהם, *cum illis*, hoſtibus meis. Conſentit KIMCHI, qui ſenſum diſertius

 expla-

explanat: אני הייתי מתאוה טובתם ועדין אף על פי שהרעו לי אתאוה שנהיה בשלום יחדיו אני והם ואז אשכבה ואישן שלא יהיה לי דבר המטריד אותי מהשינה אחר שהם ישובו לי *Etfi illi in meam perniciem toto impetu feruntur, nihilominus adhuc cupio, una cum illis pace ac tranquillitate frui; tunc vero, cum nihil erit, quod fomni mei tranquillitatem perturbet, poftquam ad me redierint* [hoftes mei], *cubabe ac fecure dormiam.* Sed alii, veluti MUSCULUS, ad Davidis focios referunt: fimul cum vobis, aerumnarum mearum fociis. Alii *pariter* reddunt, hoc fenfu: *cubabo fimul et requiefcam* tranquille, non folum cubabo, fed etiam dormiam, quia non omnes, qui decumbunt, dormiunt. Ita KOEHLERUS in *Repertor.* P. III. p. 21. EICHHORN l. c. יַחְדָּו h. l. *omnino, prorfus* fignificare putat, vertitque: *prorfus tranquille.* Idem diffenfus in membro altero eft de לְבָדָד, quod vel ad *Deum* referri poteft, ut fenfus fit: ceteris me deferentibus, tu folus me defendis, quod KIMCHIO quoque placuit: ופירוש לבדד אתה ה׳ לבדך תעשה זה וכך בטחוני ולא באחר „*folus*" *i. e. tu, Domine, folus hoc efficies, et in te folo fiducia mea, non in alio;* vel ad *Davidem*, hoc modo: *tu me fecure et fine metu folum*, h. e. feorfim, domi meae, fine concurfu hominum, ne opus fit, in procinctu ftare, et congregari contra hoftes, *federe facies*, ut in fpe, five, *federe facis*, ut in gratiarum actione. Utriusque rationis Aben-Efra mentionem facit: ומלת בדד בל״מ או בחסרונו שוה וככה מלת לבטח ויש בטח והנה יי׳ בדד ינחנו ונכון הוא שהשם לבדו וככה זה או טעמו או היו יחדו עמי או הייתי לבדי והטעם לבדי תושיבני *Vocabulum* בָּדָד *cum praefixo* Lamed *idem ac fine eo fignificat, quod etiam de fequente* לָבֶטַח *valet, promifcue enim et* בֶּטַח *dicitur. Deuteron.* XXXII, 12. *extat* יְהוָה בָּדָד יַנְחֶנּוּ Iova folus eum [populum] duxit, *ubi* בָּדָד *idem eft ac* לְבַדּוֹ *ille Deus, folus, quemadmodum hoc loco. Vel fenfus eft: five illi mecum fint, five ego folus fim, ut fignificetur:* לְבַדִּי me folum *habitare facis.*

Quam

Quam posteriorem interpretationem Jarchi clarius proponit: לבדד לבטח כמו בטח בדד עין יעקב לשון מבטח ושקט הוא שאינו צריך להושיע גייסות עמו *Verba haec eodem modo sumenda sunt, ac* Deut. XXXIII, 28. בֶּטַח בָּדָד עֵין יַעֲקֹב secure seorsim fons Iacobi; *significant enim securitatem et tranquillitatem alicujus, qui non opus habet, ut copiae militares eum servent.* Potest quoque huc referri XLIX, 32. *Agite, ascendite ad gentem beatam* יוֹשֵׁב לָבֶטַח in tuto habitantem, *inquit Iova, sine ostiis, sine repagulis* בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ seorsum habitantium. Ceterum pro לְבָדָד codex unus a Kennicotto, atque alius, a de Rossio collatus, legit לְבַדְּךָ, sensu eodem. Syrus interpres commatis praecedentis vocem ultimam, רַבּוּ, ad hunc Versum traxit, vertit enim: ܣܓܝܘ ܒܫܠܡܐ ܐܟܚܕܐ *multiplicati sunt in pace pariter.* Eandem divisionem probat Michaelis in *Bibl. Orient.* P. XI. p. 196. hoc tamen discrimine, quod priora hujus Versus verba conjunxit cum ultimis antecedentis hoc sensu: *majorem mihi laetitiae materiam dedisti, quam cum pacis tempore simul frumentum, vinum et oleum feliciter proveniunt.*

PSAL-

PSALMVS QVINTVS.

ARGVMENTVM.

Precatur Deum, ut ab hostibus, hominibus pessimis, auxilium sibi praestet, spemque concipit, fore, ut Iova precibus suis annuat, quod ipse sanctissimus, impiis eorumque conatibus non possit favere.

Veteres Hebraeorum magistri, a KIMCHIO laudati, docent, hunc Psalmum a Davide editum fuisse adversus Doëgum et Ahitophelem, hostes suos [1]). Sed quum Doëgus et Ahitophel diverso tempore ac diversa ratione Davidem vexarint, ad eos unus idemque Psalmus pertinere non potest.

FLAMINIUS ad Saulica tempora hoc carmen refert; illum haud dubie temporis articulum intelli-

1) Verba Kimchii sunt haec: וזה המזמור גם כן כנגד דוד שהיו לו שונאים בישראל ורז"ל אמרו כי על דואג ואחיתופל שונאיו אמרו *Hic etiam Psalmus a Davide compositus est, cum multi essent inter Israelitas, qui eum odio prosequerentur; hinc tradunt magistri nostri, piae memoriae, Davidem hunc Psalmum edidisse adversus Doegum et Ahitophelem hostes suos.*

telligens, quo Davides, Mizpae exulans, perpeſſus multa ab hoſtibus eſt, inprimis a Doëgo, ad cujus facinus alludere videri poſſit Verſus ſeptimus, coll. Pſ. LII, qui in eundem illum eſt factus. VENEMA contra „tempus compoſiti Pſalmi nullum aptius reperire poteſt, ac quo in aula Sauli verſatus fuerit Davides, quippe quo tempore ab hoſtibus in omni vita et actionibus fuerit obſervatus, atque peccatorum et hypocritarum ingens fuerit numerus.“

Sed interpretes longe plerique Abſalonicae ſeditionis tempore Pſalmum hunc, ut et eos, qui proxime praeceſſerunt, compoſitum putant. Ex eorum numero etiam eſt ESROMUS RUDINGERUS, qui „veriſimillimum,“ inquit, „videtur, factum hunc eſſe Abſalonico tempore, quum Verſus VII (al. 8.) promittat gratias in aede Domini, et interpretantur aliqui de Achitophele quaedam, contra quem factum exiſtimo Pſalmum XII, et alios. In primis tamen ex Verſu decimo (al. 11.) ſuſpicor Abſalonicum eſſe. Quod enim Verſus ille petit, id ſcribitur oraſſe David contra Achitophelem 2 Reg. 15. (al. 2 Sam. XV, 31.): *Infatua quaeſo, Domine, conſilium Achitophelis.* Invocans autem opem miſericordiae divinae, et hac fretus, bene ſibi pollicetur, praecipue tamen, mores, ingenia, et vitam deſcribens generis hujus impii hoſtium ſuorum, ex eo, quod Deus non ferat impios et facinoroſos

roſos homines tales, et diligat pios, liberationem certam ſibi perſuadet. Facit idem in Pſalmo XXXVI, etiam in XII. et XIV. Pſalmo, qui omnes videntur eſſe Abſalonici."

Singularis eſt CLAUDII FERRANDI ſententia, hunc Pſalmum ad Iudaeos Babylonico jugo addictos referentis; ſperare vatem, conſiderato Dei erga impios odio, fore, ut improbi Babylonii poenas dent, atque ita Hieroſolymas redeat, et in templo adoret [2]). Movent illum Verſus 11. et 13. cum Pſ. XIII, 4. 5. 7. CXIX, 2. et Zach. II, 10. 11. comparati.

HENRICO EBERH. GOTTL. PAULO contra gentes exteras foedifragas, univerſo populo Iſraelitico hoſtiles, directum videtur hoc carmen, atque, dum ſacrificium matutinum offerretur, in ſanctuario publice decantatum [3]).

2. 3. Or-

2) A qua ſententia haud longe abeſt DE WETTE, qui in *Commentar.* p. 128. preces pro univerſo populo adverſus impios ejus hoſtes, qui ſimul Iovae ſint adverſarii, hoc Pſalmo contineri exiſtimat. Davidis non eſſe carmen, illud arguere cenſet, quod Vs. 8. *Templi* facta ſit mentio; nam ſacrum tabernaculum non potuiſſe בַּיִת et הֵיכָל, *domum* et *palatium* appellari. Veruntamen בַּיִת de *tabernaculo* uſurpatum reperimus Exod. XXIII, 19. XXXIV, 26. Deut. XXIII, 19. 1 Sam. I, 24. III, 15., et הֵיכָל de tabernaculi ſacri adyto, in quo arca ſacra poſita erat, 1 Sam. III, 3.

3) Singulari commentatione hunc Pſalmum docte interpretatus eſt I. Z. H. HAHN in *Recitatione Philologica ſuper Pſalmo V. in Collegio Philobiblico, quod Lipſiae floret, habita*; Lipſiae, 1794. 8.

2. 3. Orditur epiphonemate, velit Deus precibus ſuis benigne aurem praebere:

Attende ad ſermones meos, Iova!
Percipe meum gemitum.
Aures praebe voci meae querenti,
Mi Rex, mi Deus! Ad te precor.

אֲמָרַי הַאֲזִינָה *Auſculta verba mea, verbis meis aurem praebe,* הַאֲזִינָה enim, ut Aben-Eſra obſervat, מגזרת אזנים הטה אזנך *ab* אָזְנַיִם, aures, *derivatum* [ut Latinorum *auſcultare*], *aurem tuam inclina*, admove, *ſignificat.* Pro אֲמָרַי KOEHLERUS Chaldaeum et Arabem numero ſingulari אִמְרִי eunciaſſe putat; ille enim מֵימְרִי, hic قولي, ponit.

In altero membro: בִּינָה הֲגִיגִי, nomen הָגִיג interpretum diſſenſum creat. Hebraei unanimi conſenſu de *meditatione* accipiunt, tanquam ejusdem cum Verbo הָגָה notionis: JARCHI: אמרי האזינה יי׳ כשיש בי כח לשאול צרכי לפניך וכשאין בי כח להתפלל לפניך והדאגה עצורה בלבי בינה היגי חבן הגיון לבי *Dicta mea auſculta, Domine, quando tantum mihi adhuc virium ineſt, ut verbis a te petere poſſim, quod deſiderem, ſed quando in me nullae ſunt vires precandi coram te, ac timor occupat cor meum, tunc animum adverte ad meditationem meam, percipe cogitationem cordis mei.* Quod ipſum ſequitur SIM. DE MUYS: „Si forte dolore vox fuerit interclusa, intellige tunc tacitos gemitus ac meditationes.“ KIMCHI: מה שאוציא בפי האזינה ומה שאהגה בלבי בינה לפיכך אמר עם הגיגי בינה ועם אמרי האזינה ואמר הגיגי מן הגה בהכפול עין הפועל כמו לחזיז קולות מן חזה *Quod ore proferam, auſculta, et quod in corde meo meditabor, intellige, hinc eſt, quod verbum* בִּינָה *conjungit cum voce* הֲגִיגִי meditationem meam. *et verbum* הַאֲזִינָה *cum dictione* אֲמָרַי, verba mea. *Vox autem illa* הָגִיג *eſt a themate* הָגָה *cum geminatione ſecundae radicalis, ut in nomine* חָזִיז fulgetrum, *quod occurrit Iob. XXVIII,* 26. לַחֲזִיז קולות fulgetra tonitruum, *a radice*

dice הָגָה. Eandem illam ſignificationem expreſſit Syrus: ܘܐܣܬܟܠ ܒܗܓܝܓܝ *intellige meditationem meam.* Chaldaeus ambiguum vocabulum רְנִנִי poſuit, quod et *meditationem,* et *triſte murmur* ſignificat. Poſterius placuit Hieronymo, atque I. D. MICHAELI in *Supplem.* P. II. p. 493. qui vocem Hebraeam refert ad Arabicum هجّ *depreſſus fuit,* unde veram et primigeniam ſignificationem in *ſono depreſſiori,* h. e. triſti ſitam eſſe putat. Cui ſententiae potiſſimum obſtat, quod verbum Arabicum de *ſono* nusquam uſurpatur. KOEHLERO ὀνοματοποιητικὸν eſſe videtur, quod conveniat cum Arabico هجهج *increpuit camelum vocando Hidsj, hidsj,* et comprobat Alexandrini verſionem, κραυγή, quam Vulgatus, *clamorem* ponens, ſequitur. PAULUS in Clavi ad h. l. collato Syriaco ܗܓܐ, *imaginatus eſt, phantaſma vidit,* Hebraeum noſtrum vocabulum vernaculo *Dichtung* reddit, ſub quo *carmen* an meditationem intelligat dubitari poteſt. Sed EBERH. SCHEIDIUS in *Obſervatt. Grammatt. ad Pſ. I,* 2. p. 66. 67. pluribus oſtendit, verba هجى et هجّ הָגָה et הָגַג, ut ſono ita et ſignificatione cognata eſſe, ut plura verba geminatae et quieſcentis ultimae radicalis in utraque dialecto. Itaque quemadmodum ſupra Pſ. I, 2. הָגָה de *animi meditantis fervore* ſ. *aeſtu* uſurpatum vidimus, ſic hoc loco הָגַג de *aeſtu animi fervidiſſimo,* qui in voces, querelas, gemitus erumpit, ponitur. Significationum in hoc verbo ſeriem et nexum indicatum vide in Not. ad Pſ. I, 2. Recte ESROMUS RUDINGER in *Ratione Paraphraſeos* hujus Pſalmi ad verba, *cognoſce, quid dicam,* quae pro Hebraicis בִּינָה הֲגִיגִי poſuit, obſervat: „Alii, *quid mediter*; quia tamen Hebraeum utrumque ſignificat, et *meditari* et *proloqui,* ideo — de *ſermone* ſum interpretatus, qui ſermo eſt λόγος προφορικός, id eſt, *qui profertur,* et non de eo,

qui

qui eft ἐνδιάθετος, quum illud fimplicius videatur. Petit enim fe audiri propheta, ficut initio Pfalmi LXI. LXIV. et alibi."

3. הַקְשִׁיבָה לְקוֹל שַׁוְעִי, *Attende voci clamoris mei.* KIMCHI: תן אזנך להיות קשבת כי הוא פועל יוצא וכן כתיב להקשיב לחכמה אזנך תקשיב אזנך והמלה נקשרת עם למד ועם אל ועם בית *Praebe mihi aurem tuam, ut fit attenta, Hoc enim verbum eft tranfitivum, ut Prov. II,* 2. לְהַקְשִׁיב לַחָכְמָה אָזְנֶךָ ut adhibeas fapientiae aures tuas, et Pf. X, 17. תַּקְשִׁיב אָזְנֶךָ advertas aurem tuam. *Verbum* הִקְשִׁב *vero conftruitur cum* ל, *cum* אל *atque cum* ב. Idem Kimchius eorum, quae fequuntur, vim et fententiam bene declarat: מלכי שאתה מלך עלי ואני צועק אליך כמו שצועקים אל המלך i. e. מַלְכִּי *quoniam tu Rex es fuper me, clamo ad te, ut ii, qui ad regem clamant;* tuam opem, ut fubditus, imploro; in te confido, tanquam in rege meo. Quod fequitur, אֱלֹהָי *judicis* fignificationem h. l. obtinere cenfet: שאתה שופטי ותושיעני מהמרעים לי, *tu, qui Judex meus es, et cujus eft, me vindicare ab iis, qui mihi injuriam inferant.* כִּי אֵלֶיךָ אֶתְפַּלָּל *nam ad te oro,* ולא להושיע אחר כי אין בלתך, *et non ad alium fervatorem, quum praeter te nullus alius exiftat,* ut idem KIMCHI obfervat. Sed vere monet de Wette, nimis fubtilia haec effe; vocatur enim Jova faepe *rex,* ut infra XLIV, 5. XLVIII, 3. LXXIV, 2. Jefaj. VI, 5. Omnino apud cunctos antiqui aevi populos dii vocati funt *reges,* unde מֹלֶךְ, Ammonitarum deus. Jupiter nuncupatur βασιλεύς, Ariftoph. Nub. Vs. 1. Aefchyl. Perfae, 531., et ἄναξ, Il. Γ. 351. Π. 233.

4. *Iova, mane vocem meam audis;*
Mane ad te precor et exfpecto.

בֹּקֶר Aben-Efra interpretatur: כל בקר כמו חדשים לבקרים *quolibet mane. ut Thren.* III, 23. חֲדָשִׁים לַבְּקָרִים recentes funt (gratiae Dei) fingulis matutinis. Quod autem *Mane* ad Deum precari dicit, in eo refpicere plures volunt folitas preces matutinas, vid. Pf. LXXXVIII, 14. Ita ESR. RUDINGER: „Etfi particula *mane,* figura hebraea, *tem-*

tempeſtive et *tempori*, ſignificare ſolet ſaepe alibi, *Mane juva nos; ſuccurre nobis mane;* et in ſimilibus; quomodo eſſet: *tempeſtive exaudi vocem meam, tempeſtive enim me ſiſto tibi;* hoc tamen loco ſimpliciter de *matutino tempore* dici videtur, ut qui in periculis, et liberationis deſiderio magno primo quoque tempore ad preces decurro, et haberi ex his poteſt *matutina precatio*, id eſt, quae mane facta ſit.“ Sed videtur potius ſtudium et fervor hominis pii in precibus faciendis indicari. Verba אֶעֱרָךְ לְךָ וַאֲצַפֶּה I. D. MICHAELIS olim אֶעָרֵךְ לְךָ וַאֲצַפֶּה enunciaverat, quod ad verbum ſonat: *disponar tibi et mundus ero* (collato Arabico صفي, *clarus, purus fuit,* prius vero, אערך, jam a Syro paſſive elatum putat, quod is in Ethpaal ܐܬܛܝܒ *praeparabor,* poſuit), ſive, ut in priori verſionis vernaculae editione expreſſerat: *des Morgens will ich vor dich treten und rein ſeyn,* hoc ſenſu: mane tibi me ſiſtam in ſanctuario, ſed pium ſceleriſque purum, puro corde, puris manibus ſacris adero. Sed in *Biblioth. Orient.* P. XI. p. 197. mutavit ſententiam, et alterum quoque illorum verborum paſſive, אֶצָּפֶה pronunciat, utrumque vero aliis ſignificationibus accipit, vertit enim: *aeſtimabor a te et explorabor,* hoc ſenſu: cum tibi ſacrificium matutinum offeram, ſemper cogitabo, te mentem meam animumque meum veriſſime aeſtimare, penitusque explorare atque cognoſcere. *Explorandi* autem notionem verbo צָפָה eo vindicare ſtudet, quod Arabum صفي in Congujatione octava *eligere* ſignificat, quae notio cum *explorandi* ſignificatione proxime cognata ſit. Quae omnia e longinquo ſunt petita, atque jam ideo parum veroſimilia. Recte etiam STANGE in *Anti-Critica*, P. I. p. 56.: „Ut haec punctorum permutatio temeraria, et ſine ratione inſtituta eſt, ita eadem neque ex locis biblicis probari poteſt. Etenim העריך in Hiphil inprimis notat *τιμᾶσθαι*, ex Conjugationis Niphal forma, nullum exemplum, quod ſciam, mihi ex univerſis Bibliis

notum

notum eſt. Quod deinde צפה ex arabica notione *eligendi* explicat, item ſit ſine cauſa, quum neque Niphal in Sacra Scriptura occurat, dubiumque ſit, an haec forma *explorandi* ſenſum habeat. Ne puncta quidem accurate Vir Doctiſſimus ſubjicit; ob ſequentem lineolam Maccaph et voculam לך pronunciandum erat אֶעֱרָךְ non אֶעֱרֹךְ." Sunt autem verba Hebraea, ut idem Stange monet, ex Maſoretharum pronunciatione atque retentis uſitatis illorum ſignificationibus, ſatis dilucida et perſpicua, ſi modo obſervetur, in priori verbo ex Iob. XXXII, 14. מִלִּין, aut aliud ejusdem poteſtatis verbum eſſe ſupplendum, et in poſteriori ex Mich. VII, 7. בַּיהוָֹה, ubi plena occurrit Φράσις. Senſus eſt: ad *Te* preces meas tollam et a Domino auxilium exſpectabo. Eundem ſenſum ratione paullo diverſa in his verbis invenit Aben-Eſra: ופעול אערך לך חסר כאילו אמר אערוך לך תפלתי כאשר פירשתי כי כח שמות בפעלים וברך ולא אשיבנה וברוב יועצים תקום בעתידים כאילו כתוב למעלה כי אליך אתפלל תפלתי *In dictione* אֶעֱרָךְ-לְךָ *ſubaudiendum eſt ſubjectum, quaſi ſcriptum eſſet* אֶעֱרָךְ-לְךָ תְּפִלָּתִי disponam tibi preces meas, *vi nominis in verbo latente, ut monui ad* Num. XXIII, 20. וּבֵרֵךְ וְלֹא-אֲשִׁיבֶנָּה et benedixit (ſubaud. בְּרָכָה benedictionem) quam non poſſum avertere, *et ſic infra Prov.* XV, 22. וּבְרֹב יוֹעֲצִים (עֵצָה) תָּקוּם et multitudine conſulentium (conſilium) ſtabit, *ſeu perſiſtet. Ita etiam in verbo* אֶתְפַּלָּל *Vs. anteced. latet nomen* תְּפִלָּתִי. Cf. GLASSII *Philolog. S.* p. 267. ed. Dath. Pergit Aben-Eſra: ומלה לך עם אערוך לך מושבת עצמה ואחרת עמה כמו יכפה אף והנה הוא ואצפה לך *Vocula* לְךָ *in dictione* אֶעֱרָךְ-לְךָ *pertinet etiam ad ſequens verbum, eadem Zeugmatis figura, quae et Prov.* XXI, 14., *ac ſi ſcriptum eſſet:* אֲצַפֶּה לְךָ exſpectabo te. Verbi צָפָה ſignificationem bene exponit SALOMO BEN MELECH in Scholiis Hebraicis, quae מִכְלַל יוֹפִי *Perfectio decoris*, inſcripſit: ענין הבטח ובזה הבנין הוא קרוב לענין תוחלת כי המיחל לאחר מביט לו Confidendi *ſignificatione h. l. ſumendum eſt, quae cum* exſpectandi, ſperandi, *notione*

tione cognata eſt, nam qui alium exſpectat, *eum circumſpectat.* Verbi valorem ſimul cum ſenſu RUDINGERUS in Paraphraſi recte expreſſit: *Speculando circumſpicere atque exſpectare incipio auxilium benignum tuum, et quid reſpondeas mihi.*

5 — 8. Cauſam addit, cur confidat, fore, ut Iova ſuis precibus annuat: „quum deteſteris maleficia et impietatem, certiſſimam ſpem habeo, te diutius non paſſurum, ut boni exterminentur, et ſcelerati in tua ſancta civitate floreant:"

Neque enim tu Deus es, qui delectetur improbitate,
Nec fruitur impius tuo praeſidio.
Tuum aſpectum ferre non poſſunt inſane in peccata ruentes.
Odiſti omnes maleficos.
Perdis mendaces,
Sanguinarios et fraudulentos Iova averſatur.
Aſt ego munitus tua bonitate, aedem tuam ingrediar.
Te in ſanctuario tuo precibus venerabor adorans.

Senſum horum verſuum et nexum cum iis, qui proxime anteceſſerunt, bene exponit KIMCHI: למה אצפה לך כי ידעתי כי לא תחפוץ ברשעים אם כן לא תחפוץ באויבי כי הם אנשי רשע ואני מצפה שתושיעני מהם כי תחפוץ בי ולא בהם *Quare vero te circumſpecto? quia certo cognovi, improbos tibi non placere; itaque hoſtes mei tibi non placebunt, ſunt enim homines iniqui: ego autem adſpiciam ad te, ſperans fore, ut me ſerves ab iis, quoniam tu me diligis, illos vero non item.*

5. Λιτότης eſt in membro hujus commatis priori: *Tu certe non es Deus, qui delectetur improbitate,* cui geminum eſt illud HOMERI *Odyſſ.* Ξ, 83.

Οὐ γὰρ σχέτλια ἔργα Θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν·
Facta ſceleſta Dii non dilexere beati,

i. e. odio ea habent, et maxime deteſtantur, ut mox Vs. 6. et infra Pſ. XI, 5. XLV, 7. Sed nova ratione haec verba interpretatur STANGE in *Anticrit.* P. I. p. 59. 60. Primum

mum hemiſtichium vocabulo רָשָׁע abſolvere jubet, et verba לֹא אֵל nomen per ὑφ' ἓν conjunctum eſſe cenſet, ψευδοθεὸν ſignificans, qui vero Deo opponatur, ut adeo ſententia ſit: falſus gentilium Deus (לֹא אֵל), delectatur improbitate, אַתָּה tu contra, qui es Deus verus, averſaris malum. Quae interpretatio ſi ab alio viro docto propopoſita fuiſſet, certe ſeveram Anti-Critici noſtri vituperationem ſubiiſſet. Quodſi enim voculam אַתָּה ad alterum hemiſtichium trahas, non facile apparet, qua ratione haec verba: אַתָּה לֹא יְגֻרְךָ רָע ſint interpretanda, niſi אַתָּה abſolute poſitum dicas, ut vertendum ſit: *te quod adtinet, tecum non commorabitur impius*; qua de ratione tamen Vir Doctiſſimus lectores non monuit. Sed duriuſcule id hoc loco videtur, neque veterum alicui in mentem venit. Adde, quod ex recepta interpretatione multo concinnior eſt hemiſtichiorum parallelismus. Verba לֹא יְגֻרְךָ רָע KIMCHI ita explicat: לא יגור עמך וכן גדלני כאב גדל עמי ורבים כן *Dictio* יְגֻרְךָ *eſt pro* יָגוּר עִמְּךָ morabitur tecum, *ut Iob. XXXI,* 18. גְּדֵלַנִי כְאָב *pro* גָּדַל עִמִּי adolevit apud me, mea ſub nutricatione, ſicut apud patrem, *ut alias ſaepe.* Cf. SCHULTENSII *Inſtitt. ad Fundamm. Lig. Hebrr.* p. 402. et GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 808. coll. p. 730. Not. VENEMA haec verba ſic vertit: *nec tecum habitabit inſtar clientis malus*, cujus interpretationis hanc reddit rationem: „Radix גּוּר proprie *divertit, deflexit,* a via, inde *peregrinatus* eſt, vel *diverſatus* in alieno hoſpitio, etiam *commorationem* denotat fixam, in ſpecie talem, qua quis *clientela* potentioris fruitur, unde גָּרֵי בַיִת ſunt *clientes*, et מָגוּר *territorium* eſt, in quod peregrini, pauperes, clientelaeve indigi, recipiuntur. Cf. SCHULTENS in *Commentar. ad Iob.* XVIII, 19. et XIX, 15. Ita egregie hoc verbum ſumitur Pſ. LXI, 5. et alibi." DOEDERLEIN in *Scholiis* ad h. l. vertit: *negatur hoſpitium tuum malis.* „Iure hoſpitali," addit, „exceptus tutelae hoſpitis commendatur, atque eum ſanctiſſimum contra omnes injurias defenſorem experitur. Sed

Sed Deus bonus nonniſi bonos atque pios tutatur." רַע, inquit KIMCHI, איש רע או יהיה רע שם דבר כמו רשע שוכר eſt homo malus, niſi h. l. ſit ſubſtantive improbitas, ut רֶשַׁע antea poſitum. KNAPPIUS רֵעַ amicus, pronunciandum conjecit, ita ut vernacule vertendum ſit: er wird von dir nicht als Freund geſchützt, quae ſententia qua ratione e vocibus Hebraeis elici poſſit, ego vix aſſequor; vertendum potius erit ex Knappii mutatione, non tuebitur te, Deum, amicus, quod quam parum concinne ſit, quisque intelliget ipſe. Cf. etiam, quae monuit STANGE in Anticrit. P. I. p. 58.

6. Non tolerant oculi tui, qui juſtitiam et leges violant, atque aliis nocere non intermittunt. Vox הוֹלְלִים non uno modo accipitur. Quum prima verbi הָלַל vis in ſplendendo poſita ſit; IO. WILH. SCHROEDER in Commentar. in Pſ. X. p. 56. poſtquam hanc radicem ex Arabica dialecto illuſtraſſet, atque Hebraeis de iis, qui ſplendida fortuna uterentur, uſurpari, oſtendiſſet, verba noſtra ita vertit: non conſiſtent in ſplendidam fortunam, inique paratam, evecti coram facie tua. Quod tamen non ſatis accurate פֹּעֲלֵי אָוֶן in altero hemiſtichio reſpondet. Optime RUDINGERUS ſenſum expreſſiſſe his verbis videtur: ad inſanum modum in peccata ruentes, ad quae in Nota haec obſervat: „Significat etiam inſipientes, ſtultos et inſanos vocabulum, quod ad ruentes in peccata transferunt Hebraei, et Platoni eſt peccatum et vitioſitas ſtultitia, et virtus ſapientia. [Conſentit MICHAËLIS in Supplemm. p. 536. Omne ſcelus, inquiens, ſtultitiam dicunt Hebraei, נְבָלָה, recte quidem illi, quod ſine ſtultitia magnoque errore committi nequit: ſic et הוֹלֵל inſanus, pro perditiſſimae mentis homine, vecorde ſceleribus, ponitur. Pſ. V, 6. LXXIII, 3. LXXV, 5. ubi iidem, qui in altero membro רְשָׁעִים]. Aliqui malitioſe ſtultos interpretantur, qui ſunt μωρόκακοι Graecis, quod haud ſcio, an ſit lenius, quam ut huic loco conveniat. Alii gloriatores, et elatos et inflatos atque et inſolentes, interpretantur, quos et ipſos ſigni-

fignificat vocabulum [Eft enim הִתְהוֹלֵל *gloriari*, et תְּהִלָּה *gloriatio*, ad quam notionem noftrum vocabulum Chaldaeus retulit, dum מְהַלְעֲבִין, *irrifores, fubfannatores* pofuit, quod fecutus Aben-Efra מַלְעִיגִים interpretatur, et Mendelsfohn in Verfione vernacula *Uebermüthige*]. Aliqui *injuftos*. Tales fuerunt Abfalonico tempore Achitophel, Mephibofeth, Simei, et gregales horum, contra quos magis haec precatur, quam contra filium." Quia verbum הִתְיַצֵּב faepe de iis ufurpatur, qui *miniftrandi cauffa coram rege fe fiftunt*, atque fupra Vs. 2. poeta Iovam regem fuum appellaverat; Aben-Efra haec annotat: לא יתיצבו הוללים מליעיגים לנגד עיניך כמשפט מלכי ארץ טעם יתיצבו כדרך העבדים נצבים על מלכם *Infolentes tibi miniftrare non fines, ut reges terrae, nam verbum* הִתְיַצֵּב *h. l. notionem apparitionis habet, quemadmodum fervi regibus fuis miniftrant.* Sed fimplicior KIMCHI eft obfervatio: ופי׳ לנגד עיניך כאדם השונא לאחר שלא ירצה להביט בפניו *Senfus horum verborum:* non confiftent coram oculis tuis, *fumendus eft ex ea ratione agendi, qua aliquis aegre fuftinet alium, in cujus faciem ne oculos quidem vult prae odio conjicere.* Sic itaque impii ifti non poterunt vultum feveri illius regis ferre, fed partim confcientia fua, partim lata judicis fententia, dispellentur, et peffum ibunt.

7. Tu perdis et exftirpas eos, quibus ftudium eft, dolos et fraudes ufurpare. Tacite vero argumentando concludit: hoftes mei funt homines ejusmodi, quales tu non foles nec potes ferre, ergo liberabis me ab his, et euertes eos. אִישׁ־דָּמִים וּמִרְמָה *virum fanguinum et fraudis*, Aben-Efra interpretatur: הרכיל כמו חץ שוט לשונם מרמה *obtrectatorem*, qui acutae linguae fuae fagitta fraudulenter loquuntur, *ut hujusmodi homines defcribit Ieremias IX.* 7. Hemiftichium Verfus noftri prius Alexandrinus vertit: Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, quafi poft תְּאַבֵּד in fuo codice כָּל infertum legiffet, idque fequuntur Vulgatus et Arabs, probatque KOEHLERUS, in

 Re-

Repertor. P. IIſ. p. 24., qui tamen in eo erravit, quod Chaldaeum etiam in illorum cenſum retulit, nam hic cum noſtro textu convenienter: תְּאַבֵּד מְמַלְּלֵי כַּדְבוּתָא ponit.

8. Tum vero ego, immenſa bonitate et miſericordia tua conſervatus, ut gratias tibi agam, in aedem tuam veniam, et in timore pio tui adorabo te religioſe in ſede ſancta tua. Ita RUDINGER hunc Verſum interpretatur atque in Nota haec addit: „Interpretamur hoc de gratiarum ſtudio, quas ſit praeſtiturus, ſi everſis hoſtibus (de quo ex cauſis indicatis non dubitat) ipſe conſervetur. Quo alludit et clauſula Pſalmi. [Eodem fere modo Aben-Eſra: שב לאשר החל בקר תשמע קולי שהוא בא אל בית השם ואין עמו מנחה להשתחות בהיכלו כמביא מראשית פרי האדמה ששם כתוב והשתחוית לפני יי׳ אלהיך והזה הטעם אין לי מנחה רק להודו׳ ברוב חסדך עלי *Redit ad id, quod ſupra Vs. 4. inceperat, Iehovam precibus ſuis annuere, hocque ſubjicit, quod ſine oblatione coram Iehova in ſanctuario eum adoraturus et gratias acturus compareret, cum in primitiarum oblatione gratias acturi Iehovam cum muneribus ſuppliciter adorarent ex lege Deut. XXVI, 10. Itaque ſenſus eſt: nullum mihi munus eſt, quod tibi offerre poſſim, tantummodo celebrare poſſum, quam mihi exhibuſti, gratiam.*] Alii ut de adverſante praecedenti ſententia interpretantur ἀντιθετικῶς, quaſi dicat: Ego vero non ſum talis, quales eſſe deſcripſi hoſtes meos, ſed in pietate vera ſiſtam me tibi in templo tuo et te invocabo; te fretus et miſericordia multa tua veniam in aedem tuam.“ Ita KIMCHI: הם נמאשים בעיניך אבל אני אתיצב לעיניך ולפניך *Iſti tibi abominabiles ſunt, verum ego ſiſtam me tibi in aede tua.* Recte vero idem ſubjicit: ופי׳ ביתך והיכל קדשך הוא הבית שהיה בו הארון *Per haec verba:* aedem tuam, et ſanctitatis tuae palatium *intelligit eum locum, in quo tum erat arca.* Cf. not. 2. ad Argument. hujus Pſalmi. Fuit autem tum in Sionio, quo remiſit eam David, cum initio fugae ſuae eam ſecum exportaret.

9. Quoniam hoſtes imminebant ſemper capiti ipſius, orat

orat Deum, ut pro fingulari bonitate, qua uti folet erga homines pios, fibi dux et comes fit in tantis periculis, neque permittat, animum fuum ulla vi vel metu inimicorum de recto vitae curriculo declinare:

Iova, deduc me in juftitia tua propter hoftes meos,
Complana ante me viam tuam!

Aben-Efra: כי אפחד שתמעד רגלי ותענישני אז ישמחו שוררי *Nam vereor, ne pes meus vacillet, tuque me punias, de quo hoftes mei laetarentur.* Quam eandem fententiam latius KIMCHI exponit: זאת היא תפלתי אליך שתנחני בצדקתך כלומר שתסייעני ללכת דרך צדקה ומשפט ותנחני בה שלא אכשל למען שוררי שלא ישמחו לי בהשכילי הישר לפני דרכך *Haec eft oratio mea ad te, ut me deducas in juftitia tua; ac fi diceret, ut me adjuves, qui per juftitiae et judicii tramitem incedam, et me ita per illum dirigas, ut non impingam, propter hoftes meos, ne ii de me gaudeant, fi femel impegero, ac propterea dirige in confpectu meo viam tuam.* Idem fequutus VATABLUS: „Da, ut vivam cum fumma innocentia, ne peream infidiis, quas mihi ftruunt hoftes mei.“ Sed ESROMUS RUDINGER fub צִדְקָתֶךָ intelligit juftitiam eam, qua defendit Deus innocentes adverfus vim violentorum injuftam, fenfumque in Paraphrafi ita exprimit: *Oro te pro clementia et juftitia tua, et propter hanc, dirige me, ductu tuo, inter hoftes tales meos, inter quorum infidias verfor medias; viam tuam mihi aperi, et monftra, qua incedens tutus inter has et recte ambulem, plena enim periculorum funt omnia.* Aliam interpretandi rationem propofuit VENEMA: „Fortaffe alicui non improbabile acciderit, vocem *juftitiae* ad *viam* effe referendam, et nihil aliud, quam *rectam* et rigidam *femitam* fignificari, quando nativa praepofitionis ב in בְּצִדְקָתֶךָ poteftas *in* fervari poteft, fenfu fatis commodo, *duc me in rectitudinem tuam*, rectam tuam vim, ante me complanatam; cf. Pf. XXVII, 10. — — Primigenia vocis צֶדֶק poteftas eft in *recto, rigido*, ut pluribus evincit A. SCHULTENS in libro de *Defectibus* L. H. §. 251.“ Vocis שׁוֹרֵר fignificationem,

tionem, *inimicus*, quidam derivant ab Arabico شَرَّ *malus, improbus fuit*, cui ſententiae tamen WEPLER in *den philologiſchen und kritiſchen Fragmenten*, Faſc. IV, p. 18. obſtare putat, quod Arabum ش cum Hebraeorum ש minime conveniat. Ipſe Arabum ثَرَّ *ſeparavit, disgregavit*, conferendum cenſet, eamque ſignificationem vertendo ita exprimendam: *propter eos, qui me extorrem patria expulerunt;* eandem notionem voci שׁוֹרֵר etiam Pſ. XXVII, 11. LIV, 7. LVI, 3. LIX, 11. aptam eſſe. Alii *inimicum* vocabulo illo Hebraico appellatum putant ab *obſervando*, quia talis obſervat, quid faciamus dicamusve. Ita KIMCHI, Iarchium et Aben-Eſram ſecutus: שוררי כמו אויבי והוא מגזרת אשורנו ולא קרוב לפי שהוא מביט לרעה כמו ויהי שאול עוין את דוד *Vox* שׁוֹרְרָי *idem eſt ac* אוֹיְבָי, inimici mei, *ſuamque ſignificationem deſumit a verbo* שׁוּר, *quod* videndi *notione occurrit Num.* XXIV, 17. אֲשׁוּרֶנּוּ וְלֹא קָרוֹב intueor eum, ſed non prope; *ab* intuendo *autem* hoſtis *appellatus, eo quod intentus adſpicit, qua ratione alteri malum inferat, ut* 1 *Sam. XVIII,* 9. *de Saule dicitur:* limis oculis Davidem adſpiciebat. Propriam vocis ſignificationem etiam Aquila expreſſit, dum poſuit: *διὰ τοὺς ἐφοδεύοντάς μοι*: verbum *ἐφοδεύειν* vero proprie ſignificat *circumire, obire*, tum *explorare*, denique *inſidiari*. Vid. I. F. FISCHERI *Specim. Clav. Verſ. Graec.* p. 56. Singularis in hujus dictionis interpretatione eſt Chaldaeus, vertit enim: מִן בְּגַלַל תּוּשְׁבְּחִי *propter laudem meam;* derivavit haud dubie noſtrum שׁוֹרֵר a שׁוּר, *canere*, et שִׁיר, *carmen, hymnus.* Alias tamen recte מְעִיקַי, *tribulatores mei*, vertit. הַיְשַׁר ſecundum *Ketibh*, ſive literas conſonantes, enunciandum eſt הוֹשַׁר, ſed ſecundum vocales הַיְשַׁר, juxta formam analogam communem, quomodo Maſorethae legendum notarunt. Simile exemplum extat Geneſ. VIII, 17., ubi הוצא pro היצא ſcriptum eſſe Maſorethae monuerunt. Cf. de hac ſcriptionis diverſitate SCHROEDERI

Inſtitt.

Inſtitt. ad fundamm. Ling. Hebr. Sect. VI. Reg. LXXVII. d. Verborum הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ ſenſus hic eſt: *complana,* facilem et expeditam redde *coram me,* mihi, *viam tuam,* i. e. a te nobis praeſcriptum, fac me recta ad tua praecepta ambulare, ne deflectam. Idem ergo h. l. dicitur, quod infra LXXXVI, 11. *Doce me, Iova, viam tuam, ut ambulem in tua veritate.* Cf. et Pſ. XXVII, 11. In codicibus haud paucis in textu הַיְשַׁר ſcriptum reperitur. Hemiſtichium poſterius Alexandrini interpretes ex codicis Alexandrini lectione ita verterunt: *κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου*, quaſi in archetypo ſuo Hebraeo invenissent לְפָנֶיךָ דַּרְכִּי, pro eo quod nos legimus: לְפָנַי דַּרְכֶּךָ. Illud ſequitur etiam Vulgatus in multis antigraphis: *dirige in conſpectu tuo viam meam,* et Arabs سَهِّلْ طَرِيقِي أَمَامَكَ *complana viam meam coram te.* Idem probat GROTIUS, hocque modo explicat: „fac, ut eam vitam vivam, quae tibi placet, ne quid habeant inimici mei, quod carpant.“ Suffragatur ex parte Codex Hebraicus Colonienſis, ſub finem ſeculi decimi tertii poſt C. N. ſcriptus (Kennicottianae collationis 158.), qui לְפָנֶיךָ exhibet, quod ipſum a prima manu habet Pſalmorum liber manuſcriptus Sec. XIV. a de Roſſio inſpectus (446. ab eo notatus). Sed verene Alexandrinus interpres ita ſcripſerit, ut vulgo legitur, dubitari poteſt: ita enim HIERONYMUS in Epiſtola, quam de Pſalterii emendatione ad Suniam et Fretelam ſcripſit: *„Dirige in conſpectu meo viam meam*, pro quo in Graeco legitur: *κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, dirige in conſpectu tuo viam meam,* quod nec Septuaginta habent, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio, ſed ſola *κοινὴ* editio. Denique et in Hebraeo ſcriptum ita reperi: הישר לפני דרכך, quod omnes voce ſimili transtulerunt: *Dirige in conſpectu meo viam tuam.* Poſtulat autem Propheta, ut via Domini, quae per ſe recta eſt, etiam ſibi recta fiat.“ Haec Hierony-

ronymus. LUCAS vero BRUGENSIS in ſuis *Notationibus in Biblia Sacra* ad hunc locum haec ſcribit: „Antiqui Latini codices Epanorthotae, quatuor Pariſienſium, unus Hentenii, tres noſtri habent: *Dirige in conſpectu meo viam tuam*, quae et Graecorum quorundam codicum, Theodorito teſte, lectio eſt, ac nominatim *Graeci exemplaris Vaticanae Bibliothecae*, id quod, cum dignitate tum eruditione et pietate clariſſimus S. R. E. Cardinalis D. Guilielmus Sirletus in ſuis Variarum lectionum in Pſalmos Annotationibus refert, et noſtra ad Vaticana collatio notat.“ Quibus tamen teſtimoniis adverſatur Lamberti Bos Alexandrinorum Interpretum editio, quae quamquam Vaticani exemplaris textum exprimat, tamen *ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου* habet. Quocunque autem ſeſe haec habeant modo, textus maſorethici lectionem non modo confirmant Syrus, Chaldaeus, et Graeci reliqui, verum etiam parallelus plane locus infra Pſ. XXVII, 11. הוֹרֵנִי יְהוָה דַּרְכֶּךָ וּנְחֵנִי בְּאֹרַח מִישׁוֹר לְמַעַן שׁוֹרְרָי *Oſtende mihi, Iova, viam tuam, duc me in via recta propter adverſarios meos.*

10. Cauſſam addit, cur petat ſe duci a Iova. Hoſtes enim dicit eſſe ejusmodi, in quibus nihil ſit ſani, intus aut foris; quae loquantur, cogitent, faciant, omnia eſſe falſa, ficta, doloſa, ut metuenda ſint ab his omnia.

In iſtorum ore nihil eſt veri, intimum eorum dirum,
Guttur ſepulchrum apertum, lingua blandiuntur.

כִּי אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה *Non enim eſt rectum in ore ejus*, id eſt uniuscujusque eorum, בפי כל אחד מהם, ut Aben-Eſra hanc dictionem ſolvit, qui ſimilis orationis distributivae exemplum adfert ex Ierem. XXXI, 15. *Rahel filios ſuos deſlevit*, מֵאֲנָה לְהִנָּחֵם עַל־בָּנֶיהָ כִּי אֵינֶנּוּ *renuit conſolationem de filiis ſuis*, h. e. de filiorum quoque, *quia defectus* (eſt) *ejus*, h. e. luctus ejus nullo ſolatio levari poteſt, quia *nullus filiorum*, ſuperſtes eſt. Cf. STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* §. LVII. p. 371. Itaque ſine neceſſitate Hubigantius pro בְּפִיהוּ legendum jubet בְּפִיהֶם, quod confirmatum exiſtimat veterum inter-

interpretum confenfu, qui omnes, Alexandrinum fequuti (ἐν τῷ στόματι αὐτῶν), numero plurali verterunt. Hubigantio affenfum praebuerunt Stridsberg, Michaelis, Koehlerus, Dathius et Knappius, contra quos pluribus disputavit STANGE in *Anticrit.* P. I. p. 61. Neque me movet, quod in Kennicottianorum codicum uno (fub Seculi XV. finem fcripto) *forte* a prima manu בְּפִיהֶם reperitur; quod fi vere fcriptum fuerit, quod tamen incertum eft, haud dubie librarii vel lapfui originem debet, vel intempeftivo textum ad Grammatices praecepta emendandi ftudio. Ad נְכוֹנָה KIMCHI, Aben-Efram fequutus, haec notat:
מלת נכונה תואר לנקבה והמתואר חסר ופי׳ אמרה או דברה
וכן מאכלו בריאה כעדר הקצובות יענה עזות והדומים להם
Vox נְכוֹנָה *eft adjectivum feminini generis, pofitum fine fubftantivo, quod eft* אִמְרָה, dictio, *aut* דִּבְרָה, loquutio; *eodem modo fubftantivum eft fubaudiendum Habac*, I, 16. וּמַאֲכָלוֹ בְּרִאָה alimentum ejus eft pinguis (*fubaud. ovis*), *Cant. IV*, 2. כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת ficut grex tonfarum (*fubaud. ovium*), *atque Proverb.* XVIII, 23. יַעֲנֶה עַזּוֹת refpondet dura (*fubaud. verba*), *et quae his funt fimilia. Recta* autem *oratio*, נְכוֹנָה אִמְרָה, eft ea, cui credi poteft, et qua fidere et niti licet, veritas. In dictione, quae fequitur, קִרְבָּם הַוּוֹת, vocabuli pofterioris, הַוּוֹת fignificatio primaria haud dubie eft *cupiditatis infatiabilis* atque *ruentis effraenatio*, a radice هوى, primum *fidit*, tum *delapfus fuit ex alto, deorfum ruit, praecipiti impetu decidit*, ut oftendit A. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Proverb.* p. 86., qui tamen etymon nimis preffe fequutus, locum noftrum vertit: *medium eorum cupiditates vaftae, cupiditatum barathra*, quum a propria illa *cupiditatis, libidinisque* notione vocabulum hebraeum ad omnem omnino *pravitatem* atque *nequitiam* indicandam translatum fit, veluti Pf. XXXVIII, 13. דִּבְּרוּ הַוּוֹת *loquuntur nequitias*, prava de me dicunt, Prov. XVII, 4. לְשׁוֹן הַוֹּת *lingua nequam*, i. e. mendax, Pf. LII, 4. הַוּוֹת תַּחְשֹׁב לְשׁוֹנֶךָ *nequitiam*

tiam cogitat lingua tua. Itaque verba noftra bene interpretatur JARCHI: מחשבותם מרמה, *cogitationes eorum funt fraudes*, et KIMCHI: רעות חושבים בלבם *mala machinantur in cordibus fuis*, atque vernacule MENDELSSOHN: *Unheil brütet ihr Herz.* PAULUS in *Clavi* ad h. l. הַוָּה *foveam* (*Fallgrube*), a primaria verbi *fidendi* et *cadendi* fignificatione, interpretatur. Sed ut taceam, parum commodam fententiam effe: *medium*, f. intimum *eorum eft fovea*, neque ulli alio V. T. loco *foveae* notio eft apta, unde facile colligitur, fuiffe illam vigente adhuc lingua nunquam ufu receptam. — קֶבֶר פָּתוּחַ גְּרוֹנָם *Sepulchrum patens guttur eorum*, כי מי שלא ישמר מהם וישמע אותם כשיחלקו לשונם ומדברים חקלות ונראין כאוהבין יפול לרע והוא בקרבם *Qui enim ab eis non cavet, fed eos audit lingua fua blandientes et adulatoria loquentes, dum fe amicos fimulant, is in eorum intimum cadet, id eft, in malum, quod pravis cordis fui cogitationibus femper moliuntur*, ut KIMCHI explicat. JARCHI: קבר פתוח גרונם לבלוע יגיע אחרים לקבר הבלוע את הגוף, quorum verborum fenfum VATABLUS ita expreffit: „Sepulcro aperto et cadaveribus pleno fimile dicit guttur fuorum adverfariorum; nam ut fepulcrum apertum exfpectat cadaver, quod conficiat et exedat, ita hoftes mei fua blandiloquentia eo tendunt, ut me pellectum ad fe perdant et fubvertant." Aliter FLAMINIUS in Nota ad hunc Verfum: „Significat iis verbis, ex iftorum ore prodire verba mortifera, ut de falute illius actum fit, qui eorum malitiofas blanditias non cavet. Davidem imitatus Hieremias [V, 16.] pharetras hoftium nominat *fepulchrum patens*, quod illorum fagittae certam perniciem ictibus afferrent." Ceterum לָשׁוֹן hic בא יחיד על רבים והוא דרך כלל *in numero unitatis collective de pluribus dicitur*, ut notat SALOMO-BEN-MELECH in *Michlal Iophi* ad h. l.

11. Tales itaque cum hoftes fui fint, qui et Iovae contu-

contumaciter et ſeditioſe ſeſe opponant, orat eum, ut mentes illorum pervertat, ut errent conſiliis, atque fruſtrentur eos omnia, quae inſtituant:

Labantur, Iova! decidant de ſuis conſiliis!
Ob tot eorum ſcelera profliga eos, nam in te rebelles ſunt!

In verbi הַאֲשִׁימֵם interpretatione diſſentitur. Aben-Eſra: האלף שרש או תתחלף ביוד תישמנה כמו והאדמה לא תשם *Litera Aleph ſive eſt radicalis* [atque tum ab אָשַׁם vertendum erit: *reos perage eos,* חַיֵּב לְהוֹן *condemna eos,* ut Chaldaeus poſuit, i. e. animadverte in eos tanquam reos; *Beſtraf' ſie, o Gott!* quemadmodum Mendelssohn vertit], *ſive eſt permutata cum Iod* [a radice יָשַׁם *deſolatus fuit*], *quaſi ſcriptum eſſet* תִישָׁמְנָה, deſolabuntur [ut Ezech. VI, 6.], *qua ſignificatione verbum occurrit Geneſ.* XLVII, 19. וְהָאֲדָמָה לֹא תֵשָׁם nec terra deſoletur. KIMCHI: יש מפרשים מלשון שממה ואשם ושמם בענין אחד ויתכן לפרשו בעין אשם ופיר' האשימם בעצתם כלומר שלא יתכן ולא יזדמן להם מה שחשבו לעשות עלי וזה הוא שאמר יפלו ממועצותם ובא בלשון אשם כדרך ולא יחטא *Sunt, qui vocem* הַאֲשִׁימֵם *exponant ex ſignificatione nominis* שְׁמָמָה, deſolatio, *quum verba* אָשַׁם et שָׁמַם *nonnumquam eadem ſignificatione accipiantur. Sed poteſt etiam convenienter explicari ex primaria* errandi *ſignificatione, ut is ſit ſenſus: fac eos in conſilio ſuo errare, perinde ac ſi diceret: non conveniat eorum votis, nec ſuccedat ipſis, quod adverſus me cogitarunt exequi; ut ſtatim ſubjungit:* decidant de ſuis conſultationibus. *Eſt itaque verbum* אָשַׁם *hoc loco eadem* errandi *ſignificatione ſumendum, qua ſynonymum* חָטָא *occurrit Iudic. XX,* 16.: quilibet jaculabatur funda ad pilum, וְלֹא יַחֲטִא neque aberrare fecit *lapidem a ſcopo.* Quae verbi אָשַׁם interpretatio confirmari quidem poteſt eo, quod Verbi Arabici أثم Participium Conjugat. III. موأثم a FIRUZABADIO

(in

(in SCHULTENSI Nota ad *Hariri Conſeſſ. II.* p. 92.) explicatur: الذي يكذب السير *qui falſus et mendax eſt in incedendo,* qui crebro lubrico lapſu excidit; oratque Davides contra Ahitophelem 2 Sam. XV, 31.: סַכֶּל־נָא אֶת־עֲצַת אֲחִיתֹפֶל יְהוָה *ſtultum,* irritum *facias, quaeſo, Domine, Ahitophelis conſilium.* Sed Hebraico loquendi uſui magis convenit, הַאֲשִׁימֵם hoc modo interpretari: *reos iſtos poenis illatis palam declara.* Verbum אָשַׁם, quod in Cal ſignificat: *reum ſe fecit, deliquit,* in Hiphil, quod hic tantummodo occurrit, eſt: *reum declaravit,* ſicut רָשַׁע *impius fuit,* et צָדַק *juſtus fuit* in Hiphil declarative ſignificant *impium vel juſtum pronunciavit, declaravit,* vid. 2 Sam. XV, 4. Prov. XXII, 15. Iob. X, 2. Verba יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם plures ita capiunt: *cadant a conſiliis ſuis,* fruſtrentur eventu conſiliorum ſuorum, incaſſum cadant omnia conſilia eorum, quae contra me inſontem moliuntur. Similiter Latini dicunt: *ſpe excidere.* Vix tamen aliud exemplum afferri poterit Verbi נָפַל illo ſenſu cum nomine per Praepoſitionem מִן conſtructi. Nam quod Iud. II, 19. legitur: לֹא הִפִּילוּ מִמַּעַלְלֵיהֶם וּמִדַּרְכָּם הַקָּשָׁה, hoc dicit: *non deſiſtebant a malis ſuis factis atque via dura.* Praeſtat igitur, verba יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם ita capere: *corruant ob ſua conſilia,* quomodo מִן ante מוֹעֲצוֹת et Hos. XI, 6. ſumitur. Ita optime concinit quod ſubjicitur: בְּרֹב פִּשְׁעֵיהֶם הַדִּיחֵמוֹ *per ſ. ob multitudinem delictorum ſuorum expelle eos,* in fugam age; dispelle eos, ut nil amplius praeſtare poſſent. כִּי מָרוּ בָךְ *Quoniam rebellant in te,* כשנאתם אותי, KIMCHI inquit, ואתה צוית עלי להיות מלך והם מרו את דבריך מענין מריתם פי *Dum odio me proſequuntur, quum tu de me praeceperis, ut Rex eſſem, illi vero decreto tuo ſeſe oppoſuerunt. Verbum* מָרָה *hic eadem notione eſt accipiendum, qua Num. XXVII, 14.* מְרִיתֶם פִּי in me rebellaſtis.

12. 13. Hoc modo laetitiam conciliabis iis, qui in te

te ſpem et fiduciam collocant, et ad te confugiunt; perpetuo gaudio exultabunt omnes, qui te diligunt atque reverentur, quod eos protegis et defendis, omnibusque bonis cumulas:

Laetentur autem perpetuo, qui tibi confidunt;
Laudent te, quod tu eos protegis.
Exultent de te, qui te amant.
Nam Tu, Iova, pium fortunas,
Benevolentia eum, tanquam clypeo, amplecteris!

KIMCHI: וישמחו כל חוסי בך הפך האויבים שאינם חוסים בך כאשר תדיח אותם ישמחו החוסים בך Et laetabuntur omnes, qui in te fiduciam collocant, *contra quam facturi ſunt inimici mei, qui tibi non confidunt; quos cum expuleris, gaudebunt ii, qui omnem ſpem ſuam in te collocatam habent.* בָֽךְ hic ἀνωμάλως pro בְּךָ ponitur. SALOMON Melechides: הכלל בְּךָ בשוא הבית וקמץ הכף ובהפסק בקמץ הבית ושוא הכף ובא זה בלא הפסק בקמץ *Regulae convenienter* בְּךָ *cum* Schwa *ſub* Beth, *atque* Cametz *ſub* Caph *ponendum erat, pro quo in pauſa, vocali Adfixi ad literam praecedentem revocata,* בָּךְ *ponitur, quod etiam hoc loco factum eſt, licet nulla ſit pauſa;* ad normam dialecti Chaldaicae, ut Ierem. XXIII, 37. מֶה־עָנָךְ יְהוָֹה *quid reſpondit tibi Iova?* pro עֲנָךָ. Cf. SCHROEDERI *Inſtitt.* Sect. X. Reg. CLXXVI. b. e. ב. Verba וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ ita ſunt vertenda: (laeta voce perſonabunt) *propterea quod protegis eos. Vau* hic rationem indicat, ut Ieſaj. LXIV, 4. Pſ. LX, 15. Imaginem hic adhibitam KIMCHI recte explicat ita: שתהיה עליהם כסוכה שלא יזיקו להם האויבים *Eris ſuper eos umbraculi inſtar, ne injuriae quidquam ipſis ab hoſtibus inferatur.* וְיַעְלְצוּ בְךָ, *exultabunt de te,* autem dictum eſſe ait pro בעזרתך, *de auxilio tuo.* Alexandrinus atque Syrus in ſuis codicibus ante אֹהֲבֵי videntur כָּל reperiſſe, quod KOEHLERUS probat.

13. Nexum

13. Nexum recte indicat Aben-Efra: הפסוק דבק בעליון כי אוהבי שמך ישמחו בך כראותם שחדיח הרשעים וחברך הצדיק *Hic verfus arcte cohaeret cum praecedenti, hoc fenfu: qui te diligunt, laetabuntur de te, ubi videbunt improbos a te exterminatos, pios vero bonis cumulatos.* כצנה רצון תעטרנו *Ut fcutum, ita benevolentia ut eum cingat efficies.* Verbum תעטרנו plerique quidem formae *Cal* effe putant, ut KIMCHI: כצנה שהיא עוטרת האדם סביב כן תעטור הצדיק ברצונך ומלת תעטרנו מבנין קל כמו עוטרים אל דוד ואל אנשיו *ut fcutum, quod totum hominem circumdat; ita tu pium benevolentia tua cinges. Verbum* תעטרנו *eft conjugationis Cal, eademque fignificatione accipiendum, qua* 1 *Sam.* XXIII, 26. *occurrit.* עטרים אל־דוד ואל־אנשיו cingebant Davidem *ejusque focios.* Sed rectius, meo judicio, Aben-Efra, poftquam illius fententiae mentionem feciffet, hoc modo pergit: והנכון שהוא מהבנין הנוסף על דרך יעשרנו המלך שהוא יעשירנו והוא יוצא לשנים פעולים והפעול באמת הוא רצון כי הקב״ה מעטיר רצון את הצדיק הרי שהצדיק פעול במקצת מאת הקב״ה שהוא עטור מן הרצון *Sed vera eft eorum fententia, qui conjugationis* Hiphil *effe dicunt, ut* 1 *Sam.* XVII, 25. יעשרנו המלך ditavit eum rex *magnis divitiis, pro* יעשירנו. *Noftrum autem verbum duo fubjecta regit, et proprie quidem* רצון, *efficit enim Deus, ut benevolentia circumdet pium, quod* (eft alterum fubjectum) *ex parte tamen a* יהוה *pendet.* Ceterum DRUSIUS in *Comment.* in hunc Pfalmum, Graecum Alexandrinum interpretem, qui ἐστεφάνωσας ἡμᾶς ponit, Hebraeum verbum תעטרנו enunciaffe obfervat. I. H. MICHAELIS in duobus codicibus Erfordenfibus atque in ambabus prioribus Bombergi editionibus תעטרנו, in *Piel,* invenit, quod KOEHLERUS in *Repertor.* P. III. p. 25. vulgari pronunciandi modo praeferendum cenfet, qua forma idem verbum etiam occurrit infra Pf. VIII, 6. תעטרהו. Syrus interpres, qui ܬܛܠܠܝܢܢܝ *operies me,* vertit, in fuo libro

libro Hebraico תעטרני reperiſſe videtur. PAULUS in *Clavi* p. 16. יְהוָֹה ad hemiſtichium poſterius trahit, verbaque Hebraica ita interpretatur: *Iova* eſt *ſicut clypeus quem gratia circumdat*, Iova eſt inſtar ſcuti pulchre decorati (*Iehova iſt wie ein ſchön bekränzter, geſchmückter Schild*). Alluſiſſe poetam exiſtimat ad veterum morem, quo ſcutum, quod tutelam ipſis contra hoſtes praeſtitiſſet, grati animi teſtandi cauſa variis modis ornarent atque imaginibus decorarent. Videtur tamen interpretatio vulgaris ſenſum hemiſtichio priori concinniorem efficere.

PSAL-

PSALMVS SEXTVS.

ARGVMENTVM.

Preces ſunt conjecti in difficultates et pericula mortifera vel a morbo *) vel ab hoſtibus, vel etiam ab utroque, et agnoſcentis peccata ſua, propter quae hoc accidat. Implorat igitur miſericordiam Dei, qua opus eſt reis, et vitam ſibi conſervari petit, ut poſſit celebrare laudem Dei σωτῆρος, qui ſalutem det, atque confirmat ſe ſpe indubitata auxilii divini (Vs. 2 — 8.). Ita autem praeſentem opem animo ſuo concipit, et quaſi conſpectu hujus inter querelas ſe confirmat, ut con-

*) Ita Aben-Eſra: הקרוב אלי כי זה המזמור חברו דוד בחליותו ויחי מחליו *Mihi eſt veroſimile, compoſuiſſe Davidem hunc Pſalmum, cum ex morbo convaluiſſet.* Quod RUDINGERUS tamen in dubitationem vocat: qui, „haud ſcio," inquit, „an totus Pſalmus hoc refutet, neque *ſanandi* verbum τεκμήριον habet, ſicut et in Pſalmo XXXI, neque *ſepulchri* et *mortis* mentiones. Animi quidem morbum, id eſt, aegritudinem, fuiſſe hujus apparet ingentem, in qua corpori etiam bene eſſe non poteſt, ſicut et in Pſalmo diſerte dicitur, et eſt ſimilis querela in Pſalmo XXXI [Vs. 10. 11.], quem tamen nemo omnium de morbo interpretatus eſt."

converſa ad hoſtes oratione discedere eos jubeat, et ſe miſſum facere, quod nihil dubitet, Deum ei affuturum, et liberaturum a malis, in quibus haereat (Vs. 9. 10. 11.).

Quo tempore editum ſit hoc carmen, certo definiri vix poterit. Sunt, qui exiſtiment, Davidem feciſſe hos Verſus cum in morbum et graviſſimas calamitates incidiſſet ob ſtuprum Bathſebae illatum et maritum ejus crudeliter interemtum.

Rudingero ſimpliciſſimum videtur, maximeque conſentaneum, ad Abſalonicam ſeditionem et miſeram fugam Davidis Pſalmum referre, ut ſit σύχγχρονος XXII, XXV, LXIX, et LXXXVI. Diſerte enim queritur, ab hoſtibus et perſecutoribus ei exiſtere tantam aegritudinem ſuam, vel ſaltem augeſcere. Clauſula certe indicat, eo tempore ſcriptum, quo multos adhuc hoſtes habuit.

Preces totius populi, magnis miſeriis oppreſſi, qui hominis aegroti et aerumnoſi imagine ſiſtatur (ut Threnor. Cap. III.) hoc Pſalmo contineri, de Wettii eſt ſententia non plane improbabilis.

Elegans Pſalmi hujus verſio lingua vernacula extat in Herderi libro *de Genio Poeſeos Hebr.* P. II.] p. 337.

1. *Noli,*

1. *Noli, Iova in indignatione tua in me animadvertere,*
Noli in ira tua me caftigare.

Nam qui irati puniunt, moderationis obliti, feverius caftigant, atque poenas intolerabiles et crudeles exigunt. Bene KIMCHI fenfum exprimit: אם תוכיחני בעוני אל באפך רוצה לומר לאט כדי שאוכל לסבול כמו שאמר ירמיה הנביא יסרני ה׳ אך במשפט וכו׳ *Si propter peccata mea me caftigas, id ne fiat, quaefo, in furore tuo, vult dicere, lente et ita, ut poffim fuftinere, quemadmodum et Ieremias, propheta,* (Cap. X, 24) *precatur:* „Caftiges me, Domine, veruntamen in judicio [i. e: fervato modo et menfura], nec in furore tuo, ne me in nihilum redigas.“ Inter verba Hebraea, הוֹכִיחַ et יָסַר proprie haec eft differentia, ut illud *arguere*, verbis tantummodo, hoc *caftigare*, flagris et verberibus, fignificet; quae tamen hoc loco confunditur. RUDINGERUS: „Simile eft initium, vel idem potius, Pfalmi XXXVIII, quem cum in morbo ex ulcere propheta feciffe putetur a plerisque; fieri poteft, ut inde hunc etiam in morbo factum fufpicarentur aliqui, propter fimile initium, et alia in hoc fimilia.“

2. *Miferere mei, Iova, nam langueo,*
Sana me, Jova, nam offa mea foluta funt.

Vocem אֻמְלַל quidam, veluti PAULUS in *Clavi*, ad radicem מָלַל referunt, conferuntque cum Arabum مَلّ, quod primo *cineribus calidis*, aut prunis, panem vel carnem *coquendum fupponere* fignificat, tum vero de eo etiam ufurpari folet, qui *calore febrili correptus eft.* Sed ad hanc radicem vocabulum fi referas, eo formatum eft modo, cui in omnibus V. T. libris vix parem invenies. MICHAELI in *Supplemm.* p. 97. quadriliterum effe videtur, compofitum ex אָמַל, quatenus *ficcitatis* notionem habet, et מָלַל, *urere.* Simpliciffimum fuerit, cum SCHROEDERO in *Inftitutt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* Sect. V.

Reg.

Reg. LVI., ad אָמַל referre, cujus Conjugatio *Puhlal* ſive *Pohlal*, formae קוֹמַם, erit. Primo et proprie de plantis *marceſcentibus* dictum eſſe videtur, quod maxime apparet e Ieſ. XXIV, 4., ubi verbo נָבַל, tanquam *συνονύμῳ*, reſpondet. Cf. SCHEIDII *Obſervatt. etymologg.*, qui linguae Arabicae ope etiam eam ſignificationem probare ſtuduit. Deinde de omnibus dicitur, quorum *vires* deficiunt et *languent*, de iis, qui *exhauſti ſunt viribus*, ut hoc loco, ubi et KIMCHI recte ענין חלשה וכריתה *ſummae debilitationis et proſtrationis ſignificatione ſumendum eſſe* monet, ut Nehem. IV, 2. (al. III, 34.) מָה הַיְּהוּדִים הָאֲמֵלָלִים עֹשִׂים, *quid debiles illi*, laboribus exhauſti, *Iudaei faciunt?* Ceterum de אֻמְלַל diſſentiunt, ſitne nomen *adjectivum*, ut orationis h. l. ſtructura flagitare videtur, an vero *verbum*, pro quo ut accipiatur, poſcit vocalis *Patach* in ſyllaba poſteriori. Prius illud eſſe תואר, *adjectivum*, ואעפ״י שהוא פתוח, *licet vocalem* Patach *habeat*, vult KIMCHI, qui adjectivi eodem modo formati exemplum adducit לֵב הוּתַל, *cor ſtultum*, Ieſai. XLIV, 20. Contra vero Aben-Eſra Moſis Haccohen ſententiam probat, qui, quod אֻמְלַל vocali *Patach* ſit praedita, אמר כי איננו שם התואר רק הוא חסר כמו ונאשאר אני שהנכון ונשארתי *adjectivum eſſe negat*, ſed verbum, totamque locutionem *ellipticam*, in qua ſcilicet ſubaudiendum ſit pronomen relativum אֲשֶׁר, ut Ezech. IX, 8., ubi וְנֵאשֲׁאַר אֲנִי, qui *relictus eſt*, ſum *ego*, pro נִשְׁאַרְתִּי *ego relictus ſum.* Ejusdem loquendi formae exempla praeterea adducit Thren. III, 1. אֲנִי הַגֶּבֶר [אֲשֶׁר] רָאָה עֳנִי *ego ſum vir*, qui *vidit afflictionem*, i. e. ego multa perpeſſus ſum mala, et Ieſ. XXXVIII, 5. הִנְנִי [אֲשֶׁר] יוֹסִף עַל יָמֶיךָ *ecce ego* ſum is, qui *addet diebus tuis*, i. e. ego aetati tuae addam quindecim annos. Ex hoc itaque loquendi more noſtro loco אֻמְלַל אֲנִי ita eſſe explicandum: qui *eſt languefactus*, *ego* ſum. Cf. SCHROEDERI *Inſtitt.* in *Syntax.* Pronom. Reg. XLIII. atque STORRIUM in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* §. LXX. p. 419., qui

tamen noſtrum locum ad eam rationem non interpretatur, ſed p. 207. אֻמְלַל *Infinitivum* ait eſſe, qui pro Participio, *languefactus*, heic uſurpetur. Sed in nonnullis libris manuſcriptis אֻמְלָל, cum *Camez*, extare, colligo ex his SALOMONIS Melechidis verbis: והוא תואר מבנין פועל אם הוא קמוץ אבל מצאנוהו פתוח ברוב הספרים וכן מצאתי במסרת על כִּי שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל לית קמץ וכל סוף פסוק כותיה ואם כן יהיה פועל עבר *Si vocalem* Kamez *habet, erit adjectivum*, ſive Participium, *Conjugationis Pyhal; ſed in multis codicibus vocem cum* Patach *ſcriptam reperi, quibuscum conſentit Maſora* (parva) *ad Ieſai.* XVI, 8., *ubi notatur*, אֻמְלָל *cum* Camez, *nusquam alias occurrere* (in medio commatis), *ſed in fine tantum verſus ita ſcribi* (ob accentum Silluk, ut Nah. I, 4.). *Cum Patach ſi ſcribitur, eſt* Praeteritum *Conjugationis Pyhal.* Verba, quae ſequuntur: נִבְהֲלוּ עֲצָמָי SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Proverb.* p. 432. etymologiam nimis captans, obſcurius vertit: *excuſſa ſibi ſunt oſſa mea.* Clarius: *conquaſſata ſunt oſſa mea*, quod Aben-Eſra recte explicat: שהם מוסדי הגוף ולא ירגישו וכאילו הרגישו מכובד החולי והנה עצמי כנגד הגוף *Quod ea, quae fundamenta ſunt corporis, et alioquin omnis ſenſus expertia; nunc doloris acerbitate quaſi ſunt perturbata. Ponuntur vero oſſa pro toto corpore,* per ſynecdochen. Corpus meum conturbatum eſt totum.

3. *Anima mea eſt perturbatiſſima,*
Et Tu, Iova, quousque?

לפחדי ולדאגתי שאמות מזה החלי, וְנַפְשִׁי נִבְהֲלָה מְאֹד *eo quod timeam, et anxie metuam, ne eo morbo moriar*, ut KIMCHI bene obſervat. In hemiſticho altero, וְאַתָּה יְהוָה עַד־מָתָי Apoſiopeſis eſt, anxio, et auxilium exſpectanti familiaris. Subaudiendum eſt ſive הדכאני בחלי *morbo me affliges?* quod KIMCHI jubet, ſive *iraſceris?* ut Pſ. LXXIX, 5. עַד־מָה יְהוָה תֶּאֱנַף. Quamdiu exercebis iram in ſupplicem tuum? quousque differes curationem animi et corporis?

4. Aver-

4. Avertiſti faciem tuam a me propter ſcelera mea, nunc quaeſo tandem placatus oculos tuos ad me converte:

Convertere, Iova, eripe me,

Salvum me redde pro inſigni tua benevolentia.

שׁוּבָה KIMCHI ita interpretatur: שוב מחרון אפך עלי ושוב חלצה נפשי שלא אמות מזה החלי *convertere a furore irae tuae, qua in me excandeſcis, redi, inquam, et libera animam meam, ne hoc morbo conſumar.* Sed poteſt ad שׁוּבָה et אֵלַי ſubaudiri, coll. Zach. I, 3., hoc ſenſu: redi ad me, a quo te elongaſti, revertere ad meum auxilium. לְמַעַן חַסְדֶּךָ *Propter miſericordiam tuam*, quae pati non poteſt, ut miſer ego tuus ſervus ita pereain.

5. Ne patiare me tolli e vita, ut te colere et celebrare poſſim:

Mortui te non celebrant,

Apud inferos quis te laudet?

Neque enim poſtquam mortui ſumus, praeſtare memoriam amplius, aut mentionem beneficiorum tuorum, in hac vita tibi debitam poſſumus, ut RUDINGERUS ſenſum hujus Verſus paraphraſi expreſſit. „אֵין בַּמָּוֶת זִכְרֶךָ proprie: *non eſt in morte tui memoria.* Sed quoniam זֵכֶר reſpondet τῷ יוֹדֶה in altero membro, haud dubie h. l. ſignificat *laudare, celebrare,* uti alias, e. c. Pſ. XX, 8. Hoſ. XIV, 8.“ DATHIUS. Alexandrini haec verba ita reddunt: *ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου,* quod ſequuntur Vulgatus et Arabs, ac ſi זֹכְרֶךָ legiſſent. Quod comprobat KOEHLERUS in *Annotatt. Critt.* in *Repertor.* P. III. p. 27. Eſt autem in hoc Verſu, ut DATHIUS obſervat, deſcriptio poetica ſtatus animorum poſt mortem. Quem quippe poetae hebraei ſibi fingunt a ſocietate hominum in hoc mundo videntium prorſus ſeparatum, eundemque triſtem, tenebricoſum, in quo perpetuum ſit ſilentium, qualem de *orco* ſuo etiam Graeci et Romani notionem ſibi finxerunt. Vid. SCHEIDII *Diſſertat. ad Cantic. Hisk.* p. 20. ſeqq. et C. F. AMMONI Commentat. *über das Todenreich der Hebräer*, quae extat in *den Memorabilien*,

 a Paulo

a Paulo editis, Part. IV. p. 202. not. 43. Hinc multa hujus generis in Pſalmis loca reperiuntur, inferos Deum non laudare, praeciſam poſt mortem anſam extollendi numen, et alia. Similiter Pſ. LXXXVIII, 12. *Num in ſepulchro laudabitur tua benignitas?* Pſ. CXV, 17. *Mortui Deum non laudant, nec qui ad ſepulchrum deſcenderunt.* Ita quoque Hiskias Jeſai. XXXVIII, 18. *Neque enim tibi gratias acturus eſt orcus; non te laudabit infernus, tuam fidem non praedicabunt humati.*

6. *Feſſus ſum gemendo, tota nocte lectum meum madefacio,*
Lachrymis ſtratum meum humecto.

Verbum אַשְׂחֶה Aben-Eſra et KIMCHI *natare facio* interpretantur, qua *natandi* ſignificatione etiam occurrit Jeſai. XXV, 11. *Expandunt manus ſuas ſicut expandere ſolet* הַשֹּׂחֶה לִשְׂחוֹת *natator ad natandum.* Sed Aben-Eſra יש אומרים כי אשחה תרגום ארחץ בארמית *quosdam* ait *ex Aramaica dialecto verbum* שָׂחָה lavandi *notione interpretandum cenſere.* Intelligit verbum ܣܚܐ, quod utramque *lavandi*, et *natandi* ſignificationem habet. Idem ſequutus eſt Alexandrinus interpres, dum vertit: λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλινήν μου. Sunt, qui אַשְׂחֶה de *ſudore* intelligant, quo aegrotus Davides nocturno tempore tam vehementer laboraverit, ut lectus quoque ipſius ſudore quaſi perfunderetur. Huic verbo quod in hemiſtichio altero reſpondet, אַמְסֶה, ejusdem ſignificationis eſt cum מָסַס, *liquefactum eſt*, quemadmodum plura alia verba ſono inter ſe cognata, ſed ultima tantummodo radicali ſive geminata ſive quieſcenti diverſa, ſignificationibus conveniunt. מִטָּה et עֶרֶשׂ HARMER in *Obſervatt. ſupor Orient.* P. II. p. 70. 71. ita differre putat, ut prius illud *ſpondam*, hoc *ſtragula, pulvinos* ſignificet. Quod ſine fundamento eſſe, ſatis patet ex Deut. III, 11., ubi עֶרֶשׂ בַּרְזֶל minime *pulvinar ferreum* eſſe poteſt, et Pſ. CXXXII, 3., quo loco עֶרֶשׂ יְצוּעָי vix aliud quidquam poterit ſignificare

ſicare quam *ſpondam ſtragulorum meorum.* Videntur ita- que duo haec vocabula proprie ita differre, ut מִטָּה ſit *totus lectus*, ſpondam et ſtragula, ſive pulvinaria, comprehen- dens, alterum vero, עֶרֶשׂ, ſola *ſponda.* Ceterum non ab- ſimile eſt illud HOMERI *Odyſſ.* XVII, 102. 103.:

Λέξομαι εἰς εὐνὴν, ἥ μοι τονόεσσα τέτυκται
Αἰεὶ δάκρυσ' ἐμοῖσι πεφυρμένη — —
In lecto, qui dat ſuſpiria multa, cubabo,
Quemque meis lachrymis longo velut imbre rigavi.

7. In hujus Verſus interpretatione in duas potiſſi- mum partes interpretes diſcedunt. I) Plerique, qui vo- cabulum עַיִן proprio ſignificatu accipiunt, *oculorum* ae- gritudinem ex continuo luctu et lachrymis contractam deſcribi putant. Sed nec hi in verborum עָשְׁשָׁה et עָתְקָה interpretatione conſentiunt. Atque primo quidem, quod vocabulum עָשְׁשָׁה attinet, Hebraei, quos vidi, omnes, עָשַׁשׁ *arrodendi* ſignificatione ſumunt, a qua et *tineam* עָשׁ dictam ajunt Ieſ. L, 9. Ac ſane Arabum عش uſurpatur de *tinea, quae lanam corrodit,* teſte BOCHARTO in *Hieroz.* P. II. L. IV. C. XXV. T. III. p. 514. edit. Lipſ., qui verbum illud hoc loco metaphorice uſurpatum exiſti- mat de oculis, qui prae dolore contabuerint, quaſi a ti- nea conſumti eſſent. KIMCHI, qui עָשְׁשָׁה etiam ab עָשׁ *tinea* deducit, h. l. idem eſſe dicit, quod רקבה *tabida, putrida eſt,* nitorem ſuum amiſit oculus meus, ut recte VATABLUS Kimchianae hujus gloſſae ſenſum exprimit. Ab *arrodendi* notione KOEHLERUS in *Repert.* P. III. p. 28., quem DOEDERLEIN ſequitur in *Scholiis in libros Poeticos V. T.* p. 74., vertit, *arroſus dolore oculos,* i. e. rubuit lachrymis, poetamque reſpicere putat verba Iobi XVII, 7. וַתֵּכַה מִכַּעַשׂ עֵינִי *hebeſcit prae indignatione oculus meus, et artus omnes umbrae ſimiles ſunt.* Senſu affinis eſt JARCHII explicatio: עששה לשון עששית עין שמאורה כהה ודומה לו כאילו הוא רואה דרך זכוכית שכנגד עיניו i. e. עָשְׁשָׁה *ſignificat idem quod* עֲשָׁשִׁית, lucerna (*ſive ut* MERCERUS *in Theſauro Pagnini ad rad.* עשש *interpretatur,* perſpi-

perſpicillum chalybeum) oculi, *cujus lumen hebes factum eſt, quaſi per vitrum oculare perſpiceret.* MICHAELIS in *Supplemm.* p. 1980. confert Arabum عَسَّ, *circumivit noctu*, additque: „forte *caliginis* notio ſubeſt, *per caliginem aliquid fecit, circumivit.* Non auſim ergo verbo *caligandi* notionem negare, quam ei Hieronymus dedit; video et עָשׁ nomen Iob. IV, 19. a Syro *caliginem* (ܥܶܡܛܳܢܳܐ) verti." Sane cognatum Arabum عَسْعَسَ denotat *ingruit nox, tenebreſcit*, idemque PAULO in *Clavi* ad h. l. placuit. Aquila αὐχμώϑη vertit, cujus verbi, ut I. F. FISCHERUS ſcribit in *Specim. Clavis Reliquiar. Verſſ. Graecar.* p. 31., „triplex eſſe ſenſus poteſt; nam quum Aquila τὸ עֵין accepiſſe, ut Alexandrini, videatur de *oculis*; αὐχμώϑη vertendum Latine aut *caligant*, h. e. *fletus oculos meos ita perdidit, lacrimae ita corrupere ocellos meos, ut iis uti non poſſim*; aut *ſqualent*; aut denique *abſumti ſunt, exhauſti ſunt omni humore.* Certe nomen αὐχμὸς triplicem hanc vim habet, ut ſit aut *caligo*, unde αὐχμηρὸς, 2 Petr. I, 19.; aut *ſqualor*, ῥύπος· aut *ſiccitas*, atque tum opponatur ταῖς ἐπομβρίαις [vid. Aeſchines Dial. III, 11.]. Et Hebraicum verbum nullam harum notionum reſpuit. *Caligandi* notionem tribuit ei etiam Chaldaeus interpres, vertit enim חֲשֵׁכָה." Quum Arabicum عَسَّ inter alia etiam *circumivit, obivit noctu*, ſignificet, unde عَاسّ *vigil nocturnus*; WEPLERUS in *den Philolog. und kritiſch. Fragmenten*, Faſc. IV. p. 19. verba noſtra ita interpretanda cenſet: *oculus meus inſomnis eſt*, totam noctem inſomnem duco, *prae moerore.* Sed illa *inſomnis* notio ceterorum locorum, quibus עָשְׁשָׁה occurrit, nulli convenit. Ceterum vocem מִכַּעַס, proprie *iram, indignationem*, denotantem, hic metonymice pro iis, *qui iram fovent*, i. e. *hoſtibus*, politum putat, ſive in Participio, מַכְעִס efferendum. — Neque minor ſententiarum diſſen-

diffenfus deprehenditur in eo, quod in hemiftichio altero τῷ עָשְׁשָׁה refpondet, עָתְקָה. Id vulgari *veterafcendi* notione fumunt plerique. Veluti JARCHI: עתקה בחירשנה ונזדקנה עיני בכהיות אור, i. e. עָתְקָה *fignificat confenuit ac fenectute confumtus fuit oculus meus propter caliginem luminis.* Is autem fequitur Chaldaeum paraphraften, qui אִתְבְּלִיאַת ponit, *inveteravit*, attritus eft quafi vetuftate, *oculus meus.* Alexandrinus quoque verbo παλαιοῦσθαι utitur. Alii vero, ut Menachem a Jarchio citatus, atque KIMCHIUS, exponunt: *loco motus eft*, quod עָתַק interdum fignificat, v. c. Iob. XVIII, 4. וְיֶעְתַּק צוּר מִמְּקוֹמוֹ *petra transfertur a loco fuo.* Quo refpexit Aquila, dum verbum μετήρθην, *translatus fum*, adhibet. Quum apud Arabes verbum عتق non tantum de *vetufto, antiquo*, verum etiam de omni ufurpetur, quod fit *integrum, praeftans, praecellens*, atque in *integro flore et vigore*, id quod pluribus oftendit A. SCHULTENSIUS in Commentar. ad Prov. VIII, 18. p. 74.; MICHAELIS in verfione vernacula vertit: *es blicket muthig auf alle meine Feinde*, quod in *Supplemm.* p. 1984. latine fit expreffit: *vigorem recipit, viget contra omnes hoftes meos, libere et a ferociter illos intuetur*, quod non tantum praecedenti triftitiae apte opponitur, verum etiam fequenti: *recedite a me omnes malefici!* bene convenire exiftimat. Sed fubdit ipfe: „hoc in verfione ut fonantius fequutus eram, fed vereri incipio, ut lectores habeam confentientes.“ Improbatur quoque a KOEHLERO in *Repertor.* P. III. p. 29., qui a verbi illius Arabici notionibus *ferociter adfpiciendi*, fignificationem deduci poffe recte negat. Quod ipfum valet de WEPLERI fententia, a *feftinandi* notione, quam Arabum عتق inter alia habet; noftrum עָתְקָה *circumvagatur* oculus meus vertentis, quod qui in periculis verfentur, oculos anxie circumferre foleant. MUNTINGHE in *Obfervatt. philologg.* ad h. l. in T. III. verf. germ. p. 13. verbum עָתַק h. l. de *rigiditate* oculorum, five palpebrarum, ex nimio fletu, intelligendum putat, col-

collato Arabum عتكى, quod de *humoribus ſicceſcentibus*, uſurpatur, ut apparet e gloſſa a Giggeio adducta: عتكى البول علي فخذ الناقة *lotium ſupra coxas camelae aruit.* Apte igitur verbum עָתֵק hic adhiberi ad ſignificandum oculum, cujus omnis humor continuo fletu exſiccatus fuerit, ipſeque inde rigiditatem et dolorem contraxerit. Quae interpretatio tamen ideo potiſſimum videtur improbanda eſſe, quod illa *rigeſcendi* notio, quam verbo עָתֵק Muntinghe tribuit, nulli V. T. loco facile convenit; ut taceam, Arabicum عتكى cum Hebraeo illo non ſatis commode comparari, ob literarum كى et ק diverſitatem. Ex quibus interpretamentis omnibus apparet, vocabulum illud *oculis* parum commode adaptari poſſe. Sed evaneſcet omnis in utroque membro difficultas, ſi 1) עַיִן non de *oculis*, verum de *facie, ſpecie tota* accipiamus, VATABLO praeeunte, cujus haec eſt totius Verſus interpretatio: „*Facies mea tabida facta eſt*, et ſenium contraxit planeque deformata eſt prae ſumma indignatione, qua indignor hoſtes meos laetari ob morbum meum." Idem praefert RUDINGERUS, „aliqui," inquiens, „rectius non de *oculis*, ſed de facie tota interpretantur, quae interdum oculi nomine Hebraeis ſignificatur, et ſic faciendum [verbum עָשְׁשָׁה] non *caligare*, ſed *marceſcere*, et *extabeſcere macie*, ſicut et in verſu nono Pſalmi XXXI, ubi legimus: *Species oris mei deformata eſt*, in Hebraeo eſt *oculus meus*. Item Verſu nono Pſalmi LXXXVIII.; neque enim *oculis* proprie, ſed *faciei* hoc accidit." FISCHERUS etiam in *Clavi* p. 31. verborum עָשְׁשָׁה עֵינִי, ſenſum eſſe ait hunc: *abiit forma mea*, „nam עַיִן ſignat *formam*, et עָשֵׁשׁ, quod proprie eſt *rodi, erodi*, ut veſtes a tineis, quum de forma dicitur, valet, *abſumi, abire, fugere.*" Neque ita עָתְקָה alia, quam uſitata *veteraſcendi*, notione ſumere, neceſſe erit, ad quam vocem recte DOEDERLEIN: „*Senilem vultum induo.* Ovidius quoque ſaepius rugas ſe contraxiſſe aerumnis

et

et dolore conqueritur.“ Aptiſſime Mendelsſohn hunc Verſum vernacule expreſſit:

Meine Geſtalt verfällt vor Harm,
Altert vor ſo vielem Drangſal.

Ceterum pro עָֽחְקָה interpretes antiqui, praeter Chaldaeum et Syrum, exprimunt primam perſonam עָֽחֲקָתִי, quod Ferrandus, Koehlerus, et Dathius probant. Sed DRUSIUS in *Commentat.* in hunc Pſalmum recte, meo judicio, ita ſcribit: „Aquila vertit: *μετήρθη*, *translatus fuit*. Scio, in editione Romana eſſe *μετήρθην*, *translatus ſum*, ſed credo legendum *μετήρθη*· imo vix dubito, quin interpres Aquila ita ſcripſerit, nam ad *oculum* refertur. Similis error in verſione Symmachi: *ἐτριβανώθην*. Nam ſcripſit, ut opinor, *ἐτριβανώθη*. Idem dici poſſet de interpretamento *τῶν* LXX. *ἐπαλαιώθην*, niſi legeretur in ipſo Hieronymo, „*conſumtus ſum*.“ Videntur autem ceteri Graeci interpretes hoc loco ad Alexandrinum relicti eſſe. Eum vero in ſuo codice ſi etiam damus עתקתי inveniſſe, nihilo minus ego Maſorethicum עָֽחְקָה praeferendum cenſeo, ob parallelum עָֽשְׁשָׁה. — בְּכָל־צוֹרְרָי Aben-Eſra recte pro בעבור כל צוררי ורבים propter *omnes hoſtes meos*, ut ſaepe alias, poſitum eſſe monet.

8. 9. 10. Solet poeta cum deflevit calamitates ſuas et miſericordiam Dei imploravit, repente animum exhilarare, et voces laetitia plenas emittere, glorians, preces ſuas exauditas eſſe:

At nunc ite procul, vos facinoroſi omnes!
Namque percipit Iova vocem meam flebilem.
Percipit Iova meos gemitus,
Iova meas preces admittit.
Pudore afficientur, imo conturbabuntur graviter omnes inimici mei,
Rejecti ſubito pudeſient.

10. Ad verba יֵבֹשׁוּ וְיִבָּהֲלוּ מְאֹד KIMCHI notat haec: בהרפאי יבשו ויבהלו כל אויבי שהיו מקוים מיתתי *Inimici mei, qui*

qui toti erant in exfpectatione mortis meae, cum fanatus fuero, pudore fuffundentur et terrore afficientur, quia regem me diutius funt habituri, quam putarunt. Verbum וְיִבָּהֲלוּ Aben-Efra כנגד, *oppofitum,* putat וְנַפְשִׁי נִבְהֲלָה מְאֹד fupra Vs. 3. et verbis נִבְהֲלוּ עֲצָמָי Vs. 2. Ad hemiftichium ultimum: יָשֻׁבוּ יֵבֹשׁוּ רָגַע Aben-Efra haec notat: ינחמו או יבקשו שלומי *poenitebunt et gratiam meam quaerent.* Quod fequitur, KIMCHI fic interpretatur: כשיראו שלא עלתה מחשבתם ישובו אלי להיות בשלום עמי ובאותו רגע יהיה להם בושת ממני *Ipfi, cognofcentes non fucceffiffe quemadmodum cogitarunt, quaerent mihi reconciliari, et tunc pudore mei cauffa fuffundentur.* PAULUS in *Clavi* verborum יָשֻׁבוּ יֵבֹשׁוּ *convertentur, pudefient,* fenfum putat effe hunc: femper de novo, iteratis vicibus, pudore fuffundentur. In quam cogitationem ante ipfum et VENEMA inciderat, qui שׁוּב h. l. eodem modo de *iteratione* accipit, ut Genes. XXX, 31. *revertar pafcam,* rurfus. Sic et Pf. LXXXV, 7. Dan. IX, 25. Ezech. VIII, 6. Mal. III, 8. ita et *ἀναστρέφειν* et *στρέφειν* Act. VII, 42. XV, 6.

PSAL-

PSALMVS SEPTIMVS.

ARGVMENTVM.

Poeta, hoſtibus cinctus, qui eum non tantum calumniis atque falſis criminationibus vexarent, verum et vitae ejus inſidias pararent, exorditur divini auxilii adverſus hoſtes illos imploratione (Vs. 2. 3.), cui ſtatim ſubjungit graviſſimam innocentiae ſuae conteſtationem, qua crimina ſibi impacta ſumma cum animi fiducia a ſe repellit (Vs. 4—6.). Hinc ad juſtum ſupremi judicis provocat judicium, ut, a qua parte ſiet innocentia, eluceſcat (Vs. 7—10.). Denique de cauſae ſuae bonitate, judiciique divini juſtitia perſuaſus, adeoque ſpe liberationis erectus, hoſtium perniciem, niſi brevi reſipiſcant, annunciat, et mox futuram praedicit, ſeque Iovae juſtitiam eſſe celebraturum profitetur (Vs. 11—18.).

Inſcri-

Inſcriptio docet, compoſuiſſe Davidem hoc carmen *propter* [1]) *Cuſchum, Benjaminitam* [2]). Quisnam vero is fuerit, difficile eſt dictu, quum ejus nomen in Samuelis Regumque hiſtoria nusquam occurrat. Sunt autem multae ac variae interpretum de hoc nomine conjecturae, quarum potiſſimas breviter indicabimus.

I) Atque *primo* quidem, quum כוש Hebraeum *Aethiopiae* nomen ſit [3]), haud pauci noſtrum etiam כוש pro nomine gentili *Aethiopis* habuerunt [4]); totamque appellationem כוש בן־ימיני, *Aethiopis*

1) Hebraice עַל־דִּבְרֵי, quod varie redditur. 1) Chaldaeus, qui עַל תְּבִירָא, *ſuper interitu*, ponit, vocem דִּבְרֵי videtur retuliſſe ad דֶּבֶר, *mors, peſtis.* 2) Alii דְּבָרִים hic, ut ſaepe alias, de *factis malis*, quibus Davides ab hoſte vexatus fuerit, interpretantur. 3) Venema vocem דברים hic in malum ſenſum de *maledicis verbis*, ſive *calumniis* cenſet adhiberi. 4) Mihi ſimpliciſſimum videtur, *propter* interpretari, ut Geneſ. XII, 17. עַל־דְּבַר־שָׂרַי *propter Saram*, Deut. IV, 21. עַל־דִּבְרֵיכֶם *propter vos*, Ierem. VII, 22. *nihil praecepi*, עַל דִּבְרֵי־עוֹלָה *de holocauſto*, ratione holocauſti.

2) בֶּן־יְמִינִי enim eſt *Patronymicon* a בִּנְיָמִין, *Benjamine*, Iacobi filio, pro quo Iud. III, 15. בֶּן־הַיְמִינִי, et 1 Chron. XXVII, 12. conjunctim בִּנְיָמִינִי, et ſine בֶּן ſolum יְמִינִי ponitur 1 Sam. IX, 1. 4. 2 Sam. XX, 1. Eſth. II, 5.

3) Vid. Geneſ. X, 6., ad quem loc. cf. not. noſtr.

4) Sed quamvis Primitivum nonnumquam pro *gentili* ponatur, ut בֵּית־לֶחֶם 2 Sam. XXIII, 24. eſt *Bethlehemita*, et דַּמֶּשֶׂק, *Damaſcenus*, Geneſ. XV, 2., tamen *Aethiops*, ad analogiam formationis nominum gentilium, alias vocatur כּוּשִׁי Ierem. XIII, 23. Amos. IX, 7. 2 Chron. XII, 3.

pis Benjaminitae, nominis proprii viri cujusdam periphraſin eſſe putarunt; ſed cujusnam, iterum diſſentiunt.

1) Quidam, Chaldaeum ſequuti [5]), *Saulum*, regem, *Benjamine* ortum, putant innui, eique hoc *Aethiopis* nomen inditum ſive κατ' ἀντίφρασιν, quod minime fuerit deformi aut nigro corpore, ſed procero et pulchro [6]): ſive, quod ut *Aethiops* atro corpore, ita ille animo eſſet [7]), ſenſu Horatiani illius:

— *Hic*

5) Cujus haec ſunt verba: שִׁירָתָא עַל תְּבִירָא דְשָׁאוּל בַּר קִישׁ דְּמִן שֵׁבֶט בִּנְיָמִן, *Carmen ſuper interitu Sauli, filii Kis, ex tribu Benjamin.*

6) Hujus interpretationis mentionem faciunt Aben-Eſra et KIMCHI, cujus verba apponam: ורבותי׳ זכרונם לברכה אמרו כי המזמור הזה נאמר על׳ שאול וקראו כוש לפי שהיה יפה כמו האשה הכושית דמתרגם איתתא שפירתא *Magiſtri noſtri, piae memoriae, Pſalmum hunc dicunt editum eſſe de Saulo, quem David Aethiopem appellaverit, quod forma decorus fuerit. Quemadmodum et Ziporam* (uxorem alteram Moſis) אִשָּׁה כֻּשִׁית Aethiopiſſam *nominari in Hebraeo* Num. XII, 1. *ſcribunt*, quod eſſet formoſſima, quare *et Chaldaea paraphraſis pro Aethiopiſſa ibi* pulchram *ponit.*

7) KIMCHI: וכן דעת כל המפרשין ואמרו כי קראו כוש מה כושי זה אינו משתנה בעורו כך שאול לא היה משתנה בשנאתו ועל הדרך הזה אמר היהפוך כושי עורו ונמר חברבורותיו *Communis interpretum ſententia eſt, Davidem ideo Saulum appellaſſe Aethiopem, quod ſicut Aethiops pellem ſuam non mutat, ille ſuum in Davidem odium non mutaret, eodem ſenſu quo illud Ieremiae* XIII, 23. numquid Aethiops mutabit pellem? etc. Eadem eſt GLASSII *Philol. S.* p. 707. ed. Dath. PFEIFFERI in *Dubiis Vexatis* p. 562. aliorumque ſententia.

—*Hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto;* alluſione ſimul facta in nomine כּוּשׁ ad קִישׁ, quod nomen fuit patris Sauli. Reſpicere autem hunc Pſalmum ad illud tempus, quo Saulus, Davidem proditionis inſimulans, vitae ejus inſidiaretur [8]). Cui ſententiae KIMCHIUS neque obſtare putat Verſum decimum quintum, quo poeta ejusmodi verbis in adverſarium invehitur, qualibus Aben-Eſra Davidem vix uſum eſſe exiſtimat in Saulum, regem a Iova conſtitutum. Namque obſervat ille, et coram ipſo Saulo Davidem in haec verba prorupiſſe: *a ſonti prodit ſcelus* [9]). Sed VENEMA recte, meo judicio, Saulum ipſum hic intendi ideo potiſſimum dubitat, quod *calumniatoris* magis, quam perſecutoris perſona Cuſcho hic aptetur.

2) Aliis *Cuſchi* nomine *Simei* videtur intelligendus, notus ille inſultor, obtrectator et perſecutor Davidis, qui ei, coram filio fugienti, Sauli filiorumque necem imputavit, et ab ipſo nunc juſte vindicari calumniatus eſt [10]). Hunc vero כוש appellatum cenſent, nomine quod *Aethiopem*

8) Hiſtoria legitur 1 Sam. XXII, 6. 7. 8.

9) 1 Sam. XXIV, 14. KIMCHII verba ſunt haec: והחכם רבי אברהם בן עזרא זכרונו לברכה הרחיק זה הפי׳ כי אמר היאך יאמר זה על משיח ה׳ הנה יחבל און — ואין טענתו טענה שיאמר על שאול הנה יחבל און ולמה לא יאמר כן והנה אמר לו דוד בפניו מרשעים יצא רשע.

10) Vid. 1 Sam, XVI, 5. ſeqq.

thiopem et *nigrum* ſignificat, quod moribus et ingenio niger fuerit, et pravitate inemendabili. Habuit autem Simei patrem *Gera*, et avum *Iemini*, atque ita fuit Ieminides, ſicut et nominatur 2 Sam. XVI., 11., quum avum etiam pro patre in ſerie generis recenſere Hebraei ſoleant, et hoc modo Simei dici Ieminides potuit. Sic Verſus decimus quintus de Ahitophele interpretandus erit, et Verſus quartus vel de Mephiboſetho, vel etiam de Saulo ſimpliciter. Objiciebant enim hoc Benjaminitae Davidi, quod per vim et fraudem eripuiſſet regnum Saulo ejusque poſteris. Verum ut taceam facile cogitari poſſe rationem, cur *Simei* nomen Davides diſſimularet, occurrunt in Pſalmo ipſo talia, quae Abſalonicae perſecutioni vix conveniant. Primo enim poeta eum, a quo gravia paſſus eſt, *inimici* nomine abſolute inſignit (Vs. 6.), atque *impiis* accenſet (Vs. 10.); quod, ut bene obſervat VENEMA, Abſalomo partim minus convenit, partim de eo non videtur dicturus Davides. Abſalom enim non tam hoſtilem in Davidem geſſit animum et hoſtiliter eum perſequutus eſt, quam regnum patris, jam ſenis, ſibi affectavit. Praeterea ſatis conſtat, quantus fuerit in Davide parentis affectus in Abſalonem, qui eum ſane impedivit, quo minus de filio tam duriter loqueretur. Deinde quae Verſu tertio leguntur, parum apta videntur Abſalonicis temporibus. Etenim quamquam aufugerit Davides, cum filius re-

regnum ſibi violenter vindicaret, is tamen patrem non ubique *ad mortem* eſt inſectatus, ipſiusque necem, ut terribilis *leo*, et immanis ac truculentus hoſtis, quaeſivit, nec vitae ejus quocunque modo inſidiatus, ut innuitur Vs. 3. 6. 16. 17. Quae omnia optime autem Saulicis vexationibus conveniunt; quare ea veriſſima ſententia videtur, qua

II) *Cuſch, Benjaminita,* accipitur pro nomine proprio ignoti alicujus viri, Sauli contribulis [11]), qui atrocis in criminis invidiam adduxerat Davidem. Sauli vero gentiles tum primas in regno obtinebant, unde hominis iſtius calumniae tanto majorem apud regem vim et efficaciam videntur habuiſſe [12]).

2. 3. Epi-

11) Eadem Aben-Eſrae eſt ſententia: והנכון שזה כוש היה יהודי וככה שְׁמוֹ והוא מבני בנימין *Vera ſententia eſt haec, fuiſſe* Cuſch *illum natione Iſraelitam, cui nomen illud fuerit, tribu vero Benjaminitam.*

12) Mitto alias minus probabiles ſententias, veluti Patrum plurimorum Eccleſiae veteris: Baſilii, Chryſoſtomi, Theodoreti, Auguſtini, qui hunc Pſalmum Abſalonicae perſecutioni accommodant ita, ut eum, qui hic כוש vocatur, eundem eſſe dicant cum *Chuſai,* Arachide, cujus 2 Sam. XV, 32. XVI, 16. mentio ſit. Verum refellitur illa opinio Hebraico textu, in quo *Chuſaeus*, Arachita, primam nominis literam habet ח *Chet* (חוּשַׁי הָאַרְכִּי), noſter autem *Chuſus* literam *Chaph*, כ praefert. Accedit quod *Chuſai*, Arachita, neque Benjaminita fuit, neque Davidis inſultator et obtrectator, imo potius pio ac fideli erga eum animo.

2. 3. Epiphonemate orditur, quo ſubitaneam ex hoſtium perſecutione liberationem ſupplicat:

Iova, mi Deus, ad Te confugio,
Serva me a tot meis perſecutoribus, eripe me his!
Ne hoſtis, tanquam leo, me dilaniet,
Nec me, ſubſidio deficiente, discerpet.

In verbis בְּךָ חָסִיתִי KIMCHI emphaſin recte obſervat: בך חסיתי ולא בעזרת אדם הושיעני מכל רודפי הנסמכים עם שאול *In te fiduciam meam pono, non in humano auxilio, quare ſerva me ab omnibus, qui me perſequuntur, qui a Saulis partibus ſunt.* Quum Vs. 2. *perſequutores* in Plurali numero nominentur, ſed Vs. 3. *unius* tantum fiat mentio, in Singulari; Aben-Eſra hunc distributive cenſet accipiendum, et ita exponendum: כל אחר מאויביו *ſuorum hoſtium unusquisque*, cujus loquendi formulae ſimile exemplum affert Geneſ. XLIX, 22. בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *palmites* quarum unaquaeque *progreditur ſupra murum.* Alia exempla orationis *diſtributivae*, qua pluralis et ſingularis *alternant*, vide in STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 364. Idem h. l. ſequuti ſunt GEIERUS et plerique poſt ipſum. Verum alii commate *ſecundo*, ubi de *pluribus* eſt ſermo, Davidis calumniatores, et delatores, quique Sauli in Davide vexando opem exhiberent, *tertio* autem *Saulem* ipſum innui putant, cujus ferinus plane eſſet in Davidem animus, et qui ejus vitae immineret ſumma cum violentia et aviditate, quare apte *leoni* conferatur, ob feritatem, crudelitatem et potentiam. Praeivit hanc ſententiam KIMCHI [זה לא יאמר על אויב אחר שהיה לו לדוד אלא על שאול שהיה מלך], eamque Venema defendit *duobus* his argumentis, *primo*, quod figura orationis diſtributivae non indigeamus, cum *diſtingui* commode poſſint; *deinde*, quod comparatio cum *leone* et *dilaniationis* deſcriptio rectius in unum inſignem et potentem, quam in quosvis conveniat hoſtes. Non autem nominaſſe poetam hoſtem illum, *emphaſeos* cauſa, eo indicans;

 eum

eum et nemini non eſſe notum, adeoque eximium et publicum perſecutorem. Sed nunc de ſingulis videndum eſt: פֶּן יִטְרֹף כְּאַרְיֵה נַפְשִׁי *Ne dilaniet, ut leo, animam meam*, i. e. me. Hoſtes ſuos Davides ſaepius *leonibus* comparat, veluti Pſ. XXII, 22. XXXV, 17., quia immanitate, truculentia et ferocitate certare videbantur cum leonibus atrociſſimis. Exempla plura congeſſit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. L. III. Cap. 5. T. II. p. 87. edit. Lipſ. Verbum טָרַף, proprie *carpſit* per extrema, uſurpatur maxime de feris, praedam humi trahentibus, et membratim vellentibus, ut pluribus docet ALB. SCHULTENS in *Commentar. in Proverb. XXXI*, 18. p. 513., qui et locum ex FIRUZABADIO apponit, eam ſignificationem bene illuſtrantem: الطوارف من السباع التي تسلب الصيد *Carptrices vocantur e feris, quae praedam humi trahant*, non tam *frangentes* eam, quam *carpentes per extrema*. Hinc טְרֵפָה Levit. VII. 24. *cadaver*, cujus extremitates per feras concerptae ſunt, qua nota ſejungitur a נְבֵלָה *cadavere*, ſive *morticinio* quovis. — Quum Hebraei, ut Arabes et Syri, *veſci carne fratris* dicere ſoleant eum, qui de aliis male loquitur, alios calumniatur (vid. Pſ. XXVII, 2. Iob. XIX, 22. et cf. I. D. MICHAELIS librum, *Beurtheilung der Mittel, die ausgeſtorbene Hebräiſche Sprache zu verſtehen*, atque in Chreſtomathia Arabica, ejus Grammaticae adnexa, fabulam Locmanni triceſimam atque p. 133.); HEZELIUS in Nott. ad Bibl. Germ. ad h. l. noſtra etiam loquutione quaſi illi ſynonyma, *calumnias* opinatur indigitari. Verum utraque loquendi formula ut verbis, ita etiam imagine diverſa eſt. In verbis פֹּרֵק וְאֵין מַצִּיל explicandis mirum quantum allucinati ſunt noſtri aevi interpretes, Alexandrino, ſeu potius CAPPELLO illum ſiniſtre accipiente, ſeducti. Namque quum Graecus interpres pro Hebraicis μὴ ὄντος λυτρουμένου μηδὲ σώζοντος, *nemine liberante* (ſignificationem Chaldaici פְּרַק ſequutus) *nec ſervante*, poneret; illum

lum in fuo codice CAPPELLUS in *Crit. S.* Lib. IV. Cap. X. p. 659. edit. Vogel. Scharfenb., addita ante פֹּרֵק particula אֵין, ita legiffe putat: אֵין פֹּרֵק וְאֵין מַצִּיל. In quam fententiam licet jam BUXTORFIUS Fil. in *Anti-Critica* p. 657. recte animadvertiffet, addidiffe Alexandrinum particulam negativam de fuo, ut et alias, quod fenfus id requireret, eamque repetiiffe ex priori hemiftichio et reliquos interpretes, qui verbum פֹּרֵק fignificatione *lacerandi* fumerent; tamen I. D. MICHAELIS, hunc nutum negligens, in verfione vernacula *ohne Helfer und Erretter* reddit, atque in *Biblioth. Orient.* P. XI, p. 198. Cappelli commentum, quamvis illo non nominato, repetit, novoque errore auget, dum Syrum etiam particulam אֵין in fuo codice bis legiffe autumat. Syrum vero, qui ܘܠܝܬ ܕܦܪܘܩ ܘܡܦܨܐ *nec eft falvans et eruens*, vertit, non transpofuiffe voculam וְאֵין, ut DATHIUS in Nota Pfalterio Syriaco h. l. fubjecta opinatur, fed ex priori hemiftichio פֶּן repetiiffe, facile, puto, intelligitur. Michaelem tamen fequuti funt Dathius in Verfione Pfalmorum, KNAPPIUS, atque, quod mireris, KOEHLERUS in *Nott. Critt.* in *Repertor.* P. III. p. 30. SCHARFENBERGIUS vero in Nota Cappelli loco fupra indicato fubjecta, Alexandrinum ordine tantummodo verborum mutato, fed nullo additamento, legiffe exiftimat אֵין פֹּרֵק וּמַצִּיל. Sed recte negat STANGE in *Anti-Critica* P. I. p. 65. veteres aliam, ac nos, in fuis codicibus lectionem inveniffe, repetiiffe tantummodo quae particulae פֶּן in priori hemiftichio infit, negationem; Alexandrinum vero, fi אֵין bis legiffet, haud dubie ita fcripfiffe: *μὴ ὄντος λυτρομένου μηδὲ ὄντος σώζοντος.* Ceterum, quamvis ex Alexandrini Syrique interpretatione, quam et Vulgatus atque Arabs fequitur, fenfus neque incommodus prodeat, neque talis, qui ab Hebraei פֹּרֵק fignificatione alienus fit, quum verbum illud apud Hebraeos non minus, quam apud Aramaeos, *liberandi, eripiendi,* notione ufurpetur, vid. Pf.

 CXXXVI,

CXXXVI, 24. Thren. V, 8., tamen, quum repetitioni negationis *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* difficultatis aliquid inſit, praeſtat, verbum פָּרַק propria *divellendi, discerpendi* ſignificatione accipere, totumque hemiſtichium ita vertere: *dilacerans* exiſtit, inſtat, *ſed nullus adeſt, qui eripiat* me illius faucibus. Quam interpretationem et Chaldaeus praeivit, qui יִפְשַׁח וְלֵית דְּיִפְצֵי, *dilaniat, ſed nullus adeſt, qui liberet;* et commendat illam membrorum parallelismus, qui poſtulat, ut nomini אַרְיֵה, in priori hemiſtichio, in poſteriori ſimile aliquod reſpondeat, quod vix aptius eo quod hic poſitum eſt, פֹּרֵק, *discerptore*, eligi poterat, quum leo praedae carnem et membra unguibus discerpat et dilaceret. Ita Aben-Eſra quoque: כי האריה יפסיק המפרקת *leo enim divellit membrorum juncturas.* Negat quidem MICHAELIS l. c., Hebraeo פָּרַק *divellendi, discerpendi* notionem ineſſe, ſed recte STANGE illam vindicat loco 1 Reg. XIX, 11., ubi מְפָרֵק הָרִים vix aliter verti poteſt, quam *divellens montes*, et ſynonymon eſt verbi ſequentis, מְשַׁבֵּר, *diffringens.* Accedit dialectorum tam Arabicae, quam Aramaeae conſenſus, in quibus omnibus verbi illius propria ſignificatio *dividere, divellere* eſt, et translate demum *liberare* ſignificat. Cf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. III. C. 2. Tom. II. p. 43. edit. Lipſ. Quae quum ita ſint, non eſt opus, cum WEPLERO in *den philolog. und krit. Fragmenten*, Faſc. III. p. 22. ad notionem *pavendi, timendi* confugere, quae Arabum فرق ineſt; ut verba noſtra ita vertenda ſint: *anxius ſum, ſed nemo adeſt, qui me liberet.* Accedit, quod iſta ſignificatio nec in Aramaeorum dialecto, cum Hebraica propius cognata, in uſu ſit.

4. 5. 6. Ego, inquit, tuam, Iovam, exſpecto opem, meae conſcius innocentiae. Eam his verbis teſtatur:

Iova,

Iova, mi Deus, ſi id feci,
Si manus mea flagitio eſt commaculata,
Si amicum injuria affeci,
Si mihi immerito adverſantem ſpoliavi;
Hoſtis me proſequatur, meque aſſecutus
Ad terram proculcet et humi proſternat.

אִם עָשִׂיתִי זֹאת *Si hoc feci.* VATABLUS per reticentiam intelligi putat id, quod Saul ſuſpicaretur, vel quod Saulis adulatores de ipſo ſuggererent, quod ſcilicet regnum ambiret, aut capiti ejus inſidiaretur. Sic GROTIUS quoque: „*ſi feci iſtud,* quod Sauli comites mihi exprobrant, 1 Sam. XXIV, 10. et XXVI, 10.“ Idem ſequitur VENEMA: זאת, inquiens, „inſigni hic gaudet emphaſi, qua adauget ſignificationem, et digito quaſi monſtratur: *hoc,* quod mihi impingitur, et in vulgus jam emanavit; *hoc,* propter quod perſequutionem patior a Saule,“ etc. Sed rectius haud dubie JARCHI intelligendum ait מה שמפרש אחריו *quod ſtatim exponit,* ſive ſubjicit. Quicquid eligas, nullo modo neceſſe eſt, ut vocabulo זאת tam frequenter notiſſima ſignificatione occurrenti, cum PAULO in *Clavi* hoc ſolo loco novam ex Arabica dialecto, in qua زأب *ſuperbivit* valet, notionem *inſolentiae* affingamus, ut hoc hemiſtichium ſit vertendum: *ſi inſolenter egi.* Neque, quod IACOBI, qui in Notis ſuae Pſalmorum verſioni ſubjectis, hanc Pauli interpretationem amplectitur, receptae opponit, pleonasmum perquam inelegantem efficere, verum mihi videtur. Eſt enim pronomen illud δεικτικῶς, ut explicavimus, poſitum, neque ineptum totius orationis tenori, neque in ſimilibus locis, ubi magnum et grave crimen indigitatur, inuſitatum. Veluti 1 Reg. XI, 11. *Propterea quod* הָיְתָה זֹּאת עִמָּךְ *fuit hoc tecum,* tu hoc perpetraſti: *ut foedus meum et praecepta mea non ſervaſti.* Ierem. V, 7. אֵי לָזֹאת אֶסְלַח־לָךְ *Poſſumne tibi iſtud ignoſcere? Nati tui, relicto me, per non deos jurant.* — אִם־יֶשׁ־עָוֶל בְּכַפָּי *Si eſt iniquitas*

tas in manibus meis. *Manum* Aben-Efra hoc loco nominatam exiftimat כי בה יכה האדם ויהרג *quoniam homines ea caedere atque occidere folent.* Sed pleonaftice, ut faepe יָד, pofitum videtur, cf. GLASSII *Philol. S.* p. 113. edit. Dath. Si fraudem aut injuriam ullam ufurpo aut ufurpavi.

5. In verbis אִם־גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע explicandis diffentiunt interpretes de voce שׁוֹלְמִי. Ut ab antiquiffimis ordiamur; 1) *retribuendi* fignificatione illam hic accipiunt Alexandrini, connectuntque cum רָע, vertunt enim ita: *εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά*, quod fequitur Vulgatus: *reddidi retribuentibus mihi mala*, i. e. malum malo compenfavi. Eundem fenfum Syrus exprimit: ܐܢ ܦܪܥܬ ܠܗ ܠܡܢ ܕܥܒܕ ܠܝ ܒܝܫܬܐ *fi retribui ei, qui mihi malum fecit;* atque amplectitur KOEHLER in *Nott. Critt.* His fenfu proximus eft ALB. SCHULTENSIUS, qui tam in *Commentar. ad Iob. XXIII*, 14. p. 642., quam in *Commentar. ad Prov.* XI, 31. p. 111. verbum שָׁלַם 2) *dedendi, tradendi, prodendi* fignificatione fumit, quam cognatum Arabum سلم in Conjug. IV. (أسلم) habet, quod Philologi Arabes verbo خذل exponunt, quod eft *ceffare a defendendo, prodere.* Hinc formula أسلم حقه *dedidit jus ejus*, i. e. eum non defendit, fed hoftibus tradidit vexandum. Quare noftrum locum fic vertit: *fi retribui dedenti me malum*, ut שׁוֹלְמִי *deditor meus*, et צוֹרְרִי, *hoftis meus*, membro fequenti, fint fynonyma. Idem fequitur VENEMA et MUNTINGHE. Verum five hanc, five priorem interpretationem praeferas, neutra facile admitti poteft, nifi pro שׁוֹלְמִי legas מְשַׁלְּמִי, Participium formae Piel, ut recte EICHHORN monet in *Biblioth. Univerf. Literat, Bibl.* P. I. p. 496. feq., qui ceterum fenfum priorem eligit. Sed hac mutatione ex fola conjectura nequaquam eft opus, quum,

quod

quod in textu eſt, שֹׁלְמִי: ſenſum perquam aptum reddat, ſi verbum Hebraeum 3) notiſſima *pacem colendi*, ſignificatione accipias. Quam interpretationem Chaldaeus praeivit: אִין פְּרָעִית לְבַעַל שְׁלָמִי בִּישׁ, *ſi retribui viro pacis meae malum.* Sic et KIMCHI שֹׁלְמִי recte exponit מי שהיה עמי בשלום *eum qui mecum pacem coleret*, amicum meum. Quemadmodum Pſ. XLI, 10. *amicus* אִישׁ שְׁלוֹמִי *vir pacis meae* vocatur. Eadem ſignificatione שָׁלֵם occurrit Iob. XXII, 21. הַסְכֶּן־נָא עִמּוֹ וּשְׁלָם *accommoda te illi, et pacem habe.* — Non minorem in hemiſtichio altero interpretationis varietatem creavit *πολύσημον* חָלַץ in verbis: וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם. Etenim quum illud 1) aliis locis prima *extrahendi* notione occurrat, haud pauci hoc loco de *extrahendo* e malis, de *liberatione* e periculis accipiunt. Ita KIMCHI, Aben-Eſram ſequutus, וָאֲחַלְּצָה interpretatur: אבל הייתי מציל אותו, *ſed, imo, eripui illum*, hoſtem meum, *e periculis.* Verum hanc interpretationem vix admittunt, quae ſequuntur; proditurus enim tum eſſet ſenſus hic parum aptus: ſi unquam hoſtem immerito mihi infenſum e periculis liberavi, inimicus me perſequatur. Multo aptius JARCHI verbum Hebraeum accipit 2) *exuendi, diripiendi, ſpoliandi* notione, וָאֲחַלְּצָה, inquit, לשון הפשטת בגדים *ſignificat extractionem veſtium.* Senſum vero ita explicat: אם שיחתי את חליצתו בכרתי את כנף מעילו אם להשחית ולחלצו ולהעמידו ריקם ובשנאה עשיתי אלא להודיעו שהיה מסור בידי להורגו ולא הרגתיו *Si in animum induxi extractionem veſtium ejus* (Sauli), *dum alam pallii ejus abſcidi* [vid. 1 Sam. XXIV, 4. 5.], *ſi ad perdendum eum atque exuendum eum veſtibus ſuis, ut eum vacuum* (veſtibus ſpoliatum) *conſtituerem, et ſi ex odio iſtud feci* (tunc perſequatur me hoſtis; ego vero id non eo animo feci), *ſed ut notum facerem, quod* (rex Saul) *traditus fuerit in manum meam, ut eum occidere potuiſſem, ſed illum non interemi.* In eandem cogitationem incidit LUDOV. DE DIEU in *Crit. S.* p. 127. „Verbum חָלַץ, proprie *extrahere, eripere, auferre* ſignificat, et de veſtibus,

ſtibus, quae alicui exuuntur et eripiuntur proprie dicitur; ut *calceo*, Deut. XXV, 10. [חֲלוּץ הַנָּעַל], Eſai. XX, 2. [וְנַעַלְךָ תַחֲלֹץ מֵעַל רַגְלֶךָ]; hinc Chald. pro Hebraico פָּשַׁט eſt in Tharg. חֲלַץ, ut 1 Sam. XXXI, 8. 9. Et apud Syros ܚܠܨ eſt *exuere, ſpoliare*, vid. Actor. XIX, 37. Col. II, 8. ubi pro συλαγωγῶν ponitur. Itaque locum hunc ſic verto: *ſi rependi pacifico meo malum, et ſpoliavi eum, qui hoſtis meus erat immerito;* reſpicit, niſi fallor, ad hiſtoriam 1 Sam. XXIV, 4. 5. Et Cap. XXVI, 11., ubi Saulem immerito vitae ſuae inſidiantem, ne veſte quidem, aut matula atque haſta ſpoliare voluit." 3) Chaldaeus, ABENDANA recte obſervante, פירשו כמו הפוך ואלחצה מן וגם ראיתי את הלחץ, וגר לא תלחץ *verbum* חָלַץ *ita interpretatur, ac ſi eandem cum* לְחַץ, *transpoſitis literis, ſignificationem* opprimendi *haberet* (*vid. Exod. III.* 9. *XXIII*, 9.), vertit enim: וּדְחָקִית מְעִיקַי מַגָּן *ac ſi oppreſſi, qui me immerito arctabant;* unde MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* T. X. p. 198. et in *Supplemm.* p. 795. praepropere, ut mihi videtur, colligit, Chaldaeum in ſuo codice וָאֶלְחֲצָה legiſſe, quod ipſum et noſtro textui reſtituendum cenſet. Conſentiunt Koehlerus atque Dathius. Sed quum Chaldaeus alias ſemper cum textu Maſorethico conveniat, neque vero in ullo eorum, qui adhuc collati ſunt, codicum varietas aliqua inveniatur; equidem potius interpretem illum verbo Hebraeo cognati לָחַץ notionem tribuiſſe putem. Sed huic interpretationi recte, meo judicio, N. GUIL. SCHROEDERUS, a Muntinghio per literas de hoc loco conſultus (vid. hujus *Obſervatt. philologg.* P. III, p. 14. verſ. germ.), obvertit, verbum לָחַץ conſtanter uſurpari de *potentiore*, aut *fortiore*, *qui infirmiorem opprimat;* id vero Davidi, a Saulo vexato, cum hoc carmen effunderet, minime convenire. Verum poterat Chaldaeus verbum חָלַץ et 4) eadem ſignificatione accipere quam cognatum et conſonans prope Syriacum ܐܠܨ, habet: *coegit, urſit, arctavit, afflixit.* Literas enim Gutturales ח et א in

in Hebraea et Aramaea dialecto ſaepe permutari, ſatis notum. Illud ipſum verbum hoc loco poſuit Syrus interpres: ܐܘ ܐܠܨܬ ܠܒܥܠܕܒܒܝ ܣܪܝܩܐܝܬ *ac ſi anguſtia affeci hoſtes meos fruſtra,* i. e. non laceſſitus. Non itaque opus eſt, ut cum Michaele Syrum לָחַץ legiſſe opinemur. Neque Grotii conjecturam, forſan hic olim אלצה ſcriptum fuiſſe, poſſum probare. 5) Senſum et ſatis commodum et elegantem praebet, quam SCHROEDERUS cum Muntinghio (l. c.) communicavit, interpretatio: Hebraeum חָלַץ conferendum cenſet cum Arab. خلص, *evulſit, extraxit*, ejusdem cum خلع ſignificationis, quod verbum, quum proprie *extrahere, detrahere* denotet, deinde translate eſt: *detrahere aliquem de dignitate aut munere,* eum quaſi *revellendo* de loco ſuo. Eam notionem vero huic loco prae ceteris aptam eſſe, quum Davides a calumniatoribus inſimularetur, voluiſſe ipſum dignitate regia Saulum ſpoliare. Sunt autem, illa ſignificatione adſumta, verbo Hebraeo, ut et ipſe Schroederus monet, haec ſubjicienda puncta vocalia: וָאֲחַלְּצָה. Totum itaque locum ſic reddendum cenſet; *ſi umquam proditori malum retribui, aut eum, qui mihi immerito adverſaretur, regno conatus ſum ſpoliare.* Verba enim, quae actionem ſeu effectum notant, quandoque de *conatu* tantummodo *agendi* ſunt intelligenda, obſervante GLASSIO *Phil. S.* p. 202. ed Dath. 6) Singularis eſt Alexandrini interpretatio, hemiſtichium hoc poſterius ut ἀπόδοσιν accipientis: ἀποπέσωμαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός· cujus verſionis rationem Koehlerus ignorare fatetur. FERRANDUS in *Annotat. ad Paraphraſ. hujus Pſalmi* p. 159. interpretem illum in ſuo codice Hebraeo ואחלצה מצוררי inveniſſe exiſtimat, quae ad verbum ſic vertenda ſint: *et ſubtrahar ab hoſtibus meis,* „hoc eſt," inquit, „*decidam merito ab inimicis meis:* nam copula ו, pro commoditate ſententiae, ſignificare poteſt *merito*, *certe*, et id genus alia; et *qui e conſpectu inimicorum inanes eripiuntur, cecidiſſe*

cidiſſe cenſentur. Quod autem verbum חלץ aliquando ſignificet *eripi e conſpectu alicujus*, patet ex Oſ. V, 6."
Quae quum non ſatis clara ſint, ſubjungo eam, quam ipſe Ferrandus dedit, paraphraſin: *Si benefactoribus meis malum reddidi; opto, ut inimicis meis ſuccumbam ſpe fruſtratus.* A qua ſententia non multum abeſſe videtur MICHAELIS, qui in *Supplemm.* l. c. Alexandrinum credit verbum חָלַץ, *exuere*, hic intranſitive et ſemipaſſive accepiſſe, *exui*, *excidere*, probatque Theodoreti explicationem: *inimicis me meis ſubjicias, ut non ſolum gloria et regno me privent, ſed et tradant* (*καταγελάστῳ θανάτῳ*) *morti cum ludibrio.*

6. Ut innocentiam fortius affirmet, jurisjurandi ad modum poenam adjungit, quam, ſi falſum loqueretur, ſubire vellet. In verbis יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי magnopere criticos pariter atque grammaticos exercet inſolita verbi יִרַדֹּף forma. Praecipuas ſententias breviter enumerabimus. 1) Grammaticorum ex Iudaeis vulgaris opinio eſt, eſſe futurum, mixtam formam habens e conjugationibus *Cal* et *Piel;* in *illo* eſſet יִרְדֹּף, in *hoc* יְרַדֵּף. Rationem compoſitionis KIMCHI affert hanc, quod Davides indicare voluerit, ut ſi illorum criminum vere ſit reus, inimicus ipſe eum perſequatur, et alios etiam ad ipſum perſequendum inſtiget. Idem ſequuntur BUXTORFIUS, ALTINGIUS, DANZIUS in *Grammaticis*, GLASSIUS in *Philolog. S.* p. 260. ed Dath., multique alii. Verum non hanc ſolum, ſed omnes omnino ejusmodi formas conjugationum mixtas, ab analogia ut omnium aliarum linguarum, ita nominatim Orientis plane alienas eſſe, recte monet STANGE in *Anti-Crit.* P. I. p. 70. — Alii, ab ABEN-ESRA et SALOMONE MELECHIDE commemorati, יִרַדֹּף contractum exiſtimant e Futuro conjugationis *Hithpael*, pro יִתְרַדּוֹף. Eadem eſt ALB. SCHULTENSII ſententia in *Inſtitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* §. CXX. edit. ſec. p. 307. „Dices," inquit, „יִרַדֵּף ſcribendum fuiſſe, quod Reſch non patiatur ante ſe Chirek breve ſine

ſine compenſatione. Quidni? Lingua viva parum curat tales regulas. In *Cholem* autem omnia Futura olim exire potuiſſe credibile.“ Vertendum autem ita cenſet: *indeſinenter et intenſiſſime perſequatur*. Conſentit N. G. SCHROEDERUS in *Inſtitt.* Reg. LVII, 5. et LXVIII, 7. Cui ſententiae tamen recte STANGE opponit, literam praeformantem ת ex הִתְ conjugationis Hithpael per Dageſch forte primae radicali non inſeri, niſi haec fuerit litera cognata, quales ſunt ד, ט, ת, כ et שׁ, interdum quoque ן; ſed ante literam ר exemplum eliſi ת extare nullum. Neque deinde puncta יִרַדֹּף ex Hitphael explicari pati, compenſationem enim literae ת ante ר non fieri, niſi productione vocalis brevis in longam, nimirum Chirec in Tſere. Tum nec ullum exemplum, ubi Hitphael vocali Cholem finiatur, adferri poſſe. Neceſſario igitur in Hithpael יִתְרַדֵּף, ſaltem יֵרַדֵּף ſcribendum fuiſſe. — Nec magis analogiae congruere videtur, quod 3) STORR in *Obſervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 219. in medium attulit, יִרַדֹּף eſſe contracte pro יִתְרַדֹּף poſitum, quod quidem pro Paſſivo e forma *Piel* orto habet, cui ſimilia exiſtimat נִוַּסְּרוּ Ezech. XXIII, 48. pro נִתְיַסְּרוּ *erudientur;* נִכַּפֵּר Deut. XXI, 8: pro נִתְכַּפֵּר *obtegetur*. Verum ut taceam, haec exempla a noſtro verbo non parum differre, et contextus orationis nullo modo admittit, ut verbum יִרַדֹּף *paſſive* ſumatur. — Quibus difficultatibus preſſi nonnulli putarunt 4) puncta huic voci ſubjecta incuriae librariorum imputanda, atque ſic reſtituenda eſſe, ut Futurum Conjugationis *Cal*, יִרְדֹּף, exhibeatur, quod ipſum reperitur in *decem* codicibus a de Roſſio inſpectis, atque in uno Regiomontano, quem LILIENTHAL in *Commentat. Crit. de duobus Codd. Hebrr.* deſcripſit atque excerpſit, (vid. p. 371. ibid.), neque non in quibusdam libris editis, a de Roſſio indicatis. Verum quum artis criticae periti praecipiant, lectionem inſolentiorem et minus conſuetam faciliori et ſolenniori eſſe praeferendam; ego illorum codicum auctoritati non tantum tribuerim, ut יִרְדֹּף

in

in textum recipiendum cenſerem. 5) KOEHLERUS in *Nott. Critt.* in *Repertor.* P. III. p. 31. in punctis vocalibus verbo יִרְדֹּף ſubſcriptis indicium duarum lectionis varietatum deprehendiſſe ſibi videtur; in aliis codicibus יִרְדֹּף olim, in aliis יְרַדֵּף, in *Piel*, lectum fuiſſe, quas varietates librarii dubii, utram praeferrent, conjunxerint, et quaſi commiſcuerint. In eandem cogitationem incidit GUIL. FRID. HEZEL in *Grammat. Ling. Hebr.* Hal. 1777. vernacule edita, p. 204. Sed omnes hae conjecturae ſupervacaneae plane ſunt, 6) quum, ut oſtendit STANGE in *Anti-Crit.* P. I. p. 75. ſeqq. יִרַדֹּף, analogiae prorſus conveniens, ſit tertia perſona temporis futuri in Conjug. *Cal.* Ad exemplum conſueti יִקְטֹל omnino יִרְדֹּף ponendum erat. Sed notum eſt, *Schevata compoſita* et aliis conſonantibus, quae non ſunt gutturales, ſubjungi, inprimis id fieri ſub litera ר interdum, quod תְּבָרֲכוּ Num. VI, 23. et alia plura probant, cf. SCHULTENSII *Inſtitt.* §. LIV. Ut igitur ſcribitur תִּהֲלַךְ Pſ. LXXIII, 9. Exod. IX, 23., ita etiam יִרֲדֹּף ſcribi potuiſſe, nulla eſt dubitatio. Atque ita revera de Roſſi non ſolum in pluribus libris editis antiquioribus et recentioribus, verum in manu etiam exaratis ſcriptum reperit. Attamen et vulgatius יִרַדֹּף non minus, quam יִרֲדֹּף, analogiae grammaticae nequaquam repugnare, idem Stange probavit. Vocalis Pathach enim tanquam furtiva ſaepiſſime pro Schevate et ſimplici et compoſito ponitur. Sic Pathach pro Chateph occurrit Iob. III, 6. in voce יִחַד, ubi Pathach furtivum ſub ח ponitur ſequente Dageſch leni, plane ut in noſtro verbo. Genes. XVIII, 30. אַל־נָא יִחַר; 2 Reg. I, 2. וַיִּחַל pro וַיֶּחֱל; 1 Reg. XIV, 3. וְלָקַחַתְּ pro וְלָקַחַתְּ; Geneſ, IV, 23. שְׁמַעַן pro שְׁמַעַן. Cf. SCHROEDERI *Inſtitt.* Reg. XLIX. Atque ita etiam pro יִרֲדֹּף potuit יִרַדֹּף poni; in quo igitur, quod vix monitu opus erit, Dageſch literae Daleth inſcriptum, non eſt forte ſed lene. — In verborum וּכְבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן interpretatione diſſenſum creat maxime nomen כָּבוֹד, quod 1) quidam de *dignitate regia* intelligunt, cujus obtinen-

dae

dae Iova Davidi ſpem fecerat; tunc *pulvis* humilem et abjectam conditionem indigitabit. Ita DOEDERLEIN in *Scholiis in Libros Poetic.* ad h. l.: „*Dignitas mea deprimatur.* Si nocens ſum, lubens patiar hoſtiles perſequutiones, patiar, ut jam in altius honoris culmen evectus dejiciar ab hoc faſtigio, et pulverem inhabitem, humiliter vivam." Quum tamen parum ſit veriſimile, Davidem, priusquam dignitatem regiam adeptus eſſet, de ea amittenda cogitaſſe; magis placet eorum ſententia, qui 2) כָּבוֹד de *anima* accipunt, qua nihil praeſtantius habet homo, ut ſignificatione cum חַי et נֶפֶשׁ, in priori hemiſtichio conveniat. Eodem ſenſu manifeſte occurrere Geneſ. XLIX, 6., recte monet Aben-Eſra; illic enim poſtquam Iacobus dixiſſet: בְּסֹדָם אַל־תָּבֹא נַפְשִׁי *in congreſſum eorum ne veniat anima mea*, eadem ſtatim, ex parallelismi membrorum more, aliis verbis repetit: בִּקְהָלָם אַל־תֵּחַד כְּבֹדִי *in coetu eorum ne adunetur gloria*, i. e. anima *mea*. Idem plane parallelismus cernitur Pſ. XVI, 9. שָׂמַח לִבִּי וַיָּגֶל כְּבוֹדִי, ubi כְּבֹדִי manifeſte ſynonymum eſt לִבִּי שֵׁד. Cf. ad eum locum I. D. MICHAELIS in *dem kritiſchen Collegio*, p. 163 — 179. et vide Pſ. XXX, 13. LVII, 9. CVIII, 2. Nequeo igitur aſſentiri HENSLERO, qui in *Obſervatt.* ad h. l. vernacule ſcriptis, Geyſero praeeunte nomen כָּבוֹד *animae* ſignificatione ullo loco ſumendum eſſe prorſus negat, atque, ut Pſ. XXX, 13. ita et hoc loco 3) abſtractum, כְּבוֹדִי, pro *concreto* poſitum cenſet, ut hic prodeat totius inciſi ſenſus: *an me, glorioſum, in pulverem protrudat* (*ſoll er mich, den Ruhmvollen, in den Staub ſenken?*), i. e. num hoſtis in medio gloriae meae curſu exitio me dabit? In eundem fere ſenſum VATABLUS: „gloriam meam ita extinguat, ut nulla mei memoria ſit apud ſuperſtites et poſteros." Ad quae verba tamen VOGEL in illius *Annotatt. in Pſalmos* a ſe editis, p. 21. recte animadvertit, כְּבוֹדִי potius hic idem eſſe, quod נֶפֶשׁ et חַי. Eam ſententiam illi praeiverat VENEMA, cujus haec ſunt verba: „Ejusdem rei tria diverſa nomina,

quae

quae hic occurrunt, *animae, vitae* et *gloriae*, genio orientali adſcribimus, ſimulque gradationem in phraſibus *aſſequi, conculcare* et *facere habitare in pulvere* quaerimus, ita ut *aſſequi* plus dicat, quam *perſequi,* quippe hoc ejus *effectum, proculcare vitam* plus, quam *aſſequi*, hujus nimirum conſequens, violentam ſcilicet *ſanguinis effuſionem*, quae per phraſin *habitationis in pulvere,* frequenter ſolet exprimi, uti Pſ. XXII, 30. Dan. XII, 2. Iob. XXI, 26. Ieſ. XXVI, 19.“ Sed vana eſt Vogeli obſervatio, loquutionem לֶעָפָר יַשְׁכֵּן, eſſe ab *athletis* deſumtam, quod hominum genus Davidis aevo apud Hebraeos plane ignotum fuit. HUBIGANTIUS יַשְׁכֵּן mendum eſſe opinatur, quod hoc verbum non admittat poſt ſe praepoſitionem ל, ante eum locum, ubi habitatur. Hinc יִשְׁפֹּךְ reponendum, et pro כְּבוֹדִי pronunciandum כְּבֵדִי praecipit, hoc ſenſu: *et jecur meum in pulverem effundat;* ut Thren. II, 11. נִשְׁפַּךְ לָאָרֶץ כְּבֵדִי. Verum mutationem hanc temerariam ſanioris critices periti eo minus poſſunt probare, quo ſolennius eſt Hebraeis, particula ל pro עַל ſive אֶל uti, veluti Iob. II, 13. וַיֵּשְׁבוּ אִתּוֹ לָאָרֶץ *ſederunt apud ipſum ad terram,* ſ. *in terra.* Pſ. IX, 5. יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא *ſediſti in ſolio.* Cf. STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 286. et NOLDII *Concordd. Particular.* p. 402.

7. 8. Provocat ad tribunal Iovae, et publico judicio innocentiam ſuam demonſtrari et confirmari petit:

Surge, Iova, in ira tua, oſtende te contra hoſtium meorum furores,
Expergiſcere in auxilium meum! judicium age!
Gentium coetus te circumſiſtat,
In altum revertare!

Precatur, ut Deus, qui juſtus eſt mundi judex, et juſtitiam in terrarum orbe vult exerceri, iram et indignationem ſuam in hoſtium ſcelera demonſtret, eorumque exaeſtuationes fortiter reprimat, ſibique opem ferat in oppreſſionibus ſuperandis, idque publice coram toto mundo

palam

palam faciat; haud ſecus, ac judex, qui pro tribunali ſedens coram omnibus, ipſum eo fini cingentibus, juſto judicio calumniatores et perſecutores innocentium condemnat, et juſtorum juſtam cauſam publice agit et vindicat. In verbis הִנָּשֵׂא בְּעַבְרוֹת צוֹרְרָי interpretandis de voce עַבְרוֹת variant. 1) Alexandrini, qui ponunt: ὑψώθητι ἐν ταῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν μου, quos ſequitur Vulgatus (*exaltare* i. e. ſublimis et fortis appare *in finibus hoſtium meorum*), עֶבְרוֹת de *finibus* intellexerunt, qui ab hoſte capti plurimum ei proſunt. Sed male; confuderunt enim voces עַבְרוֹת et עֲבָרִים, *latera, partes extremae.* 2) Syrus interpres reddidit: *attolle te* ܥܠ ܨܘ̈ܪܝ *ſuper cervicibus hoſtium meorum,* quod imitatur Arabs: علي رقاب.

Illum vero, qui ܨܘ̈ܪܝ plerumque pro Hebraico עֹרֶף, *cervix,* ponere ſolet, hoc loco in ſuo codice בְּעָרְפּוֹת pro בְּעַבְרוֹת inveniſſe, probabilis eſt Dathii conjectura in nota ad hunc Syriaci interpretis locum; qui tamen ſimul recte obſervat, בְּעָרְפּוֹת falſum eſſe, quum עֹרֶף ſit generis maſculini. Accedit, quod Pluralis hujus nominis etiam ubi de pluribus eſt ſermo, nusquam legitur. Verum noſtrum עֶבְרָה 3) ab עָבַר *tranſiit,* de *flumine* praeſertim, *extra ripas efferveſcente,* uſurpatum, valet *fervorem, impetum fervidum,* qui *repagula* omnia *transcendat;* ita occurrit v. c. Prov. XXI, 24. בְּעֶבְרַת זָדוֹן *in efferveſcentia ferociae,* vid. etiam Eſai XIV, 6. Iob. XXI, 30. Sed ſic conſtituta etiam propria vocis ſignificatione, tamen, quomodo hic ſumenda ſit, ambiguum eſt, quum *ſive* ad *Deum, ſive* ad *hoſtes* poſſit referri. *α*) Ad *Deum* ſi referas, ſynonymum erit τῷ בְּאַפֶּךָ in primo hemiſtichio, ſignificabitque *efferveſcentiam,* excandeſcentiam, *qua Deus contra hoſtes Davidis effertur.* Hoc Chaldaeus elegit, cujus haec ſunt verba: אִתְנַטַּל בְּרוּגְזָא עַל מְעִיקַי *exaltare,* effer te, *cum indignatione contra oppreſſores meos.* Aquila etiam, qui Hebraei vocabuli notionem primariam bene ſuo ἀνυπερθεσίᾳ exprimit, quod vocabulum, I. F. FISCHERO monente,

nente, in *Clavis Verſſ. Graecarr. V. T. Specim.* p. 23., notat *iram, quae differri, ſive contineri nequit; quae ſe non patitur reprimi et teneri,* h. e. *gravis, vehemens, rapida*, Aquila, inquam, ad *Deum* vocem hanc refert. Vertit enim: *ἐν ἀνυπερθεσίαις ἐνδεσμούντων με*, quod Fiſcherus p. 24. ita explicat: oppugna *iratus hoſtes meos*, nam הִנָּשֵׂא, addit, „reciproce poſitum eſt pro *ſe tollere*, i. e. *oppugnare*, et בְּעַבְרוֹת צוֹרְרַי dictum puto pro בְּעַבְרוֹת עַל־צוֹרְרַי, ut Obad. I, 10. חֲמַס אָחִיךָ pro חָמָס עַל־אָחִיךָ." Sed quemadmodum in membro priori בְּאַפֶּךָ, cum ſuffixo poſitum eſt, ita, ſi hoc etiam nomen ad Deum referendum foret, בְּעַבְרֹתֶיךָ poſitum fuiſſe, credibile eſt. Deinde vox צוֹרְרַי, nulla praepoſitione munita, cum בְּעַבְרוֹת *excandeſcentiis*, proxime cohaeret, quod Maſorethae ſua punctatione confirmarunt; eſt enim in *ſtatu conſtructo* poſitum. Itaque rectius β) ad *hoſtes* refertur, Aben-Eſra praeeunte, qui בעבור עברתם *propter furores eorum*, explicat, quod ſequitur VATABLUS: „Commoveant te hoſtium meorum conatus pleni furore et ſtomacho." Similiter VENEMA, qui, Schultenſio duce (*Commentar. in Prov.* p. 267.), primariam verbi עָבַר notionem preſſius ſectatus, locum noſtrum ita interpretatur: „*effer te in hoſtium meorum exaeſtuationes*, vel *invaſiones* et hoſtiles impetus: id enim verbum עָבַר in ejusmodi caſibus denotat, metaphora deſumta a fluvio intumeſcente, et ſupra ripas exundante, qui in quaevis obvia irruit, et ea proſternit, metaphora Ieſ. VII, 7. 8. aliisque in locis occurrit. Sic hoſtiliter invadere et infeſtius incurrere denotat Iob. IX, 11. XV, 19. Ierem. XXX, 8. Amos V, 7. Ceterum *efferre* Dei non eſt, ut accipi ſolet, altum et ſublimem judicii thronum adſcendere, repraeſentatur enim hic de ſublimi ſua ſede coeleſti ſurgere et deſcendere, ad judicium exercendum, quo facto *ſublime* repetit (Vſ. 8.), ſed ſe excelſum et glorioſum praeſtare in judicandis hoſtibus, et reprimendis eorum exaeſtuationibus, ut Pſ. XCIV, 2. Ieſ. XXXIII, 10. et alias." וְעוּרָה אֵלַי מִשְׁפָּט צִוִּיתָ]

Quum

Quum duorum priorum verborum loco Alexandrinus interpres *ἐξεγέρθητι κύριε ὁ Θεός μου* poſuerit, quod Vulgatus ſequutus eſt, *et exurge Domine, Deus meus;* MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. XI, p. 199. interpretem illum אֵלִי *mi Deus*, enunciaſſe obſervat, hocque ipſum Maſorethico אֵלַי praeferendum cenſet, ut itaque haec verba ita ſint vertenda: *expergiſcere, mi Deus! judicium praecepiſti.* Eandem mutationem probat Knappius. Hubigantius active, וְהָעִירָה *et ſuſcita judicium*, legi mallet. Verum Imperativum Conjugationis Hiphil הָעִירָה eodem, quo *Cal* ſignificatu intranſitivo, *evigila*, occurrere Pſ. XXXV, 23. recte monet KOEHLERUS in *Nott. Critt.* in Repertor. P. III. p. 33. PAULUS in *Clavi* mallet אֵלִי enunciare, atque, verbo עוּר Arabici غار, *deſcendendi* notione tributa, totum locum ita vertere: *deſcende ad judicium, quod conſtituiſti, exſequendum.* Quae interpretatio vel ideo eſt repudianda, quod vocabulo Hebraico ſignificatio plane inſolita adſingitur. Atque ſine neceſſitate textum ſollicitari, artis criticae et grammaticae vel mediocriter peritus ſponte intelliget. Variae autem illum interpretandi extant rationes. 1) Sunt, qui verbum עוּרָה *tranſitive*, ſignificatione *excitandi*, accipiant, atque ante צִוִּיתָ pronomen relativum אֲשֶׁר ſubaudiendum exiſtiment. Eam interpretationem praeivit Chaldaeus, qui וְסַרְהֵיב לִי דִינָא דִי פַּקֵּדְתָּא *accelera mihi judicium, quod praecepiſti*, reddidit. Quod ſequuti ex Iudaeis interpretes haud pauci, ita tamen, ut מִשְׁפָּט de *dignitate regia* acciperent. Ita R. Moſe ab Aben-Eſra commemoratus, verba וְעוּרָה אֵלַי explicat: ועורר אלי משפט מגזרת שתסוב מלכות שאול אלי *ſuſcita ad me judicium*, i. e. *convertatur*, transferatur *Sauli regia dignitas ad me.* Neque multo aliter Salomon Ben-Melech Kimchium ſequutus: כלומר עורה להביא אלי משפט שצוית והיא המלוכה *ac ſi diceret, expergiſcere, mihi judicium, quod praecepiſti, id eſt regiam dignitatem, afferre.* Quem ſenſum RUDINGERUS in

in Paraphrafi ita expreffit: *expergifcere ad praeftandum, quod divinum judicium tuum decrevit mihi, colloca me in munus gloriofum id, quod deftinafti et promififti mihi.* Similiter MATTHA, in *Pfalmorum verfione elegiaca* haec verba reddit: *Fac, Deus, ut liceat mihi regis munere fungi, Quod tua promifit gratia nota mihi:* et in Nota fubjecta haec addit: „Proprie *evigila ad me*, i. e. tuere, refpice me, quod attinet ad judicium, i. e. munus regium quod mihi, Davidi, promififti: verbum enim צִוָּה fignificat etiam *promittere*, ut in Pf. XLII, Vs. 9. et LXXI, Vs. 3." Sed VENEMA verba וְעוּרָה אֵלַי 2) *aemulare fuper me* vertenda pronunciat, „habet enim," inquit, „(verbum עור) fpecialem fignificationem *aemulationis* et *zeli*, et *aemulari* aliquem, vel fuper aliquo, ftylo orientis, egregie denotat *alicujus felicitatem fervide promovere*, fic Iob. VIII, 6. *quodfi purus et rectus fueris, tunc aemulabitur fuper Te*, felicitati tuae ardenter ftudebit." Ultima verba autem Verfus feptimi מִשְׁפָּט צִוִּיתָ conjungenda putat cum Verfu fequente, hoc fenfu: *judicium praecepifti, et circumdabit te coetus populorum*, h. e. *tunc*, vel *mox* etc., circumdabit, ftatim atque praeceperis, judicium, vel locum et tempus judicii a Te habendi condixeris, *coetus populorum circumdabit te*, fefe paratum tibi pro tribunali fedenti fiftet, ut fententiam de caufa mea et hoftium audiat. 3) DOEDERLEIN in *Scholiis* ad h. l. verba עוּרָה אֵלַי vertit: *ulcifcere me.* Nam עור, inquit, faepius eft *ftudium defenfandi juris et vindicandae dignitatis*, vid. LIX, 5. Iob. VIII, 6. Idem placuit Mendelii filio, qui fenfum vernacule ita expreffit:

Und rüge nun für mich das Recht, das du geboten!

4) Aliam interpretandi rationem proponit STANGE, in *Anti-Crit.* P. I. p. 86. „Verbum עוּרָה ἐγέρθητι, non eft conjungendum cum אֵלַי, fed abfolute pofitum, vimque habet interjectionis, ferme ut Latinorum *age*, Hebraeorumque קוּמָה, הָבָה multaque alia adhibentur. Sic ufurpatur

Pf. XLIV,

Pſ. XLIV, 24. עוּרָה לָמָּה תִישַׁן, ἐξεγέρθητι, ἱνατί ὑπνοῖς; Vel ex noſtro Verſu id apparet ex קוּמָה, Imperativo, interjectionis vim habente, cui עוּמָה in altero hemiſtichio reſpondet; illud modo inter utrumque intereſt, quod קוּמָה cum בְּאַפֶּךָ, et ſequens הִנָּשֵׂא cum בְּעַבְרוֹת conjungitur, non item עוּרָה, quae res majorem interjectionis poteſtatem indicat. Deinde עוּרָה numquam cum particula אֶל conjungitur. Quae cauſſa fuit, quare haec verba interpretibus duriuscula viderentur. Quodſi vero אֵלַי ad ſequens verbum צִוִּיתָ referas, ſenſus erit clarus et luculentus: *evigila! nam* (כִּי ſic ſexcenties per ellipſin omittitur) *mihi judicium*, i. e. vindictam, *mihi promiſiſti.*" Haec Stange, cujus ſententiam tamen ideo potiſſimum non poſſum probare, quod Hebraei perſonam, ad quam verbum intercedente particula eſt referendum, verbo non ſolent praemittere, verum poſtponere. 5) Praefero itaque eam interpretationem, quam KOEHLERUS in *Nott. Critt.* praeivit, atque Dathius etiam ſequutus eſt: „עוּרָה אֵלַי *expergiſcere ad me*, eſt in ſignificatione praegnante dictum: *expergiſcere et propera ad auxilium meum;* מִשְׁפָּט צִוִּיתָ *jus* ſ. *aequitatem praecepiſti* ſcil. in verbo tuo. Aequum eſt, ut jus mihi reddas, quum ipſe hoc ab omnibus fieri praecipias." Eundem ſenſum bene expreſſit FLAMINIUS: „Tu, Domine, praecepiſti rectoribus civitatum, ut eos, qui violarentur, injuria prohiberent, neque aliquem ſinerent injuſte opprimi; tu ergo praeſta, quod aliis faciendum praecepiſti, et vindica me ab impetu tyranni." Similis praegnans loquendi formula eſt Pſ. XXVIII, 1. אַל־תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne quieſcas de me*, ſ. *ne ſileas a me*, i. e. ne repudies preces meas, ne deſeras me. Plura hujusmodi conſtructionis praegnantis exempla vid. in SCHROEDERI *Inſtitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* in *Syntaxi Verbor.* Reg. LXXXII. Neque multo diverſa a noſtra figura et loquutione utitur THOGRAI, Poeta, Vs. 15.

تَنَامُ عَنِّي وَعَيْنُ ٱلنَّجْمِ سَاهِرَةٌ

Dormis, me neglecto, cum oculus ftellae vigilet,

i. e. cum ftellae meis commotae miferiis noctes infomnes transigant. Quibus in verbis تَنَامُ عَنِّي proprie eft: *dormis a me*, quod Scholiaftes fic explicat; تتجاوز أمري وتنام *negotium meum neglectui habes et dormis.* Et Verfu 38.

لَعَلَّ إِنْ قَدْ بَدَا فَضْلِي وَنَقْصُهُمْ
لِعَيْنِهِ نَامَ عَنْهُمْ تَنَبَّهَ لِي

Forfan fi perfpecta effet praeftantia mea et vilitas eorum
Oculo ejus, obdormiret illis, aut evigilaret mihi.

Ubi יָשֵׁן نَامَ عَنْهُمْ *dormiret ab illis*, i. e. iis eorumque rebus neglectis, opponitur: تَنَبَّهَ لِي *expergifceretur mihi* (ut hic עוּרָה לִי), rebus meis attenderet, et animum adverteret. Verba autem Verfus ultima: מִשְׁפָּט צִוִּיתָ, non cum Dathio et Koehlero *aequitatem praecepifti* verterim, verum propria nominis fignificatione retenta, atque Praeteritum Imperativi valore accepto, *judicium praecipe*, i. e. folennis judicii diem indice. Praeteritum enim, non minus, quam Futurum, nonnumquam pro *Imperativo* poni, fi eo praecedente cautum fit, ne Imperativus agnofci non poffit, recte obfervat STORR in *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 163. exempla affert Gen. VI, 21. Levit. XXVII, 2. 1 Sam. VI, 7. feqq. Ezech. IV, 1. feqq.

8. Quamvis de fingulorum vocabulorum fignificationibus nulla fit dubitatio, tamen diffenfus eft interpretum de fenfu totius Verfus. 1) Simpliciffima interpretatio videtur effe, quam Aben-Efra profert: וכאשר תשמע עדה לאומים.

לאומים המשפט שעשית יבואו מאפסי ארץ וזה טעם תסובבך. וטעם ועליה למרום שובה שישוב אל השמים לשבת על כסא המשפט על כן אחריו יי׳ ידין עמים *Nationes ubi audiverint, te judicium acturum, undique terrarum convenient, quod verbo* תְּסוֹבְבֶךָּ, *iisque, quae proxime praecedunt, indigitatur; altero vero hemiſtichio Iovam implorat, ut, ad coelum reverſus, thronum, e quo jus dicat, conſcendat, quare proxime* (Vs. ſequ.) *ſubdit: Iova populos judicabit.* DATHIUS quoque recte obſervat, alludere Davidem ad morem regum orientalium habendi judicia, qui magno hominum comitatu ſtipati ſoleant apparere, thronum eminentem occupare, et tunc ſententiam dicere. Quod ut Deus quoque in ſua cauſſa faciat, Davides in ſequenti verſu rogat. 2) Sed KIMCHI, qui Aben-Eſrae fere contradicere ſolet, עֲדַת לְאֻמִּים non de omnibus totius orbis terrarum populis accipit, verum prius nomen, עֲדַת, ככלל *ſignificatione generali*, alterum autem, לְאֻמִּים, *particulari*, בפרט, a poeta uſurpatum putat, ut עֲדַת, היא עדת ישראל הכוללת אותם כולם *univerſum populum Iſraeliticum complectatur*, לְאֻמִּים vero הם שנים עשר שבטי ישראל *duodecim tribus Iſraeliticas deſignet*, וקורא אותם קהל ועדה כי השנים עשר שבטים קהל אחד ועדה אחת, *quas congregationem et coetum appellet, quod omnes tribus conjunctae unum coetum*, ſive unam nationem, *conſtituerent.* Verbum סָבַב autem ſignificatione *hoſtiliter oppugnandi* accipit, totiusque commatis ſenſum ait eſſe hunc: populus Iſraeliticus dum me oppugnat, atque perſequitur, oppugnat te, qui me ejus regem eſſe voluiſti: רודף אחרי דוד כרדף אחרי האל יהסובב אותו לתופשו כסובב האל יתברך; itaque conſcende tribunal adverſus multitudinem illam, quod jam pridem reliquiſſe videris, propterea quod improbum hoſtem non punias: כי כשיעבור האל על פשע האדם כאילו ירד ממקום יכולתו וממכון משפטו וכאשר יפקד עונו וישפטנו כאילו יקום וינשא וישוב למרום למקום המשפט *cum enim Deus peccata hominum diſſimulare videtur, perinde eſt, ac ſi e loco ſuae potentiae atque judicii ſui ſede* de-

deſcenderet, cum vero in humana crimina animadvertit, tum videtur ſurgere, elevari et redire in excelſum, in locum judicii. 3) FLAMINIUS עֲדַת לְאֻמִּים quidem cum KIMCHIO de *populo Iſraelitico* intelligit, ſed verbum סָבַב oppoſita plane notione ſumit, ac ſi Davides promitteret, ſimul ac in regni ſolium evectus eſſet, ſe operam daturum, ut populus, anteá diſſipatus, iterum coaleſceret in purum Dei cultum. Nam ſub Saulo vel neglecta fuerat religio, vel tanta ſcelerum licentia graſſata fuerat, ut pauci ad Deum reſpicerent. Per me, inquit, ad te revocabitur, et in tuum cultum adunabitur. וְעָלֶיהָ *Et propter eam*, congregationem nationum in officio continendam. Alii: *contra eam*, turbam rebellium. לַמָּרוֹם שׁוּבָה *Ad excelſum revertere*, i. e. conſcende tribunal (quod in eminentiori loco poſitum eſt cogitandum) ut rebelles ad poenam condemnes, poſtquam judicis perſonam hactenus quaſi ſuſpendiſti. Alii: *in altum revertere*, peracto pro me judicio, ad quod Deus dicatur *deſcendere;* coll. Geneſ. XVIII, 11. Minus commode. De Wette per מָרוֹם *montem Zion* hic indicari putat, quam ſuam ſedem Iova reliquiſſe videretur, dum ſuum populum opprimi ſineret. Verſimile enim eſt illi, Pſalmum hunc totius populi preces continere, velit Iova ſuos, id eſt, Hebraeos, ab hoſtium exterorum injuriis vindicare, et in libertatem aſſerere. Pro שׁוּבָה DOEDERLEIN legendum conjicit שְׁבָה a יָשַׁב *ſedere*, ſicut IX. 5. יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא *thronum occupaſti.* Quae conjectura Dathio ita placuit, ut eam in verſione ſit ſequutus, dum vertit: *ſummum locum jam occupa;* mihi vero ſupervacanea videtur, quum שׁוּבָה, quod in textu exſtat, ſenſum commodum efficiat, quem Kimchius in verbis, quae ſupra excerpſimus, bene expoſuit.

9. Ad Te itaque, Iova, ad quem omnes, tanquam ad ſummum judicem ſuſpiciunt, ad te, inquam, me converto, ut pronunties de me et cauſa mea, te rogaturus:

Iova,

Iova, omnium gentium judex,
Me pro innocentia mea judica, atque pro integritate mea mihi repende!

יְהוָה יָדִין עַמִּים *Iova judicat gentes,* i. e. tu, Deus, judicas populos, eosque vel punis, vel, fi innocentes funt, defendis et vindicas ab hoftium injuriis; ergo et me infontem jam defende, et hoftes puni. Nota perfonarum in hisce Verfibus variationem; nam fub finem Verfus 8. dixerat: *revertere*, nunc in tertia dicit: *judicat;* mox rurfus in fecunda: *judica me.* Ante שָׁפְטֵנִי *judica,* i. e. vindica *me*, fubaudiendum eft עַל־כֵּן *quapropter.* כְּצִדְקִי *Secundum juftitiam*, i. e. juftam *caufam meam,* וּכְתֻמִּי *atque fecundum integritatem meam*, quibus verbis fenfus abfolutus et confummatus eft; fed moleftum eft, quod fubjungitur, עָלָי. Interpretes haud pauci, Vatablo praeeunte, particulam עַל fignificatione *penes* accipiunt, atque ante eam pronomen relativum אֲשֶׁר fubaudiunt, ut haec verfio prodeat: *quae eft penes me.* Sed hanc particulae עַל fignificationem non poffe exemplis probari, quum ea, quae afferuntur, Pf. XVI, 6. XLII, 5. et Hof. XI, 8., ab hoc loco et fenfu, et dictionis forma aliena fint, bene monet HAENLEIN in *Obfervatt. Critt. ad loca Pfalmorum*, p. 8. „Neque," idem addit, „ulla in his deprehenduntur lectionis corruptae locique adfecti veftigia, quibus conjectura audacior aliqua tueri fe poffit. Alexandrinus enim, Vulgatus, Aquila, Symmachus et Hieronymus vocem עלי ad verbum, quamvis inepto et languente fenfu, exprimunt. Omittunt illam quidem Syrus atque Arabs, fed magis fortaffe, quod pleonaftice illam hoc loco pofitam arbitrati funt, quam ob codicum, quos fequuti funt, a confueta lectione aberrationem. Chaldaeus fupplet vocem פְּרַע, quae alias Hebraeo גְּמֹל refpondet, ut v. c. Pf. XIII, 6., hujusque interpretis auctoritatem fequuti HUBIGANTIUS et KOEHLERUS, in hebraico etiam textu vocem גְּמֹל poft עָלָי inferendum effe monent, eamque ob foni vocis fequentis יִגְמָר fimilitudinem

tudinem facile excidere potuiſſe aſſerunt. At enim vero neque Chaldaei interpretis auctoritas, in ejusmodi ellipſibus ſupplendis ſuo, i. e. paraphraſtae jure utentis, tanta eſt, ut unico ejus teſtimonio fretus refingere textum hebraicum, novisque verbis ditare auderem, neque noſtri loci ratio ita comparata, ut ad ejusmodi remedium confugiendum nobis videatur. Melius fortaſſe ſenſui hujusce loci ſuccurritur, ſenſusque orationis reſtitui poteſt, ſi mutatis tantum punctis vocalibus, aliaque Verſuum diviſione inſtituta, vox עָלָי enunciata עָלַי jungatur verbo ſequenti גימר, in Niphal יִגָּמֵר, pronunciando, [imo יִגָּמֶר ponendum erat, ob lineolam, quae proxime ſequitur, *Maccaph*] quocum etiam Pſ. LVII, 3. עלי junctum et ſimili modo Pſ. CXXXVIII, 8. cum בעדי conſtructum deprehenditur. Senſus inde prodit probus, atque orationis nexui conſentaneus hic: *perficiatur, deſinat mei cauſa iniquitas vel malitia perverſorum*, i. e. *finis illorum conaminibus me deſtruendi imponatur.* Ex parte eandem interpretationem praeivit MICHAELIS et SCHULZIUS; quorum ille יִגָּמֵר legendum, hic etiam עָלַי cum יִגָּמֵר conjungendum eſſe ſtatuit, in eo tamen a noſtra explicatione diverſi, quod ille vocem עלי prorſus tanquam pleonaſtice poſitam neglexit, hic, adſcita alia verbi גמר ſignificatione, reliquis locis, ubi idem verbum occurrit, parum conveniente, interpretatus eſt: *depellatur a me malorum iniquitas.*" Haec HAENLEIN, cujus conjectura, עָלַי יִגָּמֵר legendum eſſe, vel ideo non poteſt admitti, quoniam ex Hebraeorum more loquendi particula עַל, cum ſuffixo, verbum ſequi, non anteire ſolet. Atque ſic etiam Pſ. LVII, 3. לָאֵל גֹּמֵר עָלָי legimus, quemadmodum Pſ. CXXXVIII, 8. יְהוָה יִגְמֹר בַּעֲדִי. Quod ipſum valet de VENEMAE conjectura, qui retento quidem יִגְמָר, ſed עָלַי ad Vs. 10. tracto, haec verba ita interpretatus eſt: *ſuper me Iova abſolvet*, i. e. litem meam praecidet, finiet. Sed nulla mutatione opus eſt, ſi cum EICHHORNIO in *Biblioth. Literat. Bibl.* P. II, p. 752. verbum ſubſtantivum, quod ſaepe

ſaepe omittitur, ante עָלָי ſubaudimus, hoc ſenſu: *ſecundum integritatem ſiat mihi*, i. e. mihi rependatur, quod Chaldaeus recte in paraphraſi expreſſit.

10. *Fac, ut impiorum malitia conſiciat ſe ipſa,*
Sed bonos ſtabili!
Tu enim, Deus juſte, renes et corda explorata noviſti.

Verba יִגְמָר־נָא רַע רְשָׁעִים triplici ratione vertuntur. 1) Sunt, qui verbum גְּמַר *tranſitiva* ſignificatione ſumant, *conſummare, finire*, ut רַע, Aben-Eſra inquiente, ſit פּועל, *agens*, רְשָׁעִים vero פעולים *paſſivum*. Ita KIMCHI: אמר שהרע שעושים ושחושבים הרשעים יגמור אותם ויכלה אותם *mala facinora, quae improbi machinantur et perpetrant, conſumant et peſſumdant auctores ipſos.* Id nos etiam in verſione dedimus. 2) *Tranſitive* verbum גְּמַר accipit quidem et STANGE in *Anti-Crit.* P. I. p. 97., ſed ita, ut ex Verſu proxime antecedente ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetat nomen יְהוָה, et ſic vertat, *finiat, quaeſo, Iova, malum improborum.* 3) Alii vero *intranſitive* ſumunt, לשון כליון, ſignificatione *deſinendi*, ut JARCHI inquit. Huc referendi ſunt, qui, Aben-Eſra inquiente, ויש אומרים שיסור רע רשעים *interpretantur: ceſſet, quaeſo malum improborum.* Quod Chaldaeus praeivit, qui ſic reddidit: יִשְׁתְּצֵי כְעַן בִּישָׁא דְרַשִׁיעַ *deſinat, quaeſo, tandem malum improborum.* Ea ſignificatione *intranſitiva* verbum גָּמַר, ut MENAHEM, a Iarchio commemoratus, obſervat, etiam occurrit Pſ. LXXVII, 9. גָּמַר אֹמֶר *finiit dictum*, et Pſ. XII, 2. גָּמַר חָסִיד *finiit pius*, nullus amplius ſupereſt pius. Cf. MICHAELIS *Supplem.* p. 331. Hunc ſenſum expreſſit Mendelsſohn: *der böſen Tücke laſs verſchwinden!* וּתְכוֹנֵן צַדִּיק *ſtabilias* autem *probum*, i. e. res proborum, ſecunda eos; ſive, *dirige eos*, ut KIMCHI: תכונן דרכו ומחשבתו ותסיע אותו *dirigas viam cogitationesque ejus, atque ſis ei auxilio.* In verbis וּבֹחֵן לִבּוֹת וּכְלָיוֹת אֱלֹהִים צַדִּיק explicandis interpretibus particula ו ante בֹּחֵן eſt moleſta. Eam Syrus interpres non expreſſit, unde MICHAELIS in

in *Bibliotheca Orientali,* T. XI. p. 199. concludit, in ejus codice Hebraeo illam non extitiſſe, expungendamque eſſe et in noſtris libris. Verba ultima vero: אֱלֹהִים צַדִּיק, praeeunte eodem illo Syro, ad Verſum ſequentem trahit. Omiſſionem particulae ו probant quoque Dathius, Eichhorn (in *Biblioth. Literat. Bibl.* P. I. p. 497.), atque Muntinghius. Verum quum ex ſanioris critices praeceptis ejusmodi legendi ratio, in qua omnia tam plana ſunt et extricata, ut librarius quisque facile intelligere ea potuerit, difficiliori fere ſit poſtponenda; noſtrum quoque וּבֹחֵן retinendum videtur. Nulla vero in his verbis difficultas erit, ſi cum LUDOV. DE DIEU in *Crit. S.* p. 128. particulam ו *nam* vertas, quemadmodum ſaepe alias eſt exprimenda. Tunc prodibit haec interpretatio: *nam Tu, Deus juſte, corda et renes probas;* non eſt itaque dubium, quin tu, qui optime noris, cujus bona eſt cauſa, voto illo meo annuas, impios, i. e. hoſtes meos, ſui ipſorum malis facinoribus perdas, probos vero, eosque, quorum juſta eſt cauſa, quibus ſe ipſe includit, adjuves et protegas.

11 — 14. Nunc bonitate ſuae cauſae fretus, atque de Iovae juſtitia perſuaſus, cauſae ſuae vindicias atque ſtium interitum praedicit:

Dominus me clypeo protegit,
Ope ſua adeſt iis, quorum ſincerus eſt animus.
Deus eſt juſtus judex,
Deus talis, qui ſemper iraſcatur,
Niſi reſipiſcat, qui enſem ſuum acuit,
Arcum tendit et aptat.
Sed contra ſe ipſum hic parat arma letifera,
Sagittas aptat ardentes.

11. Verba מָגִנִּי עַל־אֱלֹהִים VENEMA ſic exponit: „Phraſis, *Clypeus meus eſt ſuper Deo,* peculiari illius praepoſitionis uſu denotat: *Deo incumbit,* Dei eſt, mihi clypeum praeſtare, me obtegere et protegere Iud. XIX, 29. *Omnis defectus tuus eſt ſuper me,* mihi explendus incum-

incumbit. Vid. et Ezech. XLV, 17. Pſ. LVI, 13.“ Quae exempla Muntinghius diverſae a noſtro loco indolis eſſe obſervat. Neque Koehleri probat interpretationem: *clypeus meus eſt penes Iovam,* ſimili locutione ac Pſ. LXXXIX, 19. לַיהוָה מָגִנֵּנוּ *Iovae,* apud Iovam, *ſcutum noſtrum;* praepoſitiones ל et על illa ſignificatione inter ſe permutari poſſe, dubitat. Unde ipſe pro עַל ex conjectura עָלַי reponendum cenſet, hoc ſenſu: *clypeus meus ſuper me eſt Deus,* cui locutioni geminam putat Pſ. III, 4. occurrentem: אַתָּה יְהוָה מָגֵן בַּעֲדִי. Quae conjectura nobis ideo potiſſimum diſplicet, quod ea admiſſa ſuffixum primae perſonae, parum eleganter, et ſine neceſſitate, bis repetitur. Sed particula עַל, quae, ut Arabum على, haud raro *juxta, prope, apud* denotat, cur hoc loco non *penes* verti poſſit, nulla eſt ratio. Prodit ita ſenſus hic perquam aptus: *clypeum, quo protegendus ſim adverſus hoſtium inſultus, Iehova tenet, qui ipſe me eo obumbrat.*

12. In hoc etiam Verſu multa interpretationum divergia. I) Haud pauci voces צַדִּיק atque זֹעֵם pro *adjectivis* nominum ſubſtantivorum שׁוֹפֵט et אֵל accipientes, ſic reddunt: *Deus eſt judex juſtus, Deus indignans,* ſeveritatem exercens, *omni die,* כשרואה את מעשה הרשעים *ubi improborum facinora vidit,* ut Iarchi ſubaudit. Eam interpretationem Chaldaeus praeivit: אֱלָהָא זַכָּאָה וּבִתְקוֹף רָגֵיז עַל רַשִׁיעֵי כָל יוֹמָא, *Deus eſt juſtus, ſed ira commotus in malos omni die.* Ita Dathius quoque: *Deus eſt judex juſtus, qui impio ſemper iraſcitur.* Sed KIMCHI II) צַדִּיק atque זֹעֵם tanquam diverſa a Deo ſubſtantiva in accuſativo vertenda cenſet, *Deus judicat juſtum* כצדקתו ſecundum juſtam cauſam ſuam, *atque eum, qui Deum exaſperat,* in iram provocat, *omni die,* q. d. הרשע כרשעתו *improbum ſecundum improbitatem ſuam judicat.* Quod ſequutus Vatablus ſenſum ita expreſſit: tam pium, quam impium indeſinenter judicat. III) Alii, ab Aben-Eſra commemorati, אומרים כי אל כמו אלהי על דרך אֵל בוּלְדוּ לְהָרָפָא

לְהַרְפָּא ותשוב מלת אל למלת רשעים שהיא למעלה *Voculam* אֵל *pronomen demonſtrativum*, i. q. אֵלֶּה *eſſe putant, ut* 1 *Chron. XX, 8., quod reſpiciat improbos; quorum ſupra facta eſt mentio.* Tunc itaque ſenſus hic erit: *Deus judicat juſtum ſed in illos, impios, ſemper iraſcitur.* IV) STANGE in *Anti-Crit.* P. I. p. 91. nomen יום de tempore infelici atque calamitoſo accipiendum cenſet, ut Pſ. XXXVII, 13. Pſ. CXXXVII, 7, Iob. XVIII, 20., vertitque: *Deus iraſcitur per varia calamitatum genera.* V) Aptiſſima videtur eſſe, quam Aben-Eſra propoſuit, interpretatio: ולפי דעתי כי צדיק תאר לשופט ואל זועם השם בכל יום קשור עם הפסוק שהוא אחריו *Equidem* צַדִּיק *adjectivum eſſe puto, quod ad* שׁוֹפֵט *pertinet, membrum vero poſterius cum Verſu ſequ. conjungendum*, eo ſenſu, quem nos ſupra in verſione expreſſimus. Alexandrinus hunc Verſum ita reddit: ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος, μὴ ὀργὴν ἐπάγων ἑκάστην ἡμέραν. Quod ſequitur Vulgatus: *Deus judex juſtus, fortis et patiens, numquid iraſcitur per ſingulos dies?* Vnde FERRANDUS concludit, veteres Hebraeorum codices hunc locum ita exhibuiſſe: אלהים שופט צדיק אל וארך פנים הלא זעם בכל יום, interrogationem *numquid* vero reſolvendam putat per *non*. Sed rectius DOEDERLEIN in *Scholiis*: „Viſa inclementior ſententia interpretibus eliminata eſt mutatis punctis pro *El* legendo *Al*, אַל. Conſentiunt Graeci Alexandrini et Syrus; illi: μὴ ἐπάγων ὀργὴν, *non immittens iram*, hic: *non iraſcitur omni die* (ܠܐ ܪܓܙ ܟܠܝܘܡ; ſed hic interpres praeterea verba, quae verſu proxime ſequuntur, ad hunc trahit; dum addit: ܐܠܐ ܗܦܟ *ſed convertens*). Sed ſalva manet ſententiae dignitas, ſi teneatur, iram divinam poenas dici, quibus hominum malitia reprimitur. Hinc gravis ſententia: *Deus judicat juſtum: numen ſemper punit*, vel, *poenas minatur*. Similiter Aquila: ἀπειλούμενος [*minans*]" Verba autem, καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, quae in verſione Alexandrina leguntur, exque ea in vul-

vulgatam latinam manarunt, eſſe gloſſema, recte jam obſervavit DRUSIUS in *Commentar. uberiori* ad h. l.

13. Quum nullus hic praecedat Nominativus niſi Vs. 12. אֱלֹהִים; trahitur tota haec ſententia a plerisque 1) ad *Deum* poenas minitantem, hoc ſenſu: niſi revertatur impius, Deus armis letiferis eum conficiet: ואם לא ישוב הרשע מרשעו ילטוש הקדוש ברוך הוא חרבו עליו וידרוך קשתו ולו לרשע הכין כלי מות ut ABENDANA haec verba interpretatur. Sive, primis etiam verbis, אם לֹא יָשׁוּב, ad Iovam relatis, ut PFANNKUCHE fecit in *Obſervatt. Philologg. et Critt. ad quaedam Pſalmorum loca:* „*Profecto* Deus *denuo* gladium ſuum acuit, arcum pede impoſito firme intendit. Aptat contra improbos inſtrumenta mortifera, parat contra perſecutores ſagittas.“ Ita vero Vs. 15. alius ſubaudiendus erit Nominativus: *hoſtis* vel *impius.* Verum minus hiulca erit oratio, ſi totam hanc ſententiam usque ad Vs. 18. accipiamus 2) et de hoſtis impii machinationibus cruentis (Vs. 13. 14.), et de earum ſucceſſu (Vs. 15. 16. 17.), adeoque hic erit nexus: ſi non convertatur (impius), ſed acuat porro gladium ſuum, ecce! parturiet vanum, et quae ſequuntur. Eaedem fere phraſes de impii conatibus habentur infra XI, 2. XXXVII, 14. 15. Recte Kimchi, cujus verba Salomon Ben-Melech in compendium redegit: אִם במקום כי כמו ואם יהיה היובל שהוא במקום כי או כאשר ואמר כי לא ישוב מרשעו וחרבו ילטוש וגומר *Particula* אִם *hic pro* כִּי, *quando, poſita eſt, ut Num. XXXVI, 4., ubi eodem modo pro* כִּי *ſive* כַּאֲשֶׁר *ponitur. Sic itaque haec verba ſunt accipienda: quando improbus a malitia ſua non convertitur, ſed enſem ſuum acuit, et quae ſequuntur.* Sed arctius hunc Verſum cum eo, qui praecedit, conjungit Aben-Eſra, poſt יָשׁוּב prenomen אֲשֶׁר ſubaudiendum jubens, ut 2 Chron. XVI, 9. *Iova totum terrarum orbem perluſtrat,* לְהִתְחַזֵּק עִם-לְבָבָם שָׁלֵם אֵלָיו *ut confirmet eos, quorum corda ſincera ſint erga ipſum.* Similiter noſtra verba ita vertenda cenſet, quaſi poſitum eſſet: אִם לֹא יָשׁוּב אֲשֶׁר חַרְבּוֹ יִלְטוֹשׁ.

יְלַטֵּשׁ „Deus indignari atque poenas exercere non deſinit, *niſi ſe convertat, qui enſem ſuum acuit,*" ut quocunque modo noceat et mortem innocentibus inferat. 3) Aliam rationem inivit PAULUS in *Clavi*, ad h. l. Poſt אִם לֹא ſubaudiendum exiſtimat: אֱלֹהִים שׁוֹפֵט צַדִּיק ſcil. לְשָׁאוּל, hoc ſenſu: *Si Saulo Deus non eſt judex juſtus*, ſi Saulus Iovam non pro judice juſto ac vindice innocentis habet; *denuo ille enſem ſuum acuat*, et quae ſequuntur, — — *tamen abortum faciet* (Vs. 15.), conatus ejus omnes erunt vani. — קַשְׁתּוֹ דָרַךְ qui *arcum ſuum calcat*, i. e. tendit, nam, ut IARCHI recte obſervat ad Pſ. XI, 2. לשון דריכה נופל בקשת שכשהוא חזק צריך ליתן רגלו עליו כשרוצה לנטותו calcandi *verbum arcui convenit, quod ſi ille ſit validior, neceſſe habes, pedem ei imponere, cum tendere velis.* Cui interpretationi MICHAELIS in *Supplemm.* p. 466. fruſtra opponit locum Ieſ. V, 28. (ad quem loc. cf. not. noſtr.), atque Pſ. LXIV, 4. (de quo vide nos ad LVIII, 8.). Ipſe mallet verbum דָּרַךְ *prehendendi* ſignificatione accipere, quam apud Syros atque Arabes habet, ut ſic vertendum ſit: *prehendit arcum.* Verum ſine neceſſitate alias dialectos in auxilium hic vocamus, quum in recepta ſignificatione atque interpretatione nihil ſit difficultatis. Iſtiusmodi arcus, qui pede impoſito erant tendendi, etiam Indis olim in uſu erant, ut patet ex his ARRIANI in *Hiſt. Ind.* Cap. XVI. p. 331. ed. Gronov. Ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον· καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες, καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες, οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες· *Pedites Indi arcum habent, ejusdem cum eo, qui eum geſtat, longitudinis, atque hunc quidem ad terram obfirmantes, ſiniſtroque pede, ut eum tendant, contra nitentes, ita nervum longe retro adducunt.* וַיְכוֹנְנֶהָ *aptat*, et dirigit *eum*, impoſitis ſagittis, uti plenius haec phraſis habetur infra XI, 2.

14. Pronomen לוֹ 1) IARCHI pro לרשע, impio, poſitum putat: Iova *impio* i. e. in eum *inſtrumenta* letifera parat.

parat. Sed 2) KIMCHIO לוֹ eſt Dativus commodi, ut indicetur, impios in ſuos uſus arma letiſera parare: לו ולדולקים עמו אחרי הכין ופעל חצים וכלי מות להרגני *Non ſibi ſolum, ſed et illis, qui me cum ipſo perſequuntur, diſpoſuit et fecit ſagittas et inſtrumenta letifera, quibus me occidat.* Huic oppoſitus eſt 3) Aben-Eſra, cui לוֹ eſt idem quod לנפשו, *ſibi ipſi,* i. e. in ſui ipſius perniciem, nam ad כְּלֵי מָוֶת addit: שחשב להרוג בו אחרים *quibus alios interficere voluit.* Magis perſpicue Kimchi: ויש מפרשין לו כמו בעבורו כלומר בעבור נפשו כלומר החצים שהכין לו לנפשו הם כי הוא ימות בהם *Alii* לוֹ explicant בעבורו, ſibi ipſi, *ac ſi diceret: ſagittae, quas paravit, illi ipſi paratae ſunt, nam iis eſt interimendus.* Ceterum pro לוֹ vetus quoddam Pſalterium in membranis, ſeculo XIV. ſcriptum (quod variis lectionibus abundat, inter quas inſignes et bonae notae, referente de Roſſio, a quo inſpectum atque numero 954. ſignatum eſt), legit לָהּ, a prima manu; cum quo conſentire videtur alius vetus liber, Pſalmos continens, cum tribus verſionibus Latinis, qui Cantabrigiae in Collegio S. S. Trinitatis aſſervatur, atque a Kennicotto ineunti ſeculo XIV. aſſignatur, qui recte monet, ſuffixum femininum reſpicere קֶשֶׁת, Verſu praecedente, ut ſenſus ſit: *arcui aptat tela letifera.* Ita Vulgatus: *et in eo paravit vaſa mortis.* In membro altero: חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל, interpretationis diverſitas oritur ex eo, quod incertum ſit, vocabulum לְדֹלְקִים utrum in *accuſativo* ſit accipiendum, an vero in *dativo.* I) Si *Dativus* eſt, de *Davidis hoſtibus* intelligendum eſſe patet. Sed quum verbum דָּלַק duplici notione apud Hebraeos polleat, nova interpretationis diverſitas exiſtit. 1) Eſt enim primo idem cum Syriaco ܕܠܰܩ, *ardere*, quocum cognatum Arabum ذَلَقَ, quod de *lucerna ardente* uſurpatur, teſte Firuzabadio, cuius verba exhibet A. SCHULTENS in *Comment. ad Prov. XXVI,* 23. p. 377.

ذَلَقَ

دَلَقَ السراج ضأ واندلق السراج اضاءه واوقده

Lucerna דלק i. e. *lucet, ardet, atque in IV. conjugatione* אדלק lucernam, *i. e. eam accendit, fecitque ut arderet.* Hac *ardendi* fignificatione hoc loco verbum noftrum Alexandrinus accepit, dum pofuit: *τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξηργάσατο*, quem Vulgatus fequitur: *fagittas fuas ardentibus effecit,* quod FERRANDUS ita explicat: *fuas fabricatus eft fagittas, quibus eos feriat, qui odio in me ardent;* quemadmodum Latini quoque *odio in aliquem incendi* dicunt. Ita ABENDANA ad Salomonis Ben-Melech Commentarium: ויש מפרשים לדולקים הבערה כמו וְדָלְקוּ בָּהֶם וַאֲכָלוּם *Quidam verbum* דָּלַק ardendi *notione fumunt,* ut Obadi. I, 18. *ardent in eos eosque confumunt.* — 2) Sed quum verbum דָּלַק etiam de iis ufurpetur, *qui in alios impetu hoftili irruunt,* vel *acriter perfequuntur,* qua fignificatione cum Arabico دلق convenit, quod optime illuftravit IO. GUIL. SCHROEDER in *Commentar. ad Pfalm.* X. p. 33. feqq.; haud pauci דלקים *perfequutores* reddunt. Eam interpretationem Chaldaeus praeivit: גִּירוֹי לְדָלְקֵי צַדִּיקַיָּא יַעְבֵּיד *jacula parat,* emittit *in eos, qui probum perfequuntur.* Confentit IARCHI, qui לְדוֹלְקִים interpretatur לרודפים *perfecutoribus*, qua fignificatione verbum דָּלַק etiam Genef. XXXI, 36. occurrere monet, מַה חַטָּאתִי כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי *quod delictum commifi, quod me tam acriter perfequeris?* Idem placuit Kimchio atque Vatablo, cujus haec funt verba: „Dicit *fagittas aptaffe perfecutoribus*, quia multos ad manum habebat fatellites Saul, qui operam fuam libenter ad perdendum Davidem locaffent.“ Verum fi poeta fub דלקים *hoftes* fuos intellexiffet, pofuiffet haud dubie five לְדוֹלְקִים בִּי *qui in me odio ardent,* five לְדוֹלְקִים אַחֲרַי *qui me perfequuntur.* Affentior itaque iis, qui II) vocabulum noftrum in *Accufativo* accipiunt, ut ad *fagittas* fit referendum. Ubi enim *praedicato*, quod pendet ex verbo fubftantivo, praefixum *Lamed* jungitur, id *accufativum, qualitatis*

litatis indicem deſignat, veluti Ierem. L. 3. *ponet*, reddet *terram ejus* לְשַׁמָּה, *vaſtitatem*; 2 Sam. V. 3. *unxerunt Davidem regem* לְמֶלֶךְ; Iob. XXXIII, 10. *habet me inimicum*, לְאוֹיֵב. Cf. STORRII *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 286. ſeq. Ita et hic חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל *ſagittas ſuas ardentes facit*, id eſt, ardente materia praecinctas, incendiumque ſpargentes, quales AMMIANUS MARCELLINUS *Rer. geſtar.* Lib. XXIII, 4. deſcripſit: *Malleoli, teli genus, figurantur hac ſpecie. Sagitta eſt cannea, inter ſpiculum et arundinem multifido ferro coagmentata, quae in muliebris coli formam, quo nentur lintea ſtamina, concavatur, ventre ſubtiliter et multifariam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento, et ſi emiſſa lentius arcu invalido, ictu enim rapidiore extinguitur, haeſerit usquam, tenaciter cremat, aquisque conſperſa acriores excitat aeſtus incendiorum, nec remedio ullo, quam ſuperjacto pulvere, conſopitur.* Cf. LYDIUM in *Agoniſticis*, p. 45. et *de Re militari*, p. 119. et 315., et alios, quos WOLFIUS in *Curis Philologg. ad Epheſ.* VI. 16. citavit, ad quem locum etiam WETSTENIUS ex ſcriptoribus veteribus plura collegit. Eadem tela hoc loco intelligit Hieronymus, qui ſic vertit: *ſagittas ſuas ad comburendum operatus eſt.* Cf. SCHARFENBERGIUM ad *Capelli Crit. S.* p. 872. C. L. SCHLICHTERUS in *Decimis Sacris* p. 110. ſeqq. hanc phraſin a *fulminibus* repetitam credit, quae ab Hebraeis et externis ſcriptoribus cum ſagittis comparari ſoleant. Alii de *ſagittis venenatis* cogitant, quod venenum ignis inſtar ardeat. CHR. BRUNINGS in *Compend. Antiquitt. Graecar. e Profanis Sacrar.* Cap. 89. not. b. „poſſunt, inquit, etiam intelligi ſagittae *acutiſſimae*, quum Hebraeum לַהַב et *flammam* et *gladii aciem* animo offerat; Iud. III, 22. 1 Sam. XVII, 7.“ Quum Arabibus قلق inter alia ſignificet, *e loco ſuo excidere*, et hinc de *gladio* uſurpetur, *qui facile e vagina excidit*; SCHULZIUS in *Annotatt. ad Pſalmor. verſ. verſ. verna-*

cul. vertere mallet: *facit agilia, celerrimi evolantia.* Singularis eſt VOGEL ad *Vatabli Annotationes in Pſalmos a ſe editas,* p. 23.: „Iudicent alii, ſitne potius hic ſtatuenda ellipſis, h. m. חציו לחצים דלקים יפעל *Tela ſua ad tela inſectantia* (petentia) *accommodat.*" Sed non eſt opus iſtis conjecturis.

15. — 17. *En! parturit iniquitatem,*
Facinore eſt gravidus, ſed abortum faciet.
Foveam effodit et excavavit,
Sed ipſe cadet in foveam, quam ſtruxit.
Retorquebitur ejus conatus in caput ipſius.
Ejusque violentia in ipſius verticem deferetur.
Ego vero Iovam, ut ejus juſtitia dignum eſt, celebrabo,
Canam nomen Iovae altiſſimi.

הִנֵּה *Ecce!* Poſt moliminum hoſtilium deſcriptionem tranſit jam, praemiſſa interjectione ad attentionem excitante, ad conatuum eventum. Quaſi dicat: ſudavit tantopere meus hoſtis, tot mihi paravit mortes, ſed *ecce!* quid inde lucri? quinam ſucceſſus? יְחַבֶּל־אָוֶן *Parturit iniquitatem* cum dolore et torminibus. Ita idem Verbum in Piel, ut hic, uſurpatur de partu dolorifero Cant. VIII, 5., et nomen חֵבֶל de dolore parturientium Jeſaj. LXVI, 7. Jerem. XIII, 21. XXII, 23. Hic denotat anxios iſtos labores et molimina hoſtium ad prava conſilia exſequenda, quae in animo concepta diuque efformata, jam inſtar feminae parturientis, ſtudent eniti et in lucem proferre. Eundem ſenſum expreſſit Alexandrinus: ὠδίνησεν ἀδικίαν, et Chaldaeus: יִצְטַעַר לְשִׁקַר *excruciat ſeſe ad mendacium.* Sed quum ſequatur הָרָה *concepit,* ut ὕστερον πρότερον in hac ſimilitudine tollatur, I. D. MICHAELIS in *Supplem.* p. 657: verbum חִבֵּל eadem cum conſono Arabum حَبِلَ ſignificatione *concipiendi* capiendum cenſet, quae tamen Hebraeis non in uſu videtur fuiſſe. Neque vero poetarum dicta ad vivum ſunt reſecanda. De voce אָוֶן haec obſervat VENEMA: „Non tantum *iniquitatem,*

tem, ſed et *vanitatem* denotat, quam utramque poteſtatem hic captavit poeta, ut et *molimina* iniqua hoſtium: et *vana* eorum effecta ſimul exprimeret; quod mox explicatius tradit, nam *moleſtia* ad iniquitatem, et *mendacium,* i. e. *nihilum,* ad *vanitatem* pertinet. Ceterum metaphora *concipiendi, parturiendi* et *pariendi* pro animi propoſito, moliminibus, conatu exequendi, et denique effectu ſatis uſitata et nota eſt. Vid. Ieſ. XXVI, 28. XXXIII, 11. LIX, 4. Iob. XV, 35.“ Quae ſequuntur: וְהָרָה עָמָל וְיָלַד שָׁקֶר recte interpretatur IARCHI: כל מה שהוא מוליד ויגע הכל משקר בו שאינן מתקיים מחלא אמר כל מה דשיקרא מוליך פחתא נסבא *Quicquid ille (improbus) gignit et laborat, iſtud omne eum ſpe ſua deſtituit; neque enim* in *manibus ejus conſiſtet. Proverbium dicit: quicquid parit mendacium id aufert fovea,* i. e. quicquid per fraudes ac mendacium acquiſitum eſt, id non ſubſiſtit, ſed in foveam incidit, i. e. evaneſcit, in ventum et fumos abit.

16. Hoſtium meorum molimina non tantum irrita erunt, verum etiam in ſuorum ipſorum perniciem evadent. בּוֹר כָּרָה „*Puteum fodere* dicitur, qui alicui inſidias ſtruit, metaphora ſumta ex conſuetudine eorum, qui puteos fodiunt capiendis lupis aut feris aliis.“ DRUSIUS. וַיַּחְפְּרֵהוּ *et effodit eum,* terram fodiendo egeſſit, quo ſic eum profundiorem faceret, להוסיף בעמקו, ut Aben-Eſra inquit. וַיִּפֹּל בְּשַׁחַת יִפְעָל *Et cadet in foveam* quam *paravit.* Nomen שַׁחַת Aquila ad verbum שָׁחַת, *corrumpere,* referens de *corruptione* accepit, poſuit enim *ἐν διαφθορᾷ*. Sed recte Aben-Eſra: ומלת שחת המקום השפל במשקל אֲשֶׁר זוֹרֶה בְּרַחַת מגזרת רוח *Vox* שַׁחַת *ſignificat* locum depreſſum [a שׁוּחַ, *deprimere, inclinare*], *quemadmodum a radice* רוּחַ *nomen* רַחַת vannus *Ieſ. XXX,* 24. *formatur.* Atque de *foſſa venatoria* capiendis leonibus שַׁחַת Ezech. XIX, 2. aliisque locis occurrit. Cf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. III. C. IV. T. II. p. 68. edit. Lipſ. Ante יִפְעָל ſubaudiendum eſt pronomen relativum אֲשֶׁר, ut ſaepe alias, vid. WALTHERI *Ellipſes Hebr.* p. 130. ed. Schulz.

17. Quod in Verſu antecedente parabolice expreſſerat, nunc propriis verbis dicit: יָשׁוּב עֲמָלוֹ בְראשׁוֹ *revertetur aerumna ejus*, i. e. quam mihi parat, *in ipſius caput*, in ipſum autorem convertentur et recident conſilia ejus mala. וְעַל קָדְקֳדוֹ חֲמָסוֹ יֵרֵד *et ſuper verticem violentia ejus*, quam mihi infert, *deſcendet*, quod verbum Aben-Eſra ideo hic uſurpatum putat, כי הגזרות באות מהשמים *quod poenae deſuper, a Deo, immittuntur*. Sed rectius GEIERUS: „Decidet, inſtar lapidis aut teli in altum projecti, ſed in caput projicientis rurſus delapſi. Conf. Cohel. X, 8. 9.“ Similia adagia e ſcriptoribus exteris congeſſit GATACKER in *Adverſariis Miſcellaneis Poſth.* Cap. XII. p. 540. Experientia confirmatus ſperare ait, imo certo praedicit, tot mala, quae adverſum ſe moliatur Saulus, in ipſius caput caſura ac reditura. Nec falſus vates fuit: Saulus enim ſuo ipſius gladio periit, ut conſtat ex 1 Samuel XXXI, 4.

18. אוֹדֶה יְהוָֹה כְּצִדְקוֹ *Celebrabo Iovam ſecundum juſtitiam ſuam*, ut dignum eſt, juſtitia ejus, כשיצדק הדין הגמור לשופט הרשעים כרשעם *quando exercebit judicium extremum, ut judicet improbos ſecundum eorum improbitatem*, ut IARCHI inquit.

PSAL.

PSALMVS OCTAVUS.

ARGVMENTVM.

Celebrat poeta Dei magnificentiam, qua in coelis, qua in terris elucet, maxime vero ejus benignitatem et φιλανθρωπίαν canit, qua hominem tam nobilem creaturam esse voluit, ut sibi ipsi similis sit, et praestet atque imperet reliquis. Cujus celebrationis initium facit poeta statim ab aetate tenera, quod in infantibus etiam et lactentibus exserat se admirabilis potentia Dei, et haec etiam aetas gloriam Dei muto ore celebret, iis rebus quae cum ipsis fiunt; atque hinc progreditur ad cetera beneficia humano generi a Deo concessa.

Qua occasione, et quo tempore scriptus sit hic Psalmus, sententiae sunt variae. I) Sunt, qui nocturnum eum sive noctu factum a Davide suspicentur, ex mentione lunae et stellarum, in Versu tertio, solis mentione omissa, ut qui coelum spectans, in has pietatis commentationes excur-

excurrerit *). II) Aben-Efra atque alii, a KIMCHIO commemorati, voce גִּתִּית in titulo permoti, Pfalmum a Davide compofitum putant, cum arcam facram apud Obed-Edomum, Gitthaeum, deponeret **). Quo eodem argumento, ex fimilitudine nominis *Gittith* defumto, III) alii de *Goliatho*, qui *Gitthaeus* fuit, poemation hocce factum exiftimant, poft celebrem illam Davidis victoriam. Neutra tamen fententia probari poteft, quum גִּתִּית inftrumenti mufici nomen fit, nec in Pfalmo ipfo quidquam occurrat, quod movere nos poffit, ut de iftorum factorum aliquo

*) Hujus fententiae KIMCHI facit mentionem ad Vs. 3. כי אראה שמיך ולא זכר השמש יש אומרים כי בלילה אמר זה המזמור בעת שהיא מסתכל בירח וכוכבים ומבין בנפלאות הבורא „*Quando adfpicio coelus tuos.* Nullam hic folis mentionem facit. Hinc quidam opinantur, Davidem hunc Pfalmum noctu compofuiffe, cum lunam et ftellas contemplabatur, et mira Dei opera confiderabat." Ad eandem claffem referendus eft auctor anonymus libri, qui infcribitur: *Verfuch einiger Beyträge zur hiftorifchen Auslegung des A. T.* Cujus libri p. 36. feqq. probare conatur, ceciniffe Davidem hocce carmen in palatii tecto ea ipfa nocte, qua regni haeres, *Salomo,* ipfi natus effet. Ad quam fententiam mentione *infantium et lactantium* Vs. 2. motus effe videtur. Quod quam infirmum fit, quisquam fentiet ipfe. — Magis fere placet ESTII conjectura: „Probabile, Davidem ceciniffe hunc Pfalmum, quum adhuc parvulus pafcebat oves patris fui idque *noctu,* ut illi Luc. II, 13. 14., ideoque non *folis* fed *lunae* et *ftellarum* meminit. Huc facit, quod inter creaturas primo ponit *oves*, quarum fcil. cura ipfi commiffa erat."

**) Vid. 1 Paral. XIII, 12 — 14.

quo cogitemus. IV) RUDINGERUS deniqua in laetitia initiorum Sionii tabernaculi hymnum hunc factum ſuſpicatur. Mihi vero omnis haec quaeſtio ejusmodi eſſe videtur, de qua nihil quidquam certi poſſit deſiniri. Neque ad carminis intelligentiam quid conferat intelligitur.

Quum Epiſtolae ad Hebraeos ſcriptor *) Verſum ſextum et ſeptimum noſtri Pſalmi de Ieſu, Meſſia, loquendo uſurpaverit, bene multi ex Chriſtianis interpretes a poeta Meſſiam ſpectatum cenſet, quippe cui dominium in omnia conceſſum eſſet, poſtquam per breve tempus humanam conditionem ſustinuiſſet. De qua ſententia tamen RUDINGERUS veriſſimum judicium dixiſſe videtur, qui, poſtquam carminis argumentum enarraſſet, ita pergit: „Hoc igitur argumentum eſſe Pſalmi ſimplex, et quod litera complectitur, non dubito, neque quidquam per ſe habere Pſalmum vel prophetiae, vel de Chriſto, vel de regno ejus. Quod enim epiſtola ad Hebraeos Cap. II. mentionem de dignitate conditionis humanae ad Chriſtum, filium hominis, accommodat, et prophetiam hanc facit de humiliatione hujus, id habet *deflexionem anagogicam*, et allegoriam manifeſtam, ut hac de cauſa ſententia verborum hebraica prima, ſecundum ea, quae ſunt in epiſtola ad Hebraeos, detorquenda non videatur. — — Quae enim de hominis

*) Cap. II, 6 — 9. Similiter Paulus 1 Cor. XV, 27. 28.

nis praeſtantia dicuntur, ea etiam de Chriſti hominis dignitate vera ſunt. — — Et tamen illa ad Hebraeos de hoc Pſalmo diſputatio et Graecos Theologos, et noſtros etiam interpretes plerosque eo abduxit, ut de Chriſto et regno ejus ſimpliciter, et non ut in allegoria eum interpretarentur, vel etiam nullam interpretationem aliam admitterent. Atque ita et ſibi ipſis explicandi et aliis intelligendi laborem et difficultatem augerent, cum, niſi quod in hunc infertur, prophetiae aut de Chriſto et Eccleſia ejus doctrinae, per ſe nihil habere videatur *)."

---

1) Vocem אַדִּיר interpres anonymus in *Symbolis ad interpretat. hiſtoric. libror. V. T.* p. 41. primam Fut. Conjug. Hiphil a נָדַר, *vovit*, putat, vertitque *quae tibi vota faciam?* Verum ut taceam, magis magnifice carmen ordiri, ſi haec vox ea ſignificatione ſumatur, qua alias ſemper in codice Hebraeo reperitur, *magnum, illuſtre*, ſententententiae illi etiam obſtat, quod verbum נָדַר in Conjugatione Hiphil, dum viveret lingua, nequaquam in uſu fuiſſe videtur: certe verbum illud, ſatis ceterum frequens in libris hebraicis, nusquam in illa forma occurrit. — שִׁמְךָ interpretes haud pauci *nominis tui famam*, i. e. gloriam tuam, interpretantur, ut Geneſ. VI, 4. [אַנְשֵׁי הַשֵּׁם, vi-

*) Cf. KUINOELII *Vaticiniorum Meſſianorum* verſionem et interpretat. vernacul. p. 18. 19., nec non Anonymi ſupra in nota p. 189. ſ. laudati *Symbolas ad interpret. hiſtoric.* p. 50. ſeqq., atque HEINRICHS ad Hebr. II, 8.

viri famofi, quibus oppofiti בְּנֵי בְלִי־שֵׁם *filii fine nomine*: ignobiles]. Kimchi vero שֵׁם h. l. tantummodo loco pronominis pofitum accipit, dicit enim: כמו מה אדיר אתה כי שמו הוא והוא שמו, *q. d. quam grandis es tu! quia nomen ejus eft ipfemet, et ipfe eft nomen fuum.* — Verba אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל־הַשָּׁמָיִם mire exercuerunt interpretes. Etenim quum vox תְּנָה vulgo a נָתַן deducatur, Chaldaeo et Syro praeeuntibus, quorum ille דִיהַבְתָּא, hic ܕܝܗܒܬ, *qui dedifti*, vertit, et quidem illius verbi Infinitivus putetur, qui pro praeterito h. l. fit accipiendus, ut vertatur: *qui pofuifti gloriam tuam fuper coelos*; fuerunt, quibus haec interpretandi ratio inconcinna, atque fenfus inde ortus parum aptus videretur. Hinc varii varia tentarunt. 1) ALB. SCHULTENS in *Animadverff.* ad h. l. „Facilior," inquit „longe fenfus erit, fi תְּנָה ad radicem תנה referamus; unde Iud. V, 11. שָׁם יְתַנּוּ צִדְקוֹת יְהוָה *illic laudent juftitias Dei*, ut Chaldaeus יודו, *celebrent.* Sic Arabibus ثَنَّى eft *celebrare laudibus*, et ثَنَاءٌ, *laus, encomium.* Ita et XI, 40. לְתַנּוֹת *ad laudibus celebrandam filiam Iephthae.* Sume hoc loco noftro תְּנָה pro laude, et liquidus erit fenfus: *laus gloriae tuae eft fupra coelos*, vel *quia laus etc.*" Cui interpretationi STANGE in *Anticrit.* P. I. p. 95. recte obvertit: „quod תְּנָה ipfi eft nomen, et reddit *laus gloriae tuae*, in eo non vidit, in regimine ponendum fuiffe, תְּנַת; nedum afferam, nomen hoc effe Hebraeis plane ignotum, certe nullo exemplo Biblico confirmatum. Huc accedit, quod תְּנָה non per fe et abfosute confiderandum, fed loquendi Hebraeis ufitata formula, נָתַן כָּבוֹד et נָתַן הוֹד conjunctim fpectanda eft." 2) H. E. G. PAULUS in *Clavi* ad h. l. Hebraeum תְּנָה quidem quo minus cum Arab. ثَنَّى comparetur impedire putat literarum ث et ת diverfitatem, quarum illa potius Hebraeorum שׁ conveniat; attamen verbo תְּנַת *laudandi* fignificationem certam effe ait ex ufu linguae, qui

ex

ex Ind. V, 11. XI, 14. cognoſcatur. Sed aliis punctis vocalibus ſubſtratis mallet in Pyhal תְּנָּה pronuntiare, ut vertendum ſit: *Tu, cujus gloria longe ſuper coelis celſiſſimis celebratur!* Idem placuit RUPERTIO in *Symbolis ad interpretat. et Criſin Pſalmor.*, quae inſunt Syllogi ab Henkio editae, *Magazin für Religionsphiloſ. Exegeſe etc.* T. VI. Partic. III. p. 517. — 3) I. D. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. X. p. 200. תְּנָה quidem *laudandi* notione ſumendum exiſtimat, collato Arabum ثنى, ſed puncta vocalia mutanda cenſet, ſive ita, ut legatur תְּנַת, quod nominis תְּנָה ſtatum conſtructum eſſe vult; ut vertatur: *laus magnificentiae tuae*, i. e. hymnus, quo laudes tuae celebrantur: quod tamen ſi ſequaris, pronomen אֲשֶׁר redundabit; ſive ut enunciandum ſit תָּנָה, Praeteritum ipſum, hoc ſenſu: *cujus gloria ſuper coelis ſonat* [*deſſen Herrlichkeit über dem Himmel erſchallet, d. i. beſungen wird*]; qua interpretatione verbo תָּנָה *ſonandi* ſignificationem affingit, quam in nulla cognatarum dialectorum habet Alia monuit STANGE l. c. p. 97. — 4) HUBIGANTIUS pro תְּנָה legendum putat תתה, *poſuiſti* (quod ipſum etiam a Chaldaeo, Syro, Symmacho et Hieronymo in ſuis codicibus lectum opinatur), a radice תָּנָה, quod cum Arabum ثنا, *habitare* comparat, unde in Conjugatione Hiphil *collocare, ponere*, ſignificare poſſit. Quae quam male cohaereant, et quam infeliciter excogitata ſint, quisque ſponte intelligit. Etenim a תָּנָה perſonam ſecundam Praet. Kal תָּנִיתָ et in Hiphil הִתְנֵיתָ formari, norunt tirones. — 5) VENEMAE vox תְּנָה „ex Arabismo nomen eſſe videtur, cujus poteſtas ſit *domicilium fixum*, a radice, quae fixam *habere ſedem, inhabitare* denotat, a propria *tendendi* poteſtatae, quam radices ſororiae תָּנָה, תָּנַן, נָתַן, et תָּנָא communem habeant, unde ad varios uſus, תנא in ſpecie ad fixum *domicilium*, a tentorii tenſione, tranſierint:" id quod pluribus probatum eſſe ait in WALRAVENII Diſſertat. *de voto Iephthae*, §. XXX. [*in Sylloge Diſ-*

Diſſertatt. ſub praeſidio Schultenſii etc. habitt. P. II. p. 851.]. „Phraſis,“ pergit, „*cujus domicilium majeſtatis tuae*, emphatice dicit, *cujus majeſtatis tuae, domicilium*: אשר enim omnibus perſonis conjungitur, ut notum.“ — 6) WEPLERUS in libello, cui titulum fecit: *Verſuch über einige Stellen des A. T.* Caſſel 1780. conjecit, eſſe תַּנֶּה legendum, quod ſecund. perſ. fut. apocop. Hiphil. a נָהָה, *pervenit*, coll. Arab. نهى eſſe ait, ut vertendum ſit: *ſupra coelos pervenire facis*, i. e. elevas, *gloriam tuam*. Sed recte monet STANGE, verbum נָהָה apud Hebraeos *lamentandi* ſignificationem obtinuiſſe; neque futurum apocopatum locum poſſe habere, quum nec votum, nec mandatum exprimatur, et אֲשֶׁר plane redundet. 7) Stangio vero ipſi תְּנָה eſt *Imperativus* verbi נָתַן, qui ſecundum Buxtorfii Concordantias quater et vicies ſic legitur in Codice Hebraeo; pronomen autem relativum אֲשֶׁר ad praecedens שִׁמְךָ referendum et in Dativo ſumendum, atque totum locum ita vertendum cenſet: *nomini tuo tribuas quaeſo gloriam per totum coelum*, i. e. fac, ſive fiat, ut nomen tuum laudibus ad coelum tollatur. Sed quamvis certum ſit, תְּנָה alias eſſe Imperativum, duo tamen maxime ſunt, quae me prohibent, quo minus hanc interpretationem poſſim probare. Primo, quonam caſu relativum אֲשֶׁר accipiendum ſit, cognoſci et definiri debet ex nomine ſive pronomine vel antecedente, vel proxime ſequente, ut in exemplo a Stangio allato, Pſ. XCV, 5., ubi in verbis אֲשֶׁר לוֹ הַיָּם apparet, אֲשֶׁר in Dativo eſſe vertendum ob ſequens לוֹ. Sed hoc loco praeceſſit Nominativus ſive Vocativus. Deinde, quod ſenſum attinet, qui ex hac interpretatione oritur, parum apte, meo judicio, poeta dum in admiratione potentiae atque gloriae divinae jam verſatur, Deum orat, ut nomini ſuo gloriam tribuat. Itaque accedo 8) STORRIO, cui in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 157. not. תְּנָה eſt *forma infinita ſegolata* (Infinitivi enim cum ſint *nomina abſtractorum*, et inſtar horum varias formas habent, ut idem Stor-

Storrius §. XXX. p. 129. exemplis oftendit), verbi נָתַן, quae proprie eft תֵּן (pro נָתַן ad formam שַׁחַט, unde שַׁחֲטָם Ezech. XXIII, 39. cf. Storr. p. 129. c.), fed hic cum He paragogico aucta. Infinitivus vero hoc loco pro tempore finito pofitus eft, ut alias faepe, veluti Ezech. I, 14. הַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב *illa animalia currere et redire ad inftar fulguris*, pro, *cucurrerunt et redierunt*; et Ierem. XIV, 19. קַוֵּה לְשָׁלוֹם *exfpectare pacem! fed nihil eft boni!* pro *exfpectavimus.* Plura exempla collegit, fimulque originem hujus dicendi formulae indagavit Storrius l. c. p. 157. 156. Eadem eft fententia praeftantiffimorum Grammaticorum tam inter Chriftianos, veluti BUXTORFII in *Thefauro Grammat.* p. 154., NICOL. GUIL. SCHROEDERI in *Inftitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* p. 199. 202. 270., atque GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 354. not., quam inter Iudaeos, ut Aben-Efrae, cujus haec funt verba: מלת תְּנָה שם הפועל כמו מֵרְדָה מִצְרַיְמָה כאילו אמר תת הורך על השמים i. e. *vocabulum* תְּנָה *eft Infinitivus cum He parag. ut* רְדָה Genef. XLVI, 3. *Idem eft, ac fi poeta fcripfiffet* תֵּת etc. Sed difertius KIMCHI: ומלת תנה הוא מקור במקום נתת כי משתמשים במקום עבר כמו ילדה יעזוב כמו ועזבה ואחרים זולתו i. e. *vox* תְּנָה eft *Infinitivus loco Praeteriti,* נָתַתָּ, *eo enim modo folent uti pro Praeterito, ut* Ierem. XIV, 5. יָלְדָה וְעָזוֹב *peperit* et relinquere, *pro* עָזְבָה, reliquit, *et ita in aliis etiam locis.* Confentit quoque MUNTINGHE, hoc tamen discrimine, quod verbum נָתַן cum Walravenio atque Venema (vid. fupra fub n. 5.) *tendendi, protendendi* fignificatione fumendum cenfet, ut vertendum fit: *cujus gloria fupra coelos protenfa* f. elevata *eft.* Sed non eft neceffe, ut ab ufitata illius verbi notione recedamus, quum fimilis plane locutio occurrat Pf. CXV, 1. *non nobis,* כִּי לְשִׁמְךָ תֵּן כָּבוֹד *fed tuo nomini tribuas honorem.* Senfus itaque eft: vel fupra ipfos coelos longe eminet tua gloria et magnificentia, ut illam affequi nemo poffit.

3. עוֹלְלִים a יוֹנְקִים *lactentibus,* docente linguae ufu, proprie

proprie ita differunt, ut illi *pervuli* fint *jam grandiufculi*, qui incipiunt ratione uti, et ludere in platea, ut patet ex Ier. VI, 11. *Effunde iram* עַל־עוֹלָל בַּחוּץ *fuper puerum in platea*, et Ier. IX, 20. *ad exfcindendum* עוֹלָל מִחוּץ *puerum a platea*, ne extra domos ludant pueri; non ab עוּל, quod PAULUS in *Clavi* h. l. cum Arab. عال comparat, quod inter alia fignificat *fuftentavit aluitque* familiam; MICHAELIS vero in *Supplemm.* p. 1859. cum غول, *lactare*, fed ab עָלַל, Arab. علّ, inter cujus notiones a DSJAUHARIO (in SCHULTENSII *Origg. Hebrr.* L. I. Cap. VI. p. 78. feqq.) notatas, etiam haec reperitur: علله بالشي اي لهاه به كما يعلل الصبي من الطعام يتجزا به عن اللبان עלל *aliquem aliqua re, id eft, lactavit et demulfit eum, veluti lactavit infantem et cruftulis demulfit, ad mammae damnum refarciendum.* Unde patet, nomen עוֹלָל *pueris inditum effe, a lacte jam depulfis*, quod cruftulis fere demulceri et vario ludo oblectari foleant, poft mammam amiffam; quemadmodum Arabes a لها, *oblectavit, demulfit*, quo Dsjeuharius verbum עָלַל expofitum dedit, derivarunt لهو notione *pueri*, a matre jam depulfi, et *ludicris delinimentisque omnibus fefe oblectantis.* Cf. Schultenfii Origg. p. 101. — Verba יִסַּדְתָּ עֹז, *fundafti gloriam*, MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. XI. p. 200. aliis punctis fubftratis יְסֹדַת עֹז efferenda cenfet, *fundamentum roboris*, i. e. fundamentum firmum, argumenta invicta. Qua mutatione affumta totum locum fic reddit: *ex ore infantium et lactentium perfonant argumenta invicta* [*aus dem Munde der Kinder und Säuglinge ertönen ftarke Beweife*] fubintell. gloriae divinae. Quod quam abhorreat ab omni elegantia poetica, quisque fentiet ipfe. Veriffime autem monet MUNTINGHE, deleri illa mutatione imaginem non inelegantem poetisque Arabicis fatis ufitatam, qua *gloria* aedificio comparari folet. Sic poeta

vetus

vetus ab ALB. SCHULTENSIO in *Commentar. ad Iob.* p. 338. citatus:

يبني المكارم ويعمرها حتى
ينال امورا دونها قحم

Aedificat laudes, easdemque inhabitat; ita ut
Conſequatur res praeſeptas praecipitiis.

Atque ACHMED ARABSIADES in *Hiſtor. Timuri*, T. I. p. 524. ed. Manger. وشيد له بين الخلق اشد بنيان واشد اساس *aedificavit ſibi inter hominis ſirmiſſimum aedificium ſirmiſſimis fundatum fundamentis*, i. e. comparavit ſibi nominis famam ſemper duraturam. Huic oppoſitum: *gloriae aedificium deſtruere.* Idem ille Achmed, T. I. p. 232. ان حكم القضا بافساد بنيتي *ſi ſtatuerit decretum* (divinum), *ſtructuram meam deſtruere.* HARIRI in Conſeſſu XXXIII. apud Schultenſium in Not. ad Conſeſſ. VI. p. 253.

وَحَادِثَاتٌ قَرَعْنَ مَرْوَتِي
وَقَوَّضْنَ مَجْدِي وَبِنْيَانَهُ

Et infortunia pulſarunt ſaxum meum edurum,
Ac deſtruxerunt gloriam meam ejusque ſubſtructionem.

Quare non eſt opus, ut cum Rupertio עֹז *victoriam* h. l. vertamus, collato Arabico عِزَّةٌ (*ex infantium atque ſugentium ore victoriam tibi paras*), praeſertim quum, ut et ipſe ſubdit, illa eadem Arabica vox de *gloria* quoque uſurpetur. KOEHLERUS in *Repertor.* P. III. p. 59, pro ſimplici עֹז cum ſuffixo עֻזְּךָ legendum conjicit, Syro praeeunte, qui ܬܫܒܘܚܬܟ, *laus tua*, exhibet. — Senſum vero hujus inciſi interpretes non uno modo conſtituunt. 1) Quidam referunt ad infantium conſervationem atque nutritum ex ube-

uberibus maternis, ex quo divina ſapientia cognoſcatur. Ita KIMCHI: תחלת הנפלאות אשר באדם אחר יוצא לאור העולם הוא היניקה — — לפיכך אמר יִסַּדְתָּ כמו שהיסוד תחלת הבנין כן היניקה תחלת ההכרה בחסד הבורא על האדם אחר צאתו לאור העולם *Primum omnium inter divina miracula, quae apparent in homine, poſtquam eſt in lucem editus, eſt lactatus. — Idcirco hic dicitur* f u n d a ſt i, *quia ut fundamentum initium eſt aedificii, ita lactatus initium eſt cognoſcendae potentiae divinae atque miſericordiae erga hominem jam in lucem editum.* Conſentit GROTIUS: „*Ex ore infantium* etc. Ex mirabili ſtructura mammarum ad alendos infantes eo alimento, cui in utero aſſueverunt, quas mammas ſine ullo magiſtro attrahunt infantes, quibus id initium eſt *στοργῆς*.“ 2) Alii *dignitatem hominis* innui putant, Aben-Eſra praeeunte, qui Davidem vult ita locutum eſſe בעבור היות ארם נכבד מכל נבראי מטה אמר כי מעת שיחל הנער לרבר וזה טעם מפי עוללים אז החל מתכונתו לקבל כח הנשמה עד שתשכל בשקול דעתה כח בוראה *propter hominis praeſtantiam ſupra ceteras hujus orbis inferioris creaturas, quod ab eo tempore, quo incipit parvulus loqui ac fari (hoc ſignificat ex ore infantium et lactentium), jam tunc incipit recipere virtutem animae ſapientis, dum tandem aſſequatur judicio rationis potentiam ſui creatoris.* — 3) Sed breviter et bene, meo judicio, MOSES, Sacerdos dictus, apud Kimchium: ורבינו משה הכהן פי׳ מפי עוללים אשר לא ידברו בפיהם הם בעצמם יודו על רוב חסדיך כי תכלכלם ותרבם בגופם באורך וברוחב *Ex ore infantium, qui etſi nondum loqui aut fari poſſunt, ipſi nihilominus multa ac magna tua beneficia praedicant, quippe quos foves, nutris, atque ut creſcant facis.* לְמַעַן צוֹרְרֶיךָ *propter inimicos tuos*, i. e. ut recte Kimchi: לבטל דברי המכחישים האומרים אין אלוה *ut convinceres atheos*, quos *hoſtes Dei* vocat, ut qui Deum negantes Deo bellum inferre videantur, eumque e coelo velle deturbare. לְהַשְׁבִּית אוֹיֵב *ut hoſtem ceſſare facias*, ut eum compeſcas, reprimas, coerceas, ſive: *ut quieſcere,*

i. e.

i. e. ſilere *illum facias;* convenit enim שָׁבַת cum Arab. سبت, quod proprie eſt: ſopore *correptus fuit*, hinc in IV. *quietem cepit.* Vocem מִתְנַקֵּם vulgo vertunt *ulciſcentem*, qui injuriam ſibi factam ulciſci properat, Deo ultionem non relinquens, quem humana non curare credit, ſive ſuperbum, et inſolenter ſeſe gerentem. Ita IOH. FRID. FISCHERUS in *Clavis Verſionn. Graecarr. V. T. Specim.* p. 81., qui locum noſtrum ita vertit: „*ad convincendam eorum amentiam et furorem, qui negant, te curare res humanas;* nam quia ii, qui putant, negligi a Deo res humanas, ſolent ſuas ipſi injurias vindicare, propterea vocari, et vere quidem, videntur מִתְנַקֵּם." Atque certe verbum נָקַם in lingua Hebraea conſtanter *ulciſcendi, vindicandi* notionem obtinet (cf. Iud. XV, 7. 1 Sam. XIV, 24.), quemadmodum Arabibus etiam نَقِمَةٌ eſt *vindicta.* Sed eadem Arabum dialectus aliam adhuc offert interpretationem; eſt enim نَقِمَ proprie *iratus fuit, objurgavit.* Hinc MICHAELIS in *Supplemm.* P. V. p. 1676. אוֹיֵב וּמִתְנַקֵּם *hoſtem et iratum*, i. e. hoſtem iratum, reddere mallet; cum quo PAULUS in *Clavi* h. l. conſentit, dum מִתְנַקֵּם *qui iratum ſe oſtendit*, vertit. Non multo diverſus eſt Chaldaeus, qui גָּוזְמָא *comminator*, ponit. Interpres anonymus in Symbolis ad hihiſtoric. V. T. interpretat., qui cantico noſtro Davidis gratum erga Deum animum ob natum Salomonem expreſſum putat, Verſum hunc ita reddit: *infantibus et lactentibus potentiam meam fundas propter inimicos tuos, ut hoſtis atque vindictae cupidi conatus reprimas* [*Durch Kinder und Säuglinge gründeſt du meine Macht um deiner Gegner willen, Ruhe zu ſchaffen vor dem Feind und Rächer*]. Innuere autem poetam his verbis, ſpem ſibi eſſe, fore ut ſilio recens nato domus ſuae ſplendor atque dignitas ſervetur, neque Ammonitarum rege (quem אוֹיֵב *hoſtis* nomine inſignitum cenſet), nec ejus ſocio, Hadadeſero

fero, Syrorum rege (מְחַנְּכָם), opprimatur. Subtilis potius, meo fenfu, quam elegans interpretatio. Cf. EICHHORNII *Biblioth. Literat. bibl.* P. VI. p. 525.

4. כִּי אֶרְאֶה *Ubi*, quoties, *contemplor*. Futurum enim hic non fimpliciter pro *Praefenti* fumitur, fed *ἀοριστῶς*, ut confuetudinem et frequentiam contemplationis indicet: ut Prov. XV, 20. *filius fapiens* יְשַׂמַּח *exhilarat patrem;* et Ierem. XX, 8. מִדֵּי אֲדַבֵּר אֶזְעָק, *quoties loquor, conqueror.* — שָׁמֶיךָ *coelos tuos,* a *te* conditos, five, quos *tu* habitas, infignem illam rerum coeleftium ftructuram. — מַעֲשֵׂה אֶצְבְּעֹתֶיךָ *Opus digitorum tuorum.* „Ita *coeli* hic vocantur refpectu *corporum coeleftium* (quae proprie hoc titulo ornantur, quod fint artificiofiffime confecta), quibus coelum quafi *acu pictum* eft; in hac enim phrafi ad opus Phrygionium acu et digitis contextum refpicitur; ut *manus* potentiae Dei, fic *digiti* ejus fapientiae et intelligentiae funt emblemata, et artificiofum opus defignant.“ VENEMA. Alii, inter quos et Schulzius, *facilitatem* hujus operis innui putant. Sed recte GLASSIUS *Philol. S.* T. I. p. 938. ed. Dath.: „*Digitus* Deo tribuitur, quo itidem potentia et virtus Dei operantis denotatur, ficut digitorum adminiculo homines fua peragunt. Exod. VIII, 19. XXXI, 18. Pf. VIII, 4. Sed non eft argutandum in hoc tropo, quod quidam faciunt, qui in loco Pf. VIII, 4., ubi coelum dicitur *opus digitorum Dei,* ex hac metaphora, perquam abfurde, eliciunt, coelum fumma facilitate effe a Deo creatum, et valde artificiofe conditum, ut fubtilia atque pretiofa opera a fummis artificibus non corporis robore, non brachiis et manibus, fed fummis digitis conficiuntur.“ Quaerunt, cur nulla hic fiat *Solis* mentio, omnium operum divinorum inter corpora coeleftia praeftantiffimi? quemadmodum, monente Rupertio, in celebri illa tempeftatis defcriptione apud VIRGILIUM *Aeneid.* L. I. 85. inter ventos omiffus eft Aquilo, cui tamen partes debuere praecipuae, quippe quo Aeneas ad Africae litora

rejiceretur. Plerique, praeeuntibus interpretibus ex Hebraeis, caufam repetunt inde, quod carmen hoc noctu, quod tempus meditationi commodum inprimis, a Davide compolitum fuerit. Alias conjecturas proponit RUPERTIUS. 1) Potuiffe librariorum negligentia שָׁמֶיךָ textui illatum effe pro eo, quod a poeta fcriptum fuerit, שֶׁמֶשׁ five שִׁמְשְׁךָ. 2) Aut, fi hoc admittere nolis, dicendum effe, folem nomine *coeli* jam comprehendi; nifi 3) poeta corpora coeleftia promifcue pofuerit, non ad fubtiliorem aliquam rationem. — Nodus in fcirpo, ut mihi videtur; etenim quum pateat, poetam ea fidera pofuiffe, quae noctu tantum confpiciuntur, et interdiu propter lumen folis non apparent, fimul illa commemoravit, quae fimul confpiciuntur.

5. Cum his tam pulchris, tam confpicuis corporibus collatus homo, quidnam eft? nonne, fi corporum excellentiam fpectes, homo fere nihil effe videtur? Sed non adeo miror, inquit, harum nobliffimarum creaturarum pulchritudinem et excellentiam, quam illud, quod tam exiguam creaturam, ac, fi cum illis conferatur, paene nullam, tanti feceris et aeftimaris, ut inter cariffimas numerares, et illius maximam rationem et curam haberes. Quem fenfum Aben-Efra Hebraice ita expreffit: יש לך בראות גדולות ונכבדות מהאדם איך שמת לב לתת לו כבוד *Quum tibi fint creaturae homine longe majores et excellentiores, quomodo tanto honore eum dignari potuifti?* Transit itaque poeta ad naturae humanae dignitatis admirationem et laudem. כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *Quod memor es ejus,* i. e. qui cogitas de eo, tanquam de re, quae tibi cara fit; namque *meminiffe alicujus*, illum *aeftimare* eft; ut contra *non meminiffe*, eum *negligere*. In loco parallelo, Pf. CXLIV, 3., ubi eadem plane fententia, verbis tantummodo paulo diverfis, occurrit, pro זָכַר verbum יָדַע ufurpatur. כִּי תִפְקְדֶנּוּ *Quod vifitas eum*, rationem ejus habes et curam geris, pro quo Pf. CXLIV, 3. dicitur: בֶּן־אֱנוֹשׁ

בֶּן־אֱנוֹשׁ וַתְּחַשְּׁבֵהוּ, quid eſt *mortalis, ut ejus rationem habeas?*

6. וַתְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט מֵאֱלֹהִים *Minuiſti*, minorem, inferiorem reddidiſti *eum paululum Deo.* Verbum חָסֵר, ſi primam ejus notionem ſpectes, ex PAULI ſententia in *Clavi* h. l. convenit cum Arabum حشر *exacuit, attenuavit*, praeſertim *radendo* (hinc etiam *conciſe et eleganter formavit* notat), unde apud Hebraeos *minuendi* ſignificatione uſurpatum cenſet. Paulum ſequitur RUPERTI in Henkii *Magazin* T. VI. Faſc. III. p. 521. Ego rectius Arabicum خسر conferri puto, quod dici ſolet *quando ponderi aut menſurae decerpitur ac deteritur*, veluti in Corani Cap. LV, Vs. 8.: Pondera rigide examinate, وَلَا تُخْسِرُوا ٱلْمِيزَانَ *neque lanci quicquam detrahatis.* Item Cap. LXXXIII, 3. *Cum admetiuntur illis, aut appendunt aliquid* يُخْسِرُونَ *imminuunt* menſuram aut pondus. Omnem verbi hujus ſignificationum ambitum ex fontibus Arabicis expoſuit ALB. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Proverb.* p. 430. ſeq. אֱלֹהִים h. l. I) quidam *angelos* interpretantur, Alexandrinum et Chaldaeum ſequuti, cujus haec ſunt verba: וְחַסַּרְתָּא יָתֵיהּ קְלִיל מִמַּלְאֲכַיָּא. Aben-Eſra quoque אֱלֹהִים ſignificatione המלאכים ſumendum monet, ut Dan. II, 11. *Eſtque, quod tu, rex, rogas, ita difficile, ut non ſit alius, qui id tibi explicare valeat, praeter* אֱלָהִין angelos, *quorum non eſt cum mortalibus habitatio.* Idem ſequuntur Mendelsſohn, Michaelis, Dathius, alii. Atque ex his quidem interpretibus voculam מְעַט 1) alii capiunt de *gradu*, ut ſenſus ſit: *angelis paulo inferiorem eum feciſti*, non ſolum propter dominatum et poteſtatem illi ſuper omnes inferiores creaturas traditam, verum etiam propter animae rationisque naturam, per quam

cum illis conjunctus eſt; 2) alii vero de *temporis ſpatio*, ut Exod. XVII, 4. עוֹד מְעַט וּסְקָלֻנִי *mox lapidabunt me.* Iob. XXIV, 24. רֹמּוּ מְעַט *exurgite parumper.* Hoc poſt Venemam placuit Doederlinio, qui ſenſum ita expreſſit: *inferiore quidem angelis loco conſtituiſti hominem,* jam humiliore conditione vivit; *ſed* כמעט [ita Doederlein poſuit pro מעט] *per breve tempus.* „Olim enim erimus ἰσάγγελοι, *angelis aequales: non tamen plane neglexiſti omnemque ei negaſti dignitatem;* nam honore atque majeſtate eum ornaſti. Paulus ſublimiore ſenſu Ebr. II, 6. 7. haec applicat Meſſiae, qui ταπεινώσας ἑαυτὸν, *in humilem conditionem ultra deveniens,* denique ad majeſtatis divinae conſortium evectus rei chriſtianae imperium obtinuit." Sed quum, recte obſervante EICHHORNIO (in *Biblioth. Literat. bibl. univ.* P. I. p. 497.), poeta manifeſte Geneſ. I, 26. ſeqq. reſpiciat, ubi homo Deo ſimilis creatus eſſe dicitur, ego iis accedo, qui Iſ) אֱלֹהִים *Deum* interpretantur, ut itaque homo tanquam σύνθρονος Διΐ (ut Ruperti monet), a poeta ſiſtatur, cujus imperio atque poteſtati omnia terrena ſubdita ſint, ut Verſſ. ſeqq. pluribus declaratur. Quum autem de noſtro loquendi more מִמְּךָ ponendum fuiſſet [*Tu, Iova, hominem paulo inferiorem te ipſo feciſti*]; noſter nomen אֱלֹהִים ipſum repetit, priſca linguae ſimplicitate, quae ante pronomina inventa nomina ipſa iterare non dubitabat, ſervata, cujus exempla plura in codice Hebraeo reperiuntur, quae collegerunt GLASSIUS in *Philolog. S.* P. I. p. 150. ed. Dath. et STORR in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 106. ſeq. — וְכָבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ *Gloria et honore coronaſti eum,* ornaſti eum itidem, ut corona caput ornare ſolet.

7. Quod in genere dixerat, nunc declarat in ſpecie. כֹּל שַׁתָּה תַחַת־רַגְלָיו *Omnia ſub pedibus ejus poſuiſti,* ſenſu prorſus convenit cum membro priori: תַּמְשִׁילֵהוּ *dominum eum conſtituiſti omnium, quae feciſti;* nam *ſub pedibus,* ſive *ad pedes alicujus eſſe,* idem eſt: ac ſub alicujus

jus imperio et ditione eſſe, cf. Deut. XXXIII, 3. Iud. VIII, 5. Pſ. XVIII, 39. [יִפְּלוּ תַּחַת רַגְלָי]

8. Nomen צֹנֶה non eſt derivandum a צאן, ضَأْن sed a ضَنِيَ (Hebr. צָנָה) *auctus fuit, abundavit, multa prole fuit* mulier, ejusdem plane notionis cum ضَنَأَ *abundarunt* opes, et in Conjugat. IV. *multa pecora habuit,* unde Num. XXXII, 24. צֹנַאֲכֶם, *grex veſter.* Habet autem grex ovillus a *prolis foecunditate* nomen, ut proprie ſonet: *proliferus,* quod pecudum omnium vere eſt fertiliſſima. Cf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XLIII. XLVI. T. I. p. 472. et 578. edit. Lips. SCHULTENSII *Inſtitt. Ling. Hebr.* p. 496. GERH. KUYPERS *Diſſertat. ad Varia Vet. Teſtam. loca,* §. IX. in *Sylloge Diſſertatt.* T. I. (Lugd. Batav. 1772.) p. 549. ROBERTSONII *Clavis Pentateuchi,* p. 490. not. MICHAELIS *Supplemm.* p. 2105., qui et recte monet, non audiendos eſſe, qui XVII. codicum auctoritate (*novem Kennicott.* et *octo Roſſ.* collationis) צֹאנֶה reponendum cenſerent. Nam quum inſolentior ſcriptio uſu firmetur linguae Arabicae, non ſphalma librariorum, ſed verior eſſe videtur. וְגַם בַּהֲמוֹת שָׂדָי *Et etiam pecora* ſive *beſtias campi,* feras ac ſylveſtres beſtias intelligit, in quas homo, ſi non vi, certe arte et conſilio, imperium exercet. Ad שָׂדָי haec monet Aben-Eſra: כמו שדה על דרך כל אצילי ידי *eſſe idem quod* שָׂדֶה *ſed formae* inſolentioris, *ut* יָדָי *Ezech. XIII,* 18. *pro* יַד. De hac forma vid STORR in *Obſervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 93.

9. Hujus Verſus verbis poſtremis, עֹבֵר אָרְחוֹת יַמִּים *transiens ſemitas maris,* Aben-Eſra et Kimchi ſignificari putant: שבחכמתו עושה ספינת ויכיר ארחות ימים ההזכיר והשיציד הדגים בלב הים *hominem ſolertia ſua naves aptare, quibus ipſa maria percurrat, et in alto etiam ipſos piſces venetur;* atque hoc modo accipiendo vertendum erit: *transi*

transit ſemitas maris. Verum, eodem Aben-Eſra monente, יש כי על הדג ידבר *alii ad piſces referunt*, ut Chaldaeus: וְלִוְיָתָן דְּחָלֵיף אִסְרָטֵי יַמָּא, *balaena, quae ſemitas maris pertransit.* Ita RUDINGERUS quoque: „Significantur piſces ὑδατοθρέμμονες, id eſt, *alumni aquarum,* ſicut eſt in epitheto Poetae veteris.“ אָרְחוֹת יַמִּים convenire cum Homerico ὑγρὰ κέλευθα (Iliad. A. 312. Odyſſ. Γ, 71.), apte notat Ruperti.

10. Poſtquam Dei ex unius hominis conditione potentiam et magnificentiam celebravit, nunc ex iis omnibus quae in terra conſpiciuntur, ſummatim celebrat, eandem, quam initio, Vs. 2., repetens exclamationem.

PSAL-

PSALMVS NONVS.

ARGVMENTVM.

Poeta in hoc carmine primo gratias agit Deo pro insigni quapiam victoria praecipuique hostis ruina. Tum justitiam Iovae, qui suos, cum opus est, defendit, pluribus celebrat, piosque illius cultores exhortatur, ut idcirco spem in eo collocent, ejusque opera palam praedicent. Denique Deum precatur, ut, quemadmodum nunc, sic deinceps sceleratos perpetuo compescat [1]).

Hunc

1) „Ἐπινίκιον carmen hoc esse putatur triumphantis in victoria; et sane initium hujus, usque ad Versum 14., est triumphale pium, sed non tam de victo hoste certo et praecipuo aliquo, quam de omnibus externis, quos ad id tempus usque devicit. Neque dissimile est Psalmo LXVIII. *Exsurgat Deus.* Insultat autem, zelo pio, victis impiis, et a Domino victoriam ipsi contigisse canit per justum judicium ejus, pro quo et gratias ei agit praesentes, ac promittit et aeternas, et petit, ut Deus deinceps etiam ostendat potentiam suam et justitiam impiis hostibus suis, et quod gloriose coepit in se, feliciter absolvatur, atque similem victoriam largiatur ei adversus omnes reliquos, quoties opus erit, ut hoc modo Psalmus sit et ἐπινίκιον liberati in praesentia, et sic tamen habeat admixtas preces novas adhuc etiam haerentis in mortiferis

Hunc Pfalmum Graecus Alexandrinus, et, qui eum femper fequitur, Latinus interpres, cum eo, qui proxime fequitur, unum faciunt. Quod probant FERRANDUS [2]) et VENEMA [3]), qui „duos hosce," inquit, „Pfalmos conjungimus, quia male effe divifos, adeoque pro uno eodemque habendos cenfemus, non tantum quod Alexandrini ita praeiverint, licet eorum auctoritas nonnihil ponderis opinioni noftrae addat, fed praecipue, quod Pf. X. titulo careat, et argumentum Pfalmi IX. indivulfo nexu continuet. Quum primum Pfalmorum volumen, 41. Pfalmos complexum, nullum fine titulo habeat, hunc eo cariturum, non eft probabile; fed, quod opinionis praecipuum fundum praeftat, nexus horum Pfalmorum eorum divifionem et fejunctionem neutiquam permittit. Preces, quae Vs. 20. incipiunt, continuari easdem uno tenore Pf. X., vel fola infpectio cuique perfuadebit." EBERARDUS quoque SCHEIDIUS [4]), quae nunc duo

firis periculis (Vs. 14.). Hoc enim malo, quam fequi eos, qui preces infertas accipiunt de iis precibus, quibus in periculis a victis illis hoftibus ufus fuerit, antequam eos vinceret et tanquam μιμητικῶς, et non de ejusmodi, quibus tum, ut in reftantibus adhuc periculis, ei opus fit." RUDINGERUS in Προθεωρίᾳ hujus Pfalmi.

2) In *Libro Pfalmorum cum Argumentis, Paraphrafi et Annotatt.* p. 193.

3) In Prolegomenis ad hunc Pf. §. I. p. 208.

4) In EICHHORNII *Biblioth. Litterat. Bibl. Univ.* P. II. Partic. V. p. 944.

duo carmina ſunt, olim unum fuiſſe putat continuum, ad ſeriem ordinemque literarum Hebraicarum conſtructum. Eum ordinem tamen librariorum incuria variis locis interruptum eſſe; etenim 1) poſt Pſ. IX. Verſum ſextum excidiſſe eum Verſum, qui cum litera ד inceperit; 2) Verſ. 19. et 20. transponendos, ut Verſus proximus litera כ incipiat; 3) Pſ. X, 3. pro כי fortaſſe מה legendum, et 4) Vs. 5. נחולו pro יחילו; 5) poſt Ps. X, 6. excidiſſe eum Verſum, qui cum ם inceperit, nec non 6) prima verba Vs. 10., qui cum litera ע incipiendus fuerit; illa fortaſſe ita reſtituenda eſſe: ודכה (צועה אביון) [5]. Verum in ejusmodi car-

5) Pſalmos IX. et X. olim unum continuum carmen conſtituiſſe, cujus ſtrophae, quae ſingulae tetraſticha ſint, ad ſeriem literarum Hebraicarum ordinatae eſſent, poſt viros doctos ſupra laudatos pluribus evincere ſtuduerunt I. I. BELLERMANN in *dem Verſuch über die Metrik der Hebräer* p. 139. ſeqq., et M. H. STUHLMANN in ſingulari Commentatione ſuper utroque hoc Pſalmo, quae legitur in den *Analekten für das Stud. der exeget. und dogmat. Theol.* P. III. Faſc. 3. No. I. Ut vero utriusque carminis in unum conjungendi ſtrophas in ordinem ſeriei literarum Hebraicarum convenientem reſtituerent, in textu hodie recepto haud pauca e conjectura mutare neceſſe habuere illi Duumviri. Ita Pſalmi IX. Verſui 8., cujus prima vox eſt יהוה, quum ſecundum literarum ordinem tali voce incipere deberet, cujus prima litera eſſet ד, Bellermann praemittit דעו; et ſic tamen haec ſtropha caret duobus ſtichis ut ceteris tetraſtichis aequalis fiat. Verſus 9. ut litera ה incipiat, ejus initio praefixum ו delendum cenſet. Verſus 19. 20. ita transponit, ut Verſum 18. excipiat Verſus 20., voce קומה incipiens, ut ita integrum tetraſtichon prodeat, et ſequatur ſtropha litera כ (כי Vs. 19.) incipiens. Praetermittimus ceteras

carmine, quo literarum ſeriem ſervaret, haec ipſa ejus ſtructura impediiſſet, quo minus tot Verſus omiſſi aut male poſiti fuerint. Habet praeterea Pſalmus X. meo ſenſu argumentum aliud prorſus, et diverſum omnino ſtylum ac longe ſublimiorem. In noſtro continua eſt gratiarum actio, in ſequenti precatio; illic de hoſtibus jam ſuperatis, hic de graſſantibus adhuc et debellaudis ſermo fit. Neque neceſſe eſt, ut cum IOH. IAC. GUILCHERO [6]) quatuor ultimos Pſalmi *noni* Verſus (18—21.) ad *decimum* trahamus, cujus initium faciant, atque adeo diſtinctionem utriusque Pſalmi non ſuo loco factam eſſe putemus. Cf. infra not. ad Vs. 18.

Quo tempore aut occaſione carmen ſit compoſitum, variae ſunt variorum ſententiae, quarum praecipuas breviter recenſebimus.

I) Interpretibus inter Iudaeos haud ignobilibus [7]) לַבֵּן, *Labben*, eſt nomen regis aut principis

teras mutationes, quae locis laudatis una cum iis, quae ad eas commendandas aſſerunt Duumviri doctiſſimi, legi poſſunt. Nobis quidem, utut erudite illa et acute ſint disputata, tamen non tam certa et indubitata viſa ſunt, ut in noſtra interpretatione utrumque Pſalmum conjungendum judicaremus.

6) In *Obſervatis ad Pſalmum IX. et X.*, quae inſunt *Symbolis Literariis Haganis*, Claſſ. I. Faſc. I. p. 85. ſeq.

7) Veluti IARCHIO, cujus haec ſunt verba: ורונש פתר לבן שם אדם שהיה שמו לבן שהיה נלחם בדוד בימים ההם ומה שהוא אומר גערת גוים אבדת רשע הרשע הזה הוא לבן ההורג עם נקיים ואף על פי שאין אחה

pis cujusdam extranei, qui Davidi et Iſraelitis bellum intulerit, de cujus itaque occubitu poeta Iovae gratias agat.

II) Alii, Chaldaeum [8]) ſequuti, arbitrantur, hoc carmen eſſe ἐπινίκιον de interfecto Goliatho [9]). Verum, ut taceamus, videri hunc Pſalmum tum demum fuiſſe literis conſignatum, cum David ſedem ſuam in Sione fixerat, duae rationes prohi-

אתה רואה במקום אחר אדם שהיה שמו לבן רק במקום הזה כן מוצא במלכים אחרים שאינן נכתבים במקרא רק פעם אחת DUNES (Labrathi fil.) *Labben nomen proprium eſſe putat regis cujusdam, qui tum cum Iſraelitis bellum geſſerit. Eundem infra Vs. 6. indicari improbi* (רָשָׁע) *nomine; quod multos Iſraelitas innocuos occiderit. Neque obſtat huic ſententiae, quod iſtius hominis nusquam alias in V. T. mentio ſit, plura enim nomina ſemel duntaxat occurrunt.* Eandem ſententiam probat Aben-Eſra, cui *Labben* eſt שם אחד נסיכי הגוים שלחץ את ישראל *Principis cujusdam, qui Iſraelitas oppreſſerit.*

8) לְשַׁבָּחָא עַל מִיתוּתָא דְגַבְרָא דִּי נְפַק מִבֵּינֵי מַשְׁרְיָתָא *ad laudandum de morte viri, qui egreſſus eſt e medio caſtrorum.* Cf. not. ſequ.

9) KIMCHI: ויש אומרים כי לבן כמו ביוד והוא גלית שנקרא איש הבינים וכאשר הרגו דוד אמר זה המזמור *Ex quorundam ſententia* לַבֵּן *hic ſcriptum eſt pro* לַבֵּין, medio Jod, *qua appellatione Goliath indicetur, qui* 1 *Sam. XVII*, 4. *vir* הַבֵּנַיִם, *medietatum, vocatur* (h. e. ſequeſter et intermedius, interponens ſe inter duo caſtra, et duello pugnam transacturus). *Eo itaque proſtrato, ceciniſſe Davidem hunc Pſalmum.* De *Goliatho* vocem בֵּן IRHOVIUS quoque intelligendam arbitratur, in libro de *Pſalmor. Titulis*, p. 92., ſed ita, ut illam *vindicem, fortem, bellicoſum, heroa* vertat, ut ſynonymum ſit אִישׁ, *virili animo praeditus, ſtrenuus, fortis.* Vid. Pſ. XLIX, 2. 1 Sam. XXVI, 15.

prohibent, quo minus iſtam ſententiam amplectauur. Una, quod ſi David hanc hiſtoriam habuiſſet in animo, cum hocce Canticum meditatus eſt, verbis uſus eſſet non generalibus illis, et quae in nulla perſona ſingulari conſiſtunt, ſed multo preſſioribus, et in quibus pro ea ope, quam Deus ipſi extra ordinem in eo certamine tulerat, gratias egiſſet accurate. Altera, quod eam de inimicis ſuis mentionem facit, quae non poteſt in ea tempora competere, quibus cum Goliatho dimicavit. Nondum enim eas perſecutiones paſſus erat, quae talia dicendi occaſionem ſuppeditarent.

III) Quidam carmen *εὐχαριστικον* putant, ob conjurationem Abſolonicam feliciter disſolutam [10]). Huc referendus RUDINGERUS, qui exiſtimat, „eſſe ſcopum Pſalmi preces in periculo a ſeditioſis, Abſolonico tempore, et his praemitti celebrationem multiplicium victoriarum, quas ante id tempus, beneficio Dei adverſus externos obtinuerit, quarum recordatione confirmet ſe in fiducia

10) Veluti Hebraeorum quidam, a Iarchio commemorati, qui עַל־מוּת לַבֵּן interpretantur: *ſuper morte filii*, i. e. Abſalonis. Quam ſententiam tamen Iarchi non probat, quod non ſit ſcriptum הַבֵּן, verum לַבֵּן, et nihil ſit in toto Pſalmo, quod poſtulet, ut de Abſalomo cogitemus. *De morte filii* vertit quoque Interpres Anonymus, in den *Beyträgen zur hiſtoriſchen Auslegung der Altteſtamentl. Bibel*, P. I. p. 56. ſeqq. cenſetque Davidem hoc Pſalmo ob filii ſeditioſi mortem Deo gratias agere.

fiducia de ope, quam laturus ei ſit Dominus etiam in rebus praeſentibus, quod facit etiam in Pſalmis aliis, maxime vero in hoc nono et XXI, et poteſt videri ſimilis huic Pſalmus XCII, cum quo conferatur. — — Eſt igitur hic totus Pſalmus precatio adverſus ſeditioſos Abſolonicos, et ſic factus, ut ſi dicat: Domine, ago tibi gratias, qui dediſti mihi tot victorias adverſus tam multos hoſtes meos, quas perpetuo celebro, aſſis etiam nunc mihi contra ſeditioſos."

VI) MOELLERO [11]) hic Pſalmus carmen eſt triumphale de Philiſthaeis ceterisque cum his conjuratis populis feliciter devictis decantatum, adeoque Pſalmo ſecundo *σύγχρονον*. Cui ſententiae tamen obſtat Sionis mentio, Verſu 15., ex quo manifeſtum eſt, ante exſtructum Sionium tabernaculum hunc Pſalmum compoſitum non eſſe.

V) FERRANDUS, qui Pſalmum IX. et X. pro uno habet, eum ad Babylonica refert tempora, cenſetque a captivis uſurpatum Iudaeis, qui Deo laudes ſe dicturos eſſe dicant, poſtquam irritos reddiderit ſuorum inimicorum conatus, ipſosque deſtruxerit.

VI) VENEMA, qui item duos hosce Pſalmos conjungendos eſſe arbitratur, Pſalmum IX. usque ad Vs. 18. ad Davidem, ab hoſtibus omnibus liberatum,

11) In EICHHORNII *Biblioth. Literat. Bibl. Univ.* P. IV. Faſc. II. p. 237., ubi integrum hoc carmen vernacule vertit, atque argumento et annotatione illuſtravit.

ratum, pertinere, inde autem, et per totum Pſ. X. afflictionem Epiphanicam et initia temporum Maccabaicorum deſcribi cenſet. Voces autem עַל־מוּת לַבֵּן, *ſuper morte filii*, ſerioris eſſe aetatis, temporibusque Maccabaicis inſcriptioni inſertas putat, cum Iudas Maccabaeus in proelio cum Bacchide et Alcimo fortiter pugnans occubuerit, resque populi in ſummo discrimine reliquerit. Neque abhorrere nomen בֵּן, quum eo manifeſte indicetur Maccabaeus Pſ. LXXX, 16. 18.

Sed quum harum ſententiarum nulla argumentis ſat firmis poſſit probari, ego omnem hanc quaeſtionem mittere potius, qnam in Pſalmo explicando ſententiam incertam ſequi malo. Eſtque praeterea carminis argumentum, ignorato etiam hoſtis devicti nomine, ſatis in ſe perſpicuum.

---

2. 3. Poeta carminis argumentum proponit: dicit, ſe Iovae facinora laudibus celebrare velle. Verba אוֹדֶה יְהוָֹה vulgo vertuntur: *celebrabo Iovam.* Sed quum inde in ſequenti hemiſtichio perſonae exiſtat mutatio; GUILCHER nomen יְהוָֹה quinto caſu accipere (ut mox עֶלְיוֹן), et verbum אוֹדֶה aeque ac ſequens אֲסַפְּרָה cum נִפְלְאוֹתֶיךָ conjungere mallet, hoc ſenſu: *celebrabo*, *Domine! ex toto corde meo; enarrabo omnia mirabilia tua.* — בְּכָל־לִבִּי *toto corde*, non duplici, non ficto, aut negligenter, ſed ſummo ſtudio omnibusque animi viribus. כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ *omnia admiranda a te perpetrata*, non illud ſolum

recens

recens et memorabile ejus opus, ſed ex illius occaſione omnia ejus opera et beneficia in ſe populumque Iſraeliticum collata.

3. אֶשְׂמְחָה וְאֶעֶלְצָה בָךְ *Laetabor et exultabo in te,* quod te adjutore, te protectore fretus hoſtem vicerim; laudes tibi et hymnos cum laetitia celebrabo.

4. Laudandi materiam et cauſam exponit: hymnos tibi canam, quod effeceris, ut hoſtes terga verterent. יִכָּשְׁלוּ, *lapſi ſunt,* ruerunt, cum ſe propter infirmitatem ſuſtinere non potuerint. וְיֹאבְדוּ מִפָּנֶיךָ *perierunt a facie tua,* i. e. prae ira tua. פָּנִים enim haud raro abſolute *de vultu irato et terrifico* ponitur, ut Pſ. XXXIV, 17. Ieſ. LXIV, 1. 2. Ierem. IV, 26., ubi מִפְּנֵי יְהוָה exponitur addito מִפְּנֵי חֲרוֹן אַפּוֹ. Iovae poetae tribuit inimicorum excidium, quaſi Deo illis irato perierint, indignationem vultus ejus non ferentes.

5. De Deo tanquam judice loquitur, ad quem ſuam cauſam detulerit, qui jus ipſi reddiderit, hoſtem adverſariumque condemnaverit. כִּי עָשִׂיתָ מִשְׁפָּטִי וְדִינִי *Tu feciſti judicium meum et litem meam.* Tu ipſe enim diſceptaſti cauſam meam et pugnaſti pro me. Nomina מִשְׁפָּט et דִּין *triplici* modo explicantur. 1) Quidam, veluti COCCEIUS et VENEMA, מִשְׁפָּט *generaliori,* alterum vero, דִּין *ſtrictiori* ſignificatione accipiendum putant, ut prius illud liberationem ab hoſtibus poſterius relationem injuriarum et poenas involvat. 2) Alii per ἓν διὰ δυοῖν *judicium litis meae,* pro *de lite mea,* ſeu *de jure meo* interpretantur. Sive, ut DRUSIUS ſenſum exprimit: facto judicio ultus es me, et vindicaſti injuriam mihi factam. Mihi tamen praeplacet 3) IARCHII ſententia, nomina מִשְׁפָּט et דִּין h. l. ſenſu non diverſa eſſe, ut ſaepe alias חיבות כפולות במקרא ואין חילוק ביניהם *in Codice Veteris Teſtamenti duae dictiones, quae ſenſu conveniunt, uſurpari ſolent.* Exempla adducit Iarchius Iob. XVI, 19. *Ecce in coelis* עֵדִי *teſtis meus, et* שָׂהֲדִי *teſtificator meus in excelſis*: et Iob. XL, 13. (al. 18): עֲצָמָיו *oſſa ſua*

ſua ſunt viribus chalybeis, גְּרָמָיו *oſſa ſua vecti ferreo ſimiles.* Ita et hic utrumque ſignificat *judicium, quo cauſa disceptatur,* quemadmodum עָשָׂה דִין, עָשָׂה מִשְׁפָּט nil aliud eſt, quam *cauſam alicujus agere.* — יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא *Sediſti* (ita enim eſt vertendum, non in Praeſenti) *in ſolio,* ſcil. לעשות משפט *ad judicium agendum,* ut Iarchi et Aben-Eſra ſubaudiendum volunt, i. e. in tribunali. לְכִסֵּא KIMCHI pro בְּכִסֵּא poſitum dicit, quemadmodum ſaepius לומר במקום בית *Lamed pro Beth uſurpatur,* veluti Levit. XXVI, 8. *hoſtes veſtri cadent* לֶחָרֶב *gladio,* pro בֶּחָרֶב, et Geneſ. IV, 23. *occidi virum* לְפִצְעִי *vulnere meo.* Propriam tamen praefixi *Lamed* ſignificationem STORRIUS in *Obſervat. ad Analog. et Synt.* p. 284. hanc eſſe dicit: *quod attinet ad, reſpectu habito ad rem,* unde noſtram dictionem יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא ita exprimit: *ſediſti ſolium,* i. e. relative, ſi fas ſit ita loqui *ad* ſolium, *in* ſolio.

6. גָּעַרְתָּ גוֹיִם אִבַּדְתָּ רָשָׁע *Increpaſti gentes, perdidiſti impios;* ſententiam tanquam e ſublimi ſella jaculatus es adverſus gentes, quae me obſederant; quae ſententia, tanquam turbo quidam, impios illos corripuit et proſtravit. Verbum גָּעַר tamen non tantum *increpare,* verum etiam *increpando repellere, profligare* denotat, praeſertim הקשורה בלא בית לשון השחתה *conſtructum ſine ſequenti Beth* perdendi, extirpandi *notione ſumitur,* KIMCHIO obſervante, ut Pſ. LXVIII, 31. גְּעַר חַיַּת קָנֶה *perde feram arundinis;* et Malach. II, 3. הִנְנִי גוֹעֵר לָכֶם אֶת־הַזֶּרַע *ecce perdam vobis ſementem.* — שְׁמָם מָחִיתָ לְעוֹלָם וָעֶד *Nomen eorum deleſti in aeternum,* i. e. memoriam eorum, ut non ſolum ipſi, verum etiam nomen et memoria eorum funditus interirent. Verbum מָחָה proprie eſt *abſtergere,* veluti patinam, 2 Reg. XXI, 13., ſcripturam a tabella, Num. V, 23.

7. הָאוֹיֵב תַּמּוּ חֳרָבוֹת לָנֶצַח] Dictionem הָאוֹיֵב alii (1) in *Vocativo* vertunt, *O hoſtis!* quia praefixum ה haud raro eſt הא הקריאה ut Kimchius h. l. obſervat, i. e. *demonſtrando* ei, ad quem oratio dirigitur, ſive *Vocativo* expri-

exprimendo inſervit, ut Num. XV, 15. הַקָּהָל o *coetus! Ierem. II,* 31. הַדּוֹר *o generatio!* Vid. etiam 1 Reg. XVIII, 26. Eſth. VII, 3. Ezech. XXXVII, 4. Cf. STORRII *Obſervatt.* p. 120. Alii vero 2) *abſolute* poſitum putant: *quod ad inimicum attinet* perfectum eſt excidium etc. i. e. extremum eſt excidium *inimici,* ut STORR explicat l. c. p. 295. Ita Eccleſ. II, 14. הֶחָכָם עֵינָיו בְּרֹאשׁוֹ *Sapientem* quod attinet, *oculi ejus in capite ſuo,* i. e. ſapientis oculi etc. Pſ. XI, 4. יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Iovam* quod attinet *in coelis thronus ejus,* i. e. Iovae thronus etc. Alexandrinus: τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος. PAULUS in *Clavi* h. l. 3) הָאוֹיֵב collective ſumit, et conjungit cum תַּמּוּ, *hoſtes conſumti ſunt!* perierunt; *ruinae in perpetuum,* diruta ſunt omnia, quae hoſtis erant, ut numquam poſtea reſtituantur. Plerique tamen ea ratione, quam ſecundo loco indicavimus, vocem הָאוֹיֵב cum חֳרָבוֹת conjungunt. Inter omnes vero poſterius nomen, חֳרָבוֹת, multa divergia creat, quum varie legatur et explicetur. I) In codicibus plerisque extat חֳרָבוֹת, a חָרְבָּה, quod ſignificatione cum Arabum et Syrorum خَرِبَ, خَرَابٌ, ܚܘܪܒܐ convenit, *loca vaſtata, ruinas, vaſtitates* denotans. Poteſt vero, ad *hoſtem* relatum, ſive *active,* ſive *paſſive* accipi. 1) Qui *active* intelligunt vaſtitates, quas hoſtes intulerunt, hi iterum in diverſas ſententias diſcedunt. a) KIMCHII pater ita interpretatur; *o hoſtis!* החרבות שהיית עושה לא תעשה עוד *vaſtitates, quas intuliſti, amplius non facies,* finem habent populationes tuae, nec umquam poſthac tibi dabitur populandi poteſtas. b) Aben-Eſra hoc comma hoc modo accipit: ואתה האויב בעבור שתמו החרבות שהחרבת לנצח וערים נתשת אבד זכרם חשבת כי תמלט ושכחת כי השם לעולם ישב ויקח הדין ממך על כן אחריו ויי׳ לעולם ישב *Tu, o hoſtis, quia penitus conſumta ſunt, quae in perpetuum vaſtaſti, et etiam urbes, quas evertiſti, quarum periit memoria, putas, te fore evaſurum, et oblitus es, Deum per-*

manere in aeternum, atque ſupplicium de te fore ſumturum. Quare poeta ſtatim verſu ſequenti ſubdit: Iova perpetuo judex ſedet. — c) Alii poetam putant his verbis cavillari hoſtem. Ita DRUSIUS in *Commentatione* ſive in Annotationibus uberioribus in hunc Pſalmum: „*O hoſtis, completae ſunt vaſtationes in perpetuum? et urbes evertiſti? periit memoria earum cum ipſis?* Senſus eſt, ut ſi diceret: an opere perfeciſti, quod verbis minatus fueras? Quippe minatus fuerat, ut apparet, ſe vaſtaturum et everſurum urbes Iudaeae earumque memoriam perpetuo deleturum.“ A qua interpretatione non multum abhorret SIMEON DE MUIS: „*Inimice, conſummatae ſunt vaſtitates? civitates deſtruxiſti? periit memoria eorum cum ipſis:* quaſi poeta ſubito ad hoſtem ſermonem convertat, ab eoque per ironiam quaerat, an confectae ſint vaſtitates, quas ante animo meditabatur, et civitates exciderit, ſicuti interminatus fuerat? Imo hoſtes ipſi, ſubdit, prorſus perierunt, nullam ſui memoriam relinquentes.“ Interpretes vero haud pauci vocem חֳרָבוֹת ad *hoſtem* relatum 2) *paſſive* accipiunt, ut intelligendae ſint vaſtitates, quas experiantur hoſtes ipſi. Poteſt tamen etiam ſic duplici modo explicari; ſive ut a) תַּמּוּ ad הָאוֹיֵב referatur, verbum תָּמַם ſignificatione *conſumendi* ſumatur, ante חֳרָבוֹת praefixum ב ſubaudiatur, nomenque ipſum cum לָנֶצַח conjungatur, hoc ſenſu; „*Hoſtes conſumti ſunt vaſtitatibus aeternis.* Ita VENEMA: „*Hoſtes conſumti ſunt vaſtitatibus in ſeculum:* h. e. aeternis, ſive, quae vis vocis נֶצַח eſt, *puris putis.* Nomen ſingulare הָאוֹיֵב cum verbo plurali תַּמּוּ conſtructum indicat *partitionem, qualescunque hoſtes;* quo ה in הָאוֹיֵב quoque tendit. ה enim ſub forma articuli aliquando *diſtributivum* ſeu univerſale eſt, ut Exod. XII, 3. לְבָּיִת, *pro unaquaque familia;* nomen autem ſingulare collective ſumtum cum verbo plurali conſtrui, tralatitium eſt. Ante חֳרָבוֹת ſubintelligendum ב vel ל, ut ſit ſive *vaſtationibus*, ſive in *vaſtitates*, quod eodem redit.“ Sive, quod MOELLERO praeplacet, b) ut

b) ut תַּמּוּ cum חֳרָבוֹת conjungatur. Tunc verbum תָּמַם *consummari* vertendum erit, atque ad חֳרָבוֹת supplendum Suffixum, ad הָאוֹיֵב referendum, q. d. חָרְבוֹתָיו seu חָרְבֹתָם *consummatae sunt ruinae ejus in aeternum,* tota ejus terra vastata est, ut numquam in posterum restituatur. Praeivit hanc interpretationem IARCHI, atque loca plane similia adducit Ezech. XXXV, 9. *in solitudines perpetuas tradam te, et urbes tuae non inhabitabuntur;* atque Ierem. LI, 62. שִׁמְמוֹת עוֹלָם תִּהְיֶה *in solitudines perpetuas futura est.* Idem placuit MICHAELI: *die Trümmer der Wohnungen der Feinde bleiben ewig unaufgebaut.* Neque multo diversa est DACHSELII interpretatio, in *Bibliis Accentuatis* p. 652.: „Quum חֳרָבוֹת per accentum *Rbhia* a sequenti לָנֶצַח distinguatur, haec nomina per Adjectivum et Substantivum non possunt exprimi, sed לָנֶצַח est ad תַּמּוּ referendum: *Inimicum quod attinet, consummatae sunt vastitates (der Feind ist nun aufgerieben) in aeternum;* nam *urbes destruxisti,* o Deus! *periit memoria eorum ipsorum* (hostium). 3) Sed vocem חֳרָבוֹת significatione plane nova accipit HEZEL, dum in *Bibliis glossatis* ad h. l, חָרְבָה comparat cum Arabum حربة *apparatus ad bellum,* atque verba הָאוֹיֵב תַּמּוּ חֳרָבוֹת לָנֶצַח ita vertit: *O hostis! finem habent apparatus bellici in perpetuum (O Feind! mit den Kriegsrüstungen hat es ein Ende auf immer).* 4) IACOBI in Nott. ad Psalmor. version. vernacul. confert Arabicum محراب *coenaculum,* ὑπερῷον, *conclave regis, praecipuus in domo locus* (vid. GOLII *Lexic.* p. 592.), hoc integri commatis sensu: *magnifica hostium conclavia diruta sunt in aeternum (Auf ewig sind zerstört des Feindes Prachtgemächer).* — II) In quibusdam codicibus legitur חֲרָבוֹת *gladii, enses,* quomodo, Aben-Esra teste, in antiquo exemplari scriptum reperisse affirmat Labrati filius: אמר בן לברט כי מצא חרבות בפתח בספר

T 2 קדמון

קדמון על כן פירש בו כמו חַרְבוֹת צוּרִים (Iof. V, 2.). Idem invenit DE ROSSI in *fex* codicibus manu fcriptis, atque in *feptem* typis exaratis. Eandem lectionem expreffit Alexandrinus (*ῥομφαίαι*) et Syrus (ܣܝ̈ܦܐ). Neque Iarchium illam ignoraffe, apparet ex eo, quod binas eam explicandi rationes in medium profert; *unam:* חרבות השנאה לנצח הם עליו *gladii odio pleni perpetuo contra eum* (hoftem) *erunt; alteram,* qua hunc Verfum cum praecedente ita conjungit, ut הָאוֹיֵב a verbo מָחִיתָ pendeat: אותו אויב שחרבות שנאתו היתה עלינו לנצח delefti *hoftem illum, cujus gladii hoftiles perpetuo contra nos directi erant.* Eam lectionem praefert etiam KOEHLERUS in *Repertor.* P. III. p. 43. vertitque: *hoftis gladii confummati funt in perpetuum.* Chaldaeus utramque lectionem in Paraphrafi expreffit: וְכַד נְפַל בְּעֵל דְּבָבָא אִשְׁתֵּיצִיו חֵילְוָתֵיהּ וּכְרַכֵּיהוֹן אִצְטַדְיוּ לְעָלְמָא *cecidit hoftis, confumti funt exercitus* ejus, *urbesque eorum dirutae in aeternum.* — Verba עָרִים נָתַשְׁתָּ quod attinet, nomen עָרִים alii 1) fignificatione *hoftium* accipiunt, ut Mich. V, 13. Pf. CXXXIX, 20. Dan. IV, 16., unde VENEMA vertit; *evulfifti hoftes;* alii vero, 2) et quidem plerique, *urbes* intelligunt, hoc fenfu: *tu, o* Deus, *evertifti urbes* hoftium. Pro נָתַשְׁתָּ, legunt נָטַשְׁתָּ, *deferuifti,* codices *novem* a Kennicotto collati, *tresque* a prima manu, atque *novem* Roffiani, *fexque* iidem a prima manu, neque non Hagiographa Neapoli typis excufa. — אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *Periit memoria eorum ipforum;* הֵמָּה enim, ut obfervat ALB. SCHULTENSIUS in *Animadverff. Philologg.* ad h. l. „emphatice hic *παρέλκει,* quafi fimpliciter pofitum fit אָבַד זִכְרָם. Quae loquendi ratio apud Arabes frequentiffima. Ebn Tophail p. 182. مثل لباسه هو *inftar veftimenti ejus,* pro fimplici لباسه: et p. 189. كان رايه هو *erat fententia ejus.* Abulpharagius in Hiftor. Dynaft. p. 43. *Ifraelitae* لم يعصوك انت لكن في انا عصوا *in te rebelles non fuerunt,*

fuerunt, ſed in me.“ Eodem modo KIMCHI haec verba accipit: פירוש זכרם המה כפל הכנוי כי היה די במם זכרם *Pronomen geminatum eſt, quum ſolum ſuffixum in* זכרם *ſufficeret.* Cf. GESENII *Ausführl. Lehrgeb. d. hebr. Spr.* p. 727. Ceterum haec ſuffixa ad *hoſtes* ſunt referenda, non vero ad *urbes*, ut HEZEL fecit, qui ſic interpretatur: *memoria urbium, quas delere ſolebas, extincta eſt,* ipſa nomina urbium, quae deſtruere volebas, oblita ſunt, conſilia tua irrita plane ſunt reddita; quum עָרִים, recte obſervante Moellero, foeminei generis ſit [vid. Deuter. I, 28. עָרִים גְּדוֹלוֹת]. — VENEMA ante הֵמָּה particulam ו ſubaudit: *periit memoria eorum et ipſi,* i. e. cum ipſis, ut Ieſaj. LXIII, 11. וַיִּזְכֹּר יְמֵי־עוֹלָם מֹשֶׁה עַמּוֹ *recordatus eſt priſci temporis, Moſis et populi ſui,* et alias ſaepe. — IACOBI in *Not ad verſ. vernac.* ante הֵמָּה particulam כְּ ſimilitudinis ſupplere mallet, hoc ſenſu: *evanuit*, extincta eſt *memoria eorum,* veſtigia eorum deleta ſunt, *quemadmodum ipſi.* — ARNOLD. BOOTIUS in *Animadverſſ. Sacr.* Lib. III. Cap. XX. p. 112. pronomen הֵמָּה loco verbi ſubſtantivi poſitum exiſtimat, totumque Verſum ſic explicat: *O hoſtis, impoſitus eſt perpetuis vaſtitatibus finis, et urbes*, quas *dirueras, quarum memoria perierat,* denuo *exiſtunt.* „Subaudio,“ addit, „אֲשֶׁר tum ante verbum נָתַשְׁתָּ, tum ante זִכְרָם; אָבַד et נָתַשְׁתָּ habeo pro plusquamperfectis; לָנֶצַח conſtruo non cum תַּמּוּ, ſed cum חֳרָבוֹת [*vaſtationes in perpetuum,* i. e. perpetuae, quas tu perpetuas fore putaveras]; τὸ הֵמָּה autem, quod ad עָרִים refero, ita expono, ut vim habeat verbi ſubſtantivi; quod ſatis frequens eſt, ut pronomina demonſtrativa [ac prae ceteris hoc pronomen in utroque genere ac numero] verbi iſtius vim ſubeant. Exempla dat BUXTORFIUS in *Theſauro Grammat.* L. II. Cap. XII, quibus addo Geneſ. XXV, 16. et XXVII, 38. Exod. XXXII, 16. Et licet plerumque pronomina talia tunc fere junguntur nominibus, quae aliquod habent praedicatum, quod ipſius pronominis interventu cum nominibus conjungitur; interdum tamen et nominibus ſoli-

ſolitariis jungitur, ut Eſaj. XLIII, 13. אֲנִי הוּא *ego exſiſto.* Ita et Eſaj. XLVI, 14. 2 Regg. VII, 7. 10. τὸ *denuo* ſubintelligo, ut alias ſit." Haec Bootius, cujus interpretationi tamen obſtat, quod ſuffixum in זִכְרָם atque pronomen הֵמָּה, utrumque generis maſculi, ad עָרִים, quod generis feminei eſt, vix poſſunt referri. — Quamnam vero illarum explicationum eligas, ſane non eſt neceſſe, ut lectionem ſollicites; quod nonnulli fecerunt, veluti 1) I. D. MICHAELIS, qui pro הֵמָּה legit הָמָה, vertitque: *periit memoria eorum, aufugit*, cujus interpretationis in *Supplemm.* p. 551. hanc reddit rationem: „Arabibus quidem هَمَي inter alia eſt, *huc illuc paſtum vagatus eſt grex*, hoc ipſum a *fluendo*, ac proprie *diffluxit*. Hinc jam a *vagando* et *aberrando* Syris ܗܡܝܐ eſt: *neglexit, avertit oculos, adſpectum*, maxime etiam cum ܡܢ conſtrui ſolitum, e. g. in Aſſemani Bibl. Orient. T. I. p. 21, de Iacobo, Niſibis epiſcopo: ܠܐ ܐܗܡܝ ܡܢ ܐܝܢܐ ܕܦܐܝܐ ܗܘܐ ܠܗ *non receſſit a decoro.* — p. 57. ܐܗܡܝܢ ܡܢ ܡܟܬܒܢܘܬܗ *refugimus a ſcriptione*, i. e. noluimus ſcribere. His quidem non ſatis certis indiciis auſus ſum et *fugiendi disparendi*que ſignificatum verbo tribuere, atque locum, ex vocalium lectione languidum aut obſcurum transferre. Rectene fecerim, nondum pro certo deſinio. Poſſit et alii videri, הָמָה ut majus et ſonantius poſt אבד poni, forte pro, *merſa profundo eſt* [memoria ipſorum.], LXX. quoque ibi de הָמָה cogitaſſe, jam in *Biblioth. Orient.* T. XI. p. 201. monitum, vertunt enim, ἀπόλετο τό μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχους. Hoc quid ſit, utrum, *interiit memoria ipſorum cum gravi ſonitu* [ex alto in profundum decidens ac ſubmerſa]? an, *interiit memoria ipſorum, ut ſonus interire ſolet?* an denique alius? in dubiis relinquo; id tamen certum, litteras

ras המה interpretem graecum non ad הֵמָּה pronomen, ſed ad radicem הָמָה retuliſſe.“ — 2) PAULUS in *Clavi*, h. l. conjicit legendum eſſe ita: אָבַד זֵכֶר מֵהֶמָּה, *ipſa memoria eorum eſt exſtincta*, quomodo Chaldaeum legiſſe KOEHLERUS cenſet in *Repertor*. P. III. p. 44. — 3) RUPERTI in *Symbolis ad Interpretat. et Criſin Pſalmorum* in Henkii *Magazin*, P. VI, Faſc. III. p. 526. ſeqq. in hujus commatis vocibus diſtinguendis atque enunciandis varie a Maſorethis peccatum putat, totumque Verſum ita vult reſtitui:

הָאוֹיֵב תַּם וְחָרָבוֹת לָנֶצַח וְעָרִים נִתָּשׁוֹת
אָבַד זֵכֶר מְהֹמָה

Vertit vero ita: *Hoſtis periit! Ruinae ſempiternae urbesque deſtructae! Terrores omnes diſcuſſit*, propr. *abiit memoria terroris*, ut מְהֹמָה ſive מְהָמָּה nomen ſit a radice הוּם vel הָמַם. In prioris membri mutatione conſentit Ruperti cum SCHULZIO, qui in Lexico Coccejano noviſſime a ſe edito Tom. I. p. 665. eandem propoſuerat conjecturam. DE ROSSI vero diſerte notat, in voce הֵמָּה eſſe codicum diſcrepantiam prorſus nullam.

8. וַיהוָה לְעוֹלָם יֵשֵׁב *Etenim Iova perpetuo ſedet* ſcil. judex, hoc munus ejus eſt et quidem perpetuum, ut omnes judicet. כּוֹנֵן לַמִּשְׁפָּט כִּסְאוֹ *Erigit ad judicium* faciendum *thronum*, tribunal *ſuum*. Alii: *ſtabilivit ad judicium thronum ſuum*, ita ut labi ac ruere non poſſet, neque ab eo umquam judicandi poteſtas auferri.

9. יָדִין לְאֻמִּים בְּמֵישָׁרִים *Iudicat populos in aequitatibus*, i. e. aequiſſime; nomina enim pluralia nonnumquam ita inducere ſolent uſum adverbialem, ut ſignificationem intendant, et gradum quaſi ſuperlativum in adverbiis efficiant, ut Pſ. LXXXVII, 3. נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *honoratis dictum eſt de te*, i. e. admodum honorifice. Cf. SCHROEDERI *Inſtitutt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* Syntax. Reg. XCIV. p. 309. Ceterum pro לְאֻמִּים legit unus Kennicotti codex, aliusque de Roſſii a prima manu: וּלְאֻמִּים, quemadmodum Syrus vertit, qui tamen verbum יָדִין non exprimit:

primit: ܕܢܕܘܢ ܬܐܒܝܠ ܒܟܐܢܘܬܐ ܘܠܥܡܡܐ ܒܬܪܝܨܘܬܐ *ut judicet orbem in aequitate, et populos in rectitudine.*

10. Quia iniqui homines maxime vexare ſolent infirmos, et pauperes ſuam praedam deputant, ideo illorum inopiae ac ſolicitudini ſuccurrit hic aequus judex, et eos contra potentium et tyrannorum vim et iniquitatem defendit ac tuetur. Ad eum, tanquam ad arcem tutiſſimam et altiſſimam, quo vis injuriarum evadere non poſſit, ſe recipiunt pauperes: וִיהִי יְהוָה מִשְׂגָּב לַדָּךְ *Eſtque Iova tenui ſublimis locus*, editus tutusque locus, quo ab hoſtium incurſu ſe recipiat, *refugium* לְעִתּוֹת בַּצָּרָה: in quarum vocum explicatione interpretes diſſentiunt. I) Plerisque בַּצָּרָה eſt nomen צָרָה, *anguſtia*, cum praefixo ב. Sed hi ipſi etiam in diverſas partes discedunt. 1) Alexandrinus tam hoc loco, quam Pſ. X, 1., ubi eadem locutio occurrit, ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψει reddit; quod COCCEIUS in *Commentar.* ad h. l. ſequutus: „*in opportunitatibus in anguſtia,* tempore opportuno in afflictione, tunc namque maxime opportunum tempus eſt adjuvandi, cum in ſummum discrimen ventum eſt, et ſummum inſtat de ſalute periculum." Sed recte huic interpretationi opponit IOA. GUIL. SCHROEDER in *Commentar. in Pſ. X.* p. 11.: „Sic dici potius debuiſſet בְּעִתּוֹת, ut aequalem iſta conſtructio tenorem ſervaret. Mutata autem conſtructio per particulam ב in בַּצָּרָה oſtendit, eam proxime non ad Verbum, ſed ad עִתּוֹת ſpectare. Praeterea paulo impeditius eſt, *opportunitates* intelligi *ferendi auxilii*, quum tamen res iſta non diſerta, ſed ei oppoſite et adverſa memorata fuerit." 2) Alii utramque vocem conjungunt, indole licet interpoſiti ב non expreſſa. Ita Chaldaeus: בְּעִדָּנֵי עָקְתָא *tempore afflictionis*; quod ſequuntur Syrus: ܒܙܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ *in temporibus anguſtiae.* Arabs: في زمن الشدايد *in tempore adverſitatum;* atque

que Iarchi, qui לְעִתּוֹת בַּצָּרָה ſic interpretatur: עתים של צרה *tempora anguſtiae.* 3) Quidam poſt לְעִתּוֹת ſupplent, *quibus eſt*, ut KIMCHI: אשר העני בצרה *quibus inops eſt in anguſtia.* Nos quidem adſtipulamur: 4) SCHROEDERO l. c. p. 12., qui absque tali ſupplemento *hominis in anguſtia conſtituti*, proxime ſibi junctis vocibus, multo planiorem putat prodire ſtructuram, qua ipſa *tempora in anguſtia* eſſe dicantur. „Ita," inquit, „Particula ב illam exſerit vim, qua *interiorem rei naturam et conditionem* per vocem, cui eſt praefixa, deſignat. Eam pluribus adſtructam reperies in SCHULTENSII *Commentar. in Iob.* p. 204. 640. Adeoque graviter exprimuntur *tempora*, quae ipſius *anguſtiae naturam* quaſi *induant*, ſ. *adeo ea ſint circumcluſa et repleta, ut nil in ipſis niſi anguſtia offendi queat.* Potuiſſet ita dici אשר בצרה, *quae*, ſcil. *tempora, in anguſtia.* Sed frequens haec in ſtilo, praeſertim grandiori, *pronominis* ellipſis non dicendi modo gravitatem auget, ſed etiam, quod hic ſpeciatim obſervari poteſt. arctiore et ſimpliciore ſtructura arctum rerum inter ſe nexum validius adſtringit." 5) WEPLERUS in *den philolog. u. krit. Fragmenten*, Faſc. II. p. 48. עִתּוֹת a radice עָתַת derivat, cui, comparato Arabum عتّ *urſit*, et غتّ, *demerſit, afflixit, vexavit*, ſignificationem *affligendi* tribuit; noſtrum vero vocabulum לְעִתּוֹת enunciat, ut ſit Participium Paſſivi, atque integrum inciſum ſic vertendum: *refugium afflictis in anguſtia*, quod et parallelismo magis quadret. II) Alii vero interpretes בַּצָּרָה a radice בָּצַר nomen eſſe cenſent, *ſiccitatis* notionem habens, ut Syrorum et Chaldaeorum בַּצּוֹרְתָא, quod in Paraphraſi Chaldaea hebraico צָמָא reſpondet Jeſai. V, 13. Hoſ. II, 5. (8.), obſervante SCHNURRERO in *Diſſertat. ad Pſ. X*, p. 173. Diſſertatt. junctim editt. Hanc interpretationem praeivit R. IONAS, qui, Aben-Eſra teſte, noſtrum בַּצָּרָה eadem ſignificatione ſumen-

mendum esse monet, qua בַּצָּרֹת, *siccitas, defectus pluviae*, Ierem. XIV, 1. XVII, 8. Quod sequutus I. D. MICHAELIS in versione vernacula atque in *Supplemm.* P. I, p. 209. seqq. בַּצָּרָה h. l. de *penuria aquae* in deserto intelligit, ut עִתּוֹת בַּצָּרָה sint *infortunia defectus aquae in siticuloso deserto.* „Videtur," subdit, „David cum exercitu in deserto exclusus Palaestina aliquando ad ultima siti redactus fuisse." VENEMA *siccitatem* hic translate pro *calamitate* in genere usurpatam credit, quod probat Schnurrerus l. c. his verbis: „siccitas enim quo molestior esse solet in illis regionibus, eo facilior erat illius vocabuli translatio ad calamitatem universe designandam."

11. Quia tu, Iova, afflictis et oppressis refugium et adjutor esse soles, ideo וְיִבְטְחוּ בְךָ יוֹדְעֵי שְׁמֶךָ *fiduciam in te ponent, qui norunt nomen tuum,* ad quorum notitiam potentiae tuae fama pervenit, qui res magna cum admiratione a te gestas audiunt. Quum Alexandrinus interpres exhibeat: *πάντες οἱ γινώσκοντες*, nec non Syrus: ܟܠ ܝܕܥܝܟ, Koehlerus in Repertor. l. c. in quibusdam codicibus olim כָּל־יוֹדְעֵי extitisse putat; quam legendi rationem nec improbat. — כִּי לֹא־עָזַבְתָּ דֹרְשֶׁיךָ *Etenim tu non reliquisti quaerentes te*, i. e. auxilium tum, qui in rebus suis afflictis, in periculis, a te praesidium quaerunt.

12. Quae in Versibus antecedentibus in universum dicta erant de justitia atque benignitate Iovae, ea nunc exemplo nuperae liberationis ab hostium vexationibus confirmantur atque illustrantur. Iova, Israelitarum numen tutelare, et nuper, quum hostibus undique oppressi, precibus eum adirent, opem ipsis tulit, caedesque innocentium est ultus.

13. כִּי־דֹרֵשׁ דָּמִים *Quoniam quaesitor sanguinum*, caedium, ille qui quaestione habita reposcit caedes ab iis, qui eas commiserunt, qui non patitur caedes sine poena esse; Iovae epitheton: *ille caedium impiarum ultor.* אוֹתָם זָכָר *recordatus est earum*, subaud. דָּמִים *injuste occisorum*, Moel-

Moellerus refert ad עַמִּים, Verfu antecedente, quod de *tribubus Ifraeliticis*, de natione Ifraelitica intelligit, ut Pf. XLV, 18. XLVII, 10. Alii ad עֲנָיִים, in membro fequenti, trahunt, cujusmodi loquendi formulae exempla invenies in GLASSII *Philolog. S.* p. 637. ed. Dath. Quidquid fequaris, certe non eft opus, ut cum PFANNKUCHIO in *Obfervatt Philologicc. et Criticc. ad quaedam Pfalmorum loca Specim.* Goett. 1791. אוֹתָם in יְתוֹמִים, *parentibus orbus*, mutemus, quod fenfu conveniat cum דַּךְ five עָנִי, *mifero, oppreffo*, Pf. X, 14. 18. — Sed ratione prorfus diverfa hoc incifum DOEDERLEIN in *Scholiis* ad h. l. interpretatur: „*nam fi quis caedes patrat* [דֹּרֵשׁ דָּמִים tyrannus eft, violentiis et caedibus graffatus] *meminit*, non negligit *Deus*, neque impunitas relinquit caedes." Sed ut taceam, huic interpretationi prorfus obftare verborum Hebraeorum ftructuram, dictionem דֹּרֵשׁ דָּמִים non *fanguinis cupidum*, *f. tyrannum* fignificare, verum *ultorem caedium*, patet ex Genef. IX. 5. אֶדְרֹשׁ — — — אֶת־דִּמְכֶם *fanguinem veftrum quaeram* a quovis animali; nec non Genef. XLII, 22., ubi Ruben: וְגַם דָּמוֹ הִנֵּה נִדְרָשׁ *et nunc ecce fanguis ejus requiritur*, caedis in eum [Iofephum] commiffae poena exigitur. לֹא שָׁכַח צַעֲקַת עֲנָיִים *non oblitus eft clamoris*, querelarum, *afflictorum*. Maforethae ad marginem legi jubent עֲנָוִים, *manfuetos*, *animo depreffos*. Vtrumque fenfu fere convenit, KIMCHIO monente, כי הענוים הם כמו העניים והחלשים ברוב *humiles enim funt ut plurimum fimiles pauperibus et miferis*. Sed Koehlerus diverfam tantum fcribendi rationem unius ejusdemque vocis exiftimat, SCHULTENSIUM fequutus, cujus haec verba ad Proverb. III, 34. p. 28. „Anxia crifis Maforetharum, quae pro עֲנָיִים, *manfueti*, margini attexuit עֲנָוִים, quum enim radices עָנַו et עָנִי aequalia habeant jura, vetus lingua ex aequo admifit עָנִי et עָנָו, cum pluralibus עֲנָיִים et עֲנָוִים. Quod autem עֲנָיִים alibi non occurreret, quemadmodum nec Singul. עָנָי, fed tantum עָנִי, cujus Plur. dat עֲנִיִּים, fufpicio mendi inceffit, et עֲנָוִים fub-

fubftitutum fuit.“ In codicibus quamplurimis, tam manufcriptis quam editis, extat etiam עֲנָוִים in textu, de Roffio tefte. In aliis, fed non ita multis, legitur וְלֹא שָׁכַח, quod Chaldaeus, Syrus et Arabs exprimunt.

14. „Qui Pfalmum“ inquit Rudingerus, „faciunt triumphalem et *εὐχαριστικόν*, ii hanc precationem interpretantur ut interfertam, et quae *μιμητική* fit, et referat, quid in periculo illo fuo precatus fit. Secundum hoc praemittendum effet huic Verfui tale aliquid in Paraphrafi: *ficut ego tum in meis anguftiis maximis hujus fententiae verbis utebar*; et mox ante Verfum 15. hujusmodi: *quales preces noftras ita audivit clementer et benigne Dominus, ut populi illi*, etc. Etfi autem cum gratiarum actione misceri etiam precum motus nemo nescit, aut non experitur, ficut et cum precibus gratiae, feu *εὐχαριστία*, non tamen hoc fequimur in praefentia, et *προθεωρία* noftra de argumento Pfalmi hoc fic explicat, ut talibus nihil fit opus.“ Vid. fupra Not. 1. ad Argument. Neque igitur opus eft, ut cum PAULO in *Clavi* ad h. l. hujus Verfus initio אָמַרְתִּי fubaudiamus. Sine neceffitate HENSLERUS in *Obfervationibus* vernacule fcriptis h. l. חננני et ראה cum vocalibus Praeteriti חִנְּנַנִי et רָאָה enuntianda cenfet, Aquila praeeunte: *ἐδωρήσατό μοι* Κύριος, *εἶδε κακουχίαν μου*. Multo minus cum Pfannkuchio novum hoc Verfu carmen incipiendum erit. De verbo חָנְנֵנִי, five, ut in quibusdam codicibus extat, חַנְנֵנִי appono DRUSII obfervationem in Commentatione ad hunc Pfalmum: „Exemplaria Ebraea variant in חַנְנֵנִי, quod alii fcribunt חָנְנֵנִי. Priorem fcripturam probat Kimchi; cum ait, effe verbum fecundae Conjugationis, ex quo Dages exciderit, ut fieri folet fub literis, quae Schevate notantur. Aben-Efra fcribit: effe dictionem זרה, *anomalam*. Quomodo anomalam, fi prima vocalis Patach fub Cheth? an quia Dages defideratur? Sed hoc frequenter fit. Eo labor, ut credam, eum legiffe in prima conjugatione חֲנָנֵנִי, quae forma Imperativi licet analoga et ufitata fit in verbis integris tamen

in

in hoc ordine verborum anomala videtur, cum ufitate dicimus חָנֵּנִי, cum duabus tantum *Nun* et *Dages* in priore, quod cum in vicem *Nun* ibi ponatur, quid mirum, fi nunc ejus loco litera fubftituta, quam indicabat?" Et legitur חָנֵּנִי in XXI. codicibus a Kennicotto, totidemque a de Roffio collatis, nec non in quibusdam libris impreffis. Ego tamen חָנְנֵנִי aut חָנְנֵנִי utpote infolentius, retinendum cenfeo. רְאֵה עָנְיִי מִשֹּׂנְאָי *Vide afflictionem meam ab hoftibus meis*, fubaudiunt plerique *illatam*. Ego potius conftructionem praegnantem crediderim, ex qua in praepofitione מִ ante שֹׂנְאָי lateat verbum הוֹשִׁיעַ, *liberare*, quafi integra phrafis fit haec: רְאֵה עָנְיִי וְהוֹשִׁיעֵנִי מִשֹּׂנְאָי *vide afflictionem meam et libera me ab hoftibus meis.* Eadem plane loquendi ratio occurrit 2 Sam. XVIII, 19. כִּי־שְׁפָטוֹ יְהוָה מִיַּד אוֹיְבָיו *quod judicaverit eum Iova* (et liberaverit) *ex poteftate hoftium*; add. Vs. 31. Cap. ejusd. 1 Sam. XXIV, 16. 2 Reg. V, 3. 6. 7. Pf. XXII, 22. et cf. STORRII *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 425. 426. מְרוֹמְמִי מִשַּׁעֲרֵי־מָוֶת *Exaltans me a portis mortis*, ab orci faucibus me revocans, tu enim is es, qui me ex praefentiffimo mortis periculo liberare potes.

15. לְמַעַן אֲסַפְּרָה כָּל־תְּהִלָּתֶיךָ בְּשַׁעֲרֵי בַת־צִיּוֹן *Ut enarrem*, celebrem, *omnes laudes tuas*, facta tua laudabilia *in portis filiae Sion*; „*portas* filiae Sion appellat ipfam Hierofolymam, nam *filia Sion* respublica Hierofolymitana. Sic Pf. LXXVII, 2. *Diligit Dominus portas Sion prae omnibus tabernaculis Iacob.* Aut, *in portis* dixit, ut forum Iudaeorum fignificaret, ubi frequens erat populi conventus propter judicia, quae ibi fiebant. Hujus contrarium *e portis lethi* (Vs. praeced.)" DRUSIUS. תהלתיך ad Hebraeae Grammaticae praecepta תְּהִלֹּתֶיךָ enunciandum erat; fed תְּהִלָּתַיִךְ ALB. SCHULTENSIO in *Inftitt. ad Fundamenta Ling. Hebr.* p. 172., quem fequitur Nic. Guil. Schroeder p. 127., eft Pluralis Chaldaica feminini terminatione. Codices quamplures utriusque collationis, nec non multi libri editi legunt in Singulari תְּהִלָּתֶךָ.

תְּהִלָּתֶךָ, ut Pſ. XXXV, 28. LI, 17. — אָגִילָה בִּישׁוּעָתֶךָ, repetendum *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* לְמַעַן *ut exultem*, laetitiam meam proteſter, *in ſalute tua*, de ſalute, quam tua ope et praeſidio adipiſcar.

16. Interjectis afflictorum precibus redit ad celebrandam victoriam de hoſtibus, Iovae auxiliante, reportatam. טָבְעוּ גוֹיִם בְּשַׁחַת עָשׂוּ *Demerſae ſunt gentes in foveam, quam fecerunt*, propria fraude interierunt, malum, quod mihi ſtruxerunt, ipſas perdidit. Tralatio ab iis qui foveas parant capiendis feris aut hoſtibus, quas herbis et frondibus tegunt, quo ſic incautos fallant. בְּרֶשֶׁת זוּ טָמָנוּ נִלְכְּדָה רַגְלָם *Reti, quod abſconderunt, captus eſt pes eorum.* Similitudo deſumta ab aucupe, qui rete in abſcondito tendit aut expandit, ne aves illud videre, ac proinde cavere poſſint. Significat ergo, occultas inſidias, quas aliis ſtruxerant, ipſis exitio fuiſſe. Pronomen זוּ Aben-Eſra obſervat hic pro אֵלֶּה, *illi* poſitum eſſe, quaſi poeta ita ſcripſiſſet: בְּרֶשֶׁת אֲשֶׁר אֵלֶּה טָמָנוּ *in rete, quod illi abſconderunt.* Aliis, eodem Aben-Eſra notante, idem eſt ac וזאת *in reti iſto, quod abſconderunt.* Rectius Kimchi monet, זוּ hic loco pronominis relativi אֲשֶׁר uſurpatum eſſe, ut Jeſai. XLIII, 21. עַם זוּ יָצַרְתִּי לִי, *populus quem formavi mihi*, et Eſai. XLII, 24. זוּ חָטָאנוּ לוֹ *cui*, i. e. in quem *peccavimus.* Cf. Exod. XV, 13. 16. Pſ. LXVIII, 29. Ita quoque, obſervante PAULO ex Golii Lex. p. 916., Arabicum ذو idiomate Arabum Tajitarum pro الذي, *qui*, in utroque numero uſurpatur.

17. נוֹדַע יְהוָה מִשְׁפָּט עָשָׂה *Notus eſt Iova, judicium fecit*, ideo *notus*, i. e. clarus, celebris, quod poenas ab adverſariis meis debitas exegit. מִשְׁפָּט hic, ut alias ſaepe, eſt animadverſio in malos, ſive poena, quae judicium ſequitur. „Veteres videntur mihi legiſſe עֹשֵׂה. Primum LXX. qui legunt: *γινώσκεται κύριος κρίματα ποιῶν.* Deinde Hieronymus, qui tranſtulit, *agnitus eſt Dominus judicium faciens.* Excipio illum [Aquilam], qui vertit: ἐγνώ-

ἐγνώσθη κύριος κρῖμα ποιῆσας, quod Latine reddes, *innotuit Dominus judicio facto;* nam hunc puto legiſſe עָשָׂה, quod nunc habent exemplaria Ebraea omnia, quae vidi." DRUSIUS. — בְּפוֹעַל כַּפָּיו נוֹקֵשׁ רָשָׁע *Operi manuum ſuarum illaqueatus eſt impius*, laqueo, quem aliis poſuit, ipſemet captus fuit. נוֹקֵשׁ I) quidam, ut Aben-Eſra, Participium eſſe putant verbi נָקַשׁ, quod duplici modo accipi poteſt; ſive, 1) ut ſignificatione conveniat cum יָקַשׁ, *laqueum*, tendiculam *ponens*, ſ. *poſuit* impius ſcil. ſibi ipſe, ſive 2) notione Chaldaici נְקַשׁ, *illidere*, quemadmodum Paraphraſtes Chaldaeus: בְּעוֹבָדֵי אִידוֹי אִתְקַל רַשִׁיעָא *in operibus manuum ſuarum improbus offendit*, impingit, quo verbo (תְּקַל) idem interpres ſaepe pro Hebraeo כָּשַׁל utitur, e. g. Pſ. XXXI, 11. Deut. XII, 30. Iarchius quoque noſtrum נוֹקֵשׁ explicat נכשל, *offendit*, lapſat. Eadem Hieronymi videtur fuiſſe ſententia, dum *corruit* poſuit. Aliis vero II) נוֹקַשׁ eſt tert. perſ. Praet. *Niphal* verbi יָקַשׁ, *laqueum tetendit*, et in Paſſivo, *illaqueatus eſt*; quo aſſumto *Zere* ſub ק loco *Patach* poſitum erit, ut Kimchi obſervat. Ita Alexandrinus: *συνελήφθη comprehenſus eſt;* atque Syrus: *in opere manuum ſuarum* ܡܬܐܚܕ *capitur improbus.* — De formula סֶלָה הִגָּיוֹן cf. Prolegomena.

18. יָשׁוּבוּ רְשָׁעִים לִשְׁאוֹלָה *Retrovertentur impii ad orcum*, Iova adverſus eos pugnante terga vertent, neque umquam fugiendi finem facient, quam in orcum abiecerint. MOELLERUS quidem hunc Verſum in Praeſenti vertendum cenſet, quod alludatur ad Verſ. 14., quo Iſraelitae, Iovae cultores, orci faucibus propinqui dicuntur. Verum quae ſequuntur, arguere videntur, propoſitionem generalem hanc eſſe: mirabili illa liberatione ab hoſtibus poeta excitatus certiſſimam concipit ſpem, fore, ut, ſi impii de novo pios vexare atque opprimere aggrediantur, Iova eodem modo ſe juſtum judicem et oppreſſorum vindicem ſit exhibiturus. In לִשְׁאוֹלָה pleonaſmus eſt particularum;

larum; fatis enim erat לִשְׁאוֹל, ut Kimchi obfervat. כָּל־גּוֹיִם שְׁכֵחֵי אֱלֹהִים *Omnes gentes oblitae Dei*, quae Deos falfos colunt, quae quum ab illo conditae fint, quumque illius beneficiis affidue utantur, tamen illius cognitione abjecta ad idola colenda transierunt; *quae Deum non curant.*

19. Quamvis nonnumquam fiat, ut ab impiis hominibus pauperes et pii affligantur; non tamen perpetuo eos affligi Iova patitur, perinde ac fi oblitus illorum effet; fed opportuno tempore opem eis adfert. תִּקְוַת עֲנָוִים תֹּאבַד לָעַד *exfpectatio inopum non perpetuo peribit*, non femper fpe fruftrabuntur; *perire* enim *exfpectatio* dicitur quando aliter, ac exfpectabamus, res evenit. Ante תֹּאבַד repetenda eft ἀπὸ τοῦ κοινοῦ particula לֹא, quae in codice Tychfeniano perantiquo (Kennicott. 153.) textui hic etiam inferta eft. In ענוים eadem legendi diverfitas, quae fupra Vs. 13., ubi notata vide.

20. קוּמָה יְהוָה אַל־יָעֹז אֱנוֹשׁ *Agedum Iova*, fubaudi cum Aben-Efra: להראות גבורתך ועוזך *ad exferendam vim et potentiam tuam*, five cum Kimchio: לשפוט הרשעים *ad judicandum impios, ne roboretur mortalis*, ne te differente praevaleat, et viribus ac potentia audacior fiat et confidentior. — יִשָּׁפְטוּ גוֹיִם עַל־פָּנֶיךָ *judicantur gentes coram facie tua*, exerceatur a te judicium in gentes, poenas fcelerum fuorum ab iis exigas.

21. שִׁיתָה יְהוָה מוֹרָה לָהֶם *Incute, Iova, timorem iis.* De vocis מוֹרָה interpretatione tamen diffentiunt. I) Quod in textu exftat; מורה, aut מוֹרֶה, aut מוֹרָה, pronunciari poteft. 1) Prius, מוֹרֶה, *doctorem* fignificat, unde hic totius commatis fenfus prodibit: *pone*, conftitue, *eis, Iova, doctorem*, magiftrum, *ut intelligant gentes, fe effe mortales.* Eodem modo extulit Alexandrinus interpres: κατάστησον νομοθέτην ἐπ' αὐτούς; et Syrus: ܐܩܝܡ ܠܗܘܢ ܣܝܡ ܢܡܘܣܐ *ftatue eis legislatorem.* 2) Alterius, מוֹרָה,

מוֹרָה, IARCHI tres profert explicationes. α) Quibusdam idem eſt cum תַּעַר, *novacula*, ut Iudic. XIII, 5. XVI, 17. 1 Sam. I, 11. Eadem eſt ALB. SCHULTENSII in libro *de Defectibus hodiernis Ling. Hebr.* §. CXXXIII. CXLI. p. 372. ſententia, dum מוֹרָה a radice מָרָה, quam cum Arabum مرى, *premendo ſtrinxit*, confert, proprie *ſtringentem*, ſignificare autumat, quo *novacula* intelligatur, quemadmodum Graecorum ξυρὸν a ξύω, *ſtringo, rado*, deſcendat. Conſentit I. D. MICHAELIS, qui in *Supplemm.* p. 1548. ita vertit: *applica ipſis novaculam;* nec non Moellerus, qui obſervat, indicari ſummam contumeliam, qua afficiendi eſſent Iſraelitarum hoſtes. Barbam enim quum alere ſoleant Orientales, ut decus virorum, vim in ea experiri perquam ignominioſum habetur. Vid. 2 Sam. X, 4. 5. Ieſ. VII, 20. Ezech. V, 1., et cf. REISKII Annotat. ad Abulfedae Annall. T. I. p. 60. Verum huic interpretationi videtur obſtare, quod Hebraei non dicere ſolebant: שׁוּת מוֹרָה לִפְלוֹנִי *alicui novaculam applicare*, ſed: הֶעֱלָה מוֹרָה עַל רֹאשׁ פְּלוֹנִי *adſcendere facere novaculam ſuper alicujus caput*, vid. Iudic. XIII, 5. XVI, 17. 1 Sam. I, 11., ſive הֶעֱבִיר עַל רֹאשׁ פְּלוֹנִי *traducere ſuper caput* ſeu בָּשָׂר, *corpus alicujus*, vid. Num. VI, 5. VIII, 7. — β) Alii a verbi יָרָה notione *jaciendi, projiciendi* (ut Exod. XV, 4. וְחֵילוֹ יָרָה בַיָּם *et exercitum ejus projecit in mare*), מוֹרָה *projectionem* interpretantur, ut vertendum ſit: *pone*, immitte, *iis projectionem*, profligationem, cladem. Inſolens loquendi formula, nec ſatis commoda. γ) Iarchius ipſe מוֹרָה explicat מרות ועול, *dominatum et jugum*, fortaſſe ab eadem illa *profligendi* notione, quae tamen nominis מוֹרָה ſignificatio nulla ratione probari poterit. — δ) Aliis, ut Kimchio, Aben-Eſrae, Dathio, Koehlero, מוֹרָה eadem eſt vox cum ea, quae in margine legitur, מוֹרָא, diverſe tantummodo ſcripta, quum ה ſaepe cum א permutari ſoleat. כְּתִיבָן et קְרֵיָן enim ſenſu fere convenire, et in margine magis uſitatum ejus, quae in textu exſtat, vocis

fcripturam plerumque notari conftat. Cf. GESENII *Gefch. der hebr. Sprache*, p. 75. fequ. Illud vero II) מוֹרָא, quod in quibusdam codicibus manufcriptis et editis in textu extat, *timorem* fignificat, unde vertendum eft: *pone timorem illis*, incute illis metum et formidinem; quem fenfum, a Chaldaeo, Aquila, Symmacho et Theodotione expreffum, et nos aptiffimum judicamus. Nihil enim eft, quod huic interpretationi Moellerus obvertit, שׁית מוֹרָא fequente ל, non effe bene Hebraice. יֵדְעוּ גוֹיִם *Ut fciant gentes, fe homines effe*, ut cogitent, fe homines debiles et imbecilles effe, quibus non tantopere fuperbiendum. Ante יֵדְעוּ fubaudiendum לְמַעַן *ut*, et ante אֱנוֹשׁ omiffum eft כִּי *quod homo*, finguli ipfi *fint*, nam Pronomen הֵמָּה hic habet vim Verbi fubftantivi, ut alias faepiffime.

PSAL-

PSALMVS DECIMVS.

ARGVMENTVM.

Poeta primo defcribit, imo exagitat magno orationis impetu, ingenium et mores improborum hominum, qui fua potentia et opibus ad tenuiorum perniciem abutuntur, qui id tantum rectum ducunt, quod libido imperat, iisque folum favent et gratulantur, quos fui fimiles reperiunt, qui elati arrogantia, Deum non curant, imo divinam providentiam e rebus humanis tollunt; quos perpetua felicitas nullis interrupta malis fecuros reddit in pofterum omnis periculi; qui illud unum agunt, ut doli artisque ignaros homines imprudentes et incautos decipiant. Nempe ifti, inquit, nihil verentur peccare, quippe qui apud fe ftatuunt, Deum nulla tangi cura rerum humanarum, ob eamque caufam in omne genus fcelerum praecipites ruunt. Hinc Iovam magno ardore precatur, ne fuos deferat, et impios homines inultos finat, quo vel fuo ipfi malo, vel alieno fapientiores facti, Deum fcelerum vindicem cogantur fateri; tandemque malefa-

cere deſinant. Denique, poſtquam precatus eſt, affirmat, id Deum, qui potens ſit, et velit miſeris morem gerere, dubio procul facturum, improbosque potenter ulturum, quo ceteros quidem homines a maleficiis absterreat.

Carmen hoc Hebraeorum interpretum quidam credunt compoſitum fuiſſe non ex ulla re geſta, ſed eum in finem tantum, ut uſui eſſet, ſiquando talia tempora inciderent, qualia hic incidiſſe ſingantur *). Verum quum vetuſtiſſimi poetae fere ſemper cauſam aliquam habuerint, in re geſta poſitam, ob quam carmina pangerent, veriſimile eſt, acceſſiſſe quoque noſtrum ad compoſitionem hujus poëmatis ex aliqua re memorabili. Qualis vero ea fuerit, certo dici vix poterit. MICHAELIS **) barbararum gentium exiſtimat furorem deſcribi, quae armis aliquandiu ſuperiores Iſraelitarum fines incurſionibus et latrociniis infeſtaverint. Quam ſententiam ipſi potiſſimum perſuaſit Verſus decimus ſextus, quo Iova e ditione ſua גוים exterminaturus eſſe dicitur, ſub quibus quum *barbaras gentes* intelligat; neceſ-

*) Ita KIMCHI: המזמור הזה לא אמרו דוד על ענין אחר מיוחד אלא תפילה הוא שיתפלל בה כל אדם שהוא בצרה עם אויביו *Hunc Pſalmum Davides edidit non de re aliqua peculiari, ſed ut eſſet oratio, quam orare poſſet homo quilibet in calamitate conſtitutus; atque impeditus ab hoſtibus.*

**) Quem, praeter alios, SCHNURRERUS quoque ſequitur in Diſſertat. infra memoranda.

neceffario concludere debebat, Iudaeam tum obnoxiam fuiffe copiis hoftilibus. Sed quum in reliquo carmine nihil occurrat, quod de exterorum hoftium incurfionibus cogitare nos jubeat; ego dictionem illam Vs. 16. alio fenfu accipiendam, totumque carmen de ejusmodi improbis intelligendum putem, qui et ad ipfam gentem Ifraeliticam pertinerent, et in Davidem potiffimum, ejusque amicos faevirent. De Abfalone ejusque fociis cogitat RUDINGERUS. Ego potius has preces a Davide directas exiftimo contra obtrectatores in aula Saulis, qui affentando, obtrectando et gloriofe loquendo irritabant Saulem contra ipfum, multumque nocebant hoc modo ei et bonis omnibus, ut itaque hoc carmen σύγχρονον fit cum XII. LII. et LXIV., in quibus eaedem plane funt querelae et preces. — Auctorem vero *Davidem* ftatuere *), non modo nihil prohibet, fed fuadet etiam eximia illa in benevolentia Dei fiducia, meliorisque conditionis certiffima exfpectatio, Vs. 16. feqq. qua lugubria fua carmina finire folet Davides et quafi infignire.

Ceterum hocce carmen non parum habet difficultatis, quae partim ex ambiguitate verborum, partim ex concifis, et non usquequaque cohaerentibus fententiis nafcitur. Interrupta vero

*) Utor Schnurreri verbis in Prologo fuae Differtat.

vero illa et minime continuata loquendi ratio proficiſci potuit, bene animadvertente AMYRALDO*), non ſolum ex agitatione ingenii humani, quod ubi extraordinario aliquo angore conflictatur, ſingultit potius, quam loquitur, verum etiam ex nationum Orientalium methodo, quae paulo fuerunt, quam Graeci et Romani, in eo genere ſolutiores, nec putarunt ſibi eſſe neceſſe, cogitationes ſuas accurate componere.

Utiliſſimam feliciſſimamque in elegi noſtri difficultatibus enodandis operam poſuerunt IO. GUIL. SCHROEDERUS, atque CHRISTIANUS FRIDER. SCHNURRERUS, quorum ille in *Commentario* ſingulari et ſatis copioſo, qui prodiit Groningae MDCCLIV, in octonis, hic in *Diſſertatione* doctiſſima, quae ſexta eſt in Viri praeſtantiſſimi Diſſertationum Sylloge, hunc Pſalmum illuſtravit. Dignae etiam ſunt, quae adhibeantur, RUPERTII in quaedam hujus carminis loca Obſervationes, vernacule ſcriptae, quae extant in Syntagmate illo ſcriptorum minorum, quod HENKIUS hac epigraphe edidit: *Magazin für Religionsphiloſophie, Exegeſe und Kirchengeſchichte*, Tom. VI. Faſc. III. p. 528. ſeqq.

---

1. לָמָה יְהוָה תַּעֲמֹד בְּרָחוֹק *Quare, Iova, ſubſiſtis in longinquo?* Verbum עָמַד hoc ſolo loco cum רָחוֹק per ב jun-

*) *Paraphraſis in Pſalmos*, p. 51. ed Cremer. Trajecti ad Rhen. 1769.

jungitur, quum phraſis alias conſueta ſit: עָמַד מֵרָחוֹק. Plures annotarunt, noſtram locutionem idem valere, ac *ſtas in longinquo*, discriminis ſepoſita ratione. Ita ex Hebraeis Kimchi: בית ברחוק רוצה לומר במקום רחוק *Beth in* רחוק *ſignificat: in loco longinquo.* SCHROEDERUS vero utramque phraſin ita exiſtimat differre, ut מֵרָחוֹק notet *diſtantiam loci*, ex quo acceſſus ad rem pateat, ut Pſ. XXXVIII, 12. Iob. II, 12; בְּרָחוֹק vero *permanſionem in diſſito loco.* Senſum bene expreſſit GEIERUS: „Quare auxilium mihi extreme conflictanti denegas, ac ſi prorſus ad te non pertineam?" Metaphoram putat dici poſſe vel ab amico, vel a patrono petitam, qui haerenti in loco paludoſo aut magis magisque ſubſidenti in aquis non ſubvenit (cf. Pſ. LXIX, 3.); vel qui cinctum a latronibus intuetur quidem, ſed ſubvenire, quamquam facile poſſet, prorſus detrectat. SCHROEDERUS vero Iovam hic ut vindicem malorum ſeveriſſimum, qui protinus ea graviter coercere et reprimere debeat, conſiderari dicit. Talis ſane vindex, quum malis ingraveſcentibus ſubſiſtit in longinquo; tunc opem neceſſariam et exſpectatam nequicquam fert, manet otioſus ſpectator, ac res ſusque deque miſceri permittit. תַּעְלִים לְעִתּוֹת בַּצָּרָה] Verbum עָלַם varie accipitur. I) Quidam *abſcondendi, occultandi* notione ſumunt; ſed hi etiam in varias ſententias discedunt. 1) Chaldaeus intranſitive: תְּטַמֵּר בִּמְדוֹר קַדִּישִׁין *abſcondis te in habitaculo ſanctorum.* Sed quum Iova proxime antea *in longinquo ſtans* dicatur, nunc non ſatis commode, mutata quaſi ſcena *ſe abscondens* ſiſtitur, unde quidam cum Aben Eſra per disjunctionem: *aut occultas te.* 2) Alii, ſubandito ſive עֵינֶיךָ ſive אָזְנֶיךָ, vertnnt: *occultas, facis ignorare oculos*, vel *aures tuas*, ita agis, ac ſi nihil videres atque audires. Eundem ſenſum expreſſit Alexandrinus, ὑπερορᾷς, *negligis* ponens, quod Vulgatus et Arabs ſequuntur; atque Syrus, qui ſic reddit: ܐܗܦܟܬ ܦܪܨܘܦܟ *avertiſti faciem tuam.* II) PAULUS in *Clavi* h. l. collato

lato Arabum علم, *fcire*, verbum Hebraeum in Conjugatione Hiphil *fcire facere*, *oftendere*, fignificare ait, hoc vero loco intranfitive accipiendum: *oftendere te deberes.* Quae fignificatio tamen aliis V. T. locis vix apta fuerit. III) ALB. SCHULTENS in libro *de Defectibus hodiernis Ling. Hebr.* §. CLXIII. feqq. ejusdem illius Arabici علم fignificationem *fignandi*, *figno impreffo notandi*, *obfignandi*, *firmiter claudendi*, huc trahit. Quod fequutus SCHROEDERUS in *Commentar.* ita reddit: „quare *obfignas*, firmiter *occludis te*, quoad omnes fenfus, qui lugubri miferorum adfpectu et perfonantibus eorum lamentationibus affici poffent?“ Rectius SCHNURRERUS obfervat, תַּעְלִים breviter dictum effe pro תַּעְלִים עֵינֶיךָ, *claudis oculos*, quod extat Levit. XX. 4. 1 Sam. XII, 3. Jefaj. I, 15. Ezech. XXII, 26. Prov. XXVIII, 27. De formula לְעִתּוֹת בַּצָּרָה cf. not. ad Pfalmi praecedentis Verfum decimum.

2. In verbis בְּגַאֲוַת רָשָׁע יִדְלַק עָנִי interpretationis divergia efficit ambiguitas verbi דָּלַק, quod I) tam in lingua Hebraea, quam in dialectis cognatis *ardendi* notionem habet; cf. not. fupra ad VII, 14. Atque hoc fignificatu verbum noftrum hic accepit Alexandrinus: ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός· quod Vulgatus fequitur: *dum fuperbit impius, incenditur pauper;* nec non Syrus: *in elatione impii* ܡܫܬܪܩ *uritur pauper.* Aquila etiam καίεται, et Symmachus φλέγεται ponit. Idem Coccejus probat, qui *ardorem* intelligit animi dolorem, cruciatum, quo animus quafi roditur et exeditur. In eundem fenfum KOEHLERUS: *quando impius fe effert, ardet*, in angore eft, *pauper* [*Wenn der Gottlofe fich erhebt; fo ift der Arme in Aengften*]. Quam interpretationem tamen Schroederus a ferie textus alienam effe obfervat, quo de violentia potius atque furore impii fermo fit. II) Alii ab *ardendi, flagrandi* notione, verbum דָּלַק *fervide, ardenter perfequi, flagranti impetu infectari,*

etari ſignificare autumant. Nec hi tamen uno omnes modo verba noſtra explicant. 1) IUNIUS: *Superbia ſua improbus fervide perſequitur pauperem afflictum.* Sed tunc ſcriptum eſſe deberet בְּגַאֲוָתוֹ. 2) Alii: *in ſuperbia improbus perſequitur pauperem;* ac ſi in textu foret בְּגַאֲוָה. At forma conſtructa illius nominis docet, רָשָׁע non in caſu recto, ſed obliquo ſumendum eſſe. Quamobrem יִדְלַק nec active poteſt accipi, quum non directe deſignetur is, qui perſequatur. 3) Iarchius et Aben-Eſra ſtructuram per ellipſin expedire tentarunt, hoc modo: *in ſuperbia improbi perſequitur* iſte *miſerum.* Ita vero inſertione dura et coacta ſenſum magis adhuc implicari, quivis animadvertet. 4) RUPERTI בְּגַאֲוַת mutatis vocalibus בְּגַאוֹת enunciandum cenſet: *in ſuperbia,* i. e. ſuperbe, elate, faſtuoſe, *improbus perſequitur inopem.* Quae mutatio ſat facilis quidem eſt; ſed eam ipſam ob cauſam mihi non videtur genuina. Quid enim librarios movere potuiſſet, ut legendi ratione planiore ſemota, difficiliorem ſubſtituerent? Aſſentior itaque Schroedero, qui III) verbo דָּלַק h. l. *exagitandi* et *propellendi* vim tribuit, collato Arabum زَلَقَ, quod *intranſitiva* poteſtate, Dsjeuhario teſte, idem valet, quod قَلِقَ, *huc illuc veloci motu agitatus fuit.* Huic cognatum eſt زَلَّقٌ et زَالِقٌ, Participium activum, quod praeter uſum activum etiam *neutralem* admittit, de gladio, qui *introrſum extrorſum facile labitur.* Nomini גַּאֲוָה autem *tumidae elationis* ſignificationem ineſſe, idem Schroederus multis oſtendit ex Arabum جاب, quod Firuzabadius per رفع, *extulit, elatus fuit,* explicat. Hinc verba noſtra ſic vertit: „*per tumidam elationem improbi,* quae vires vehementer intenſas cum impetu ad violandum late explicat, *velociter,* vehementer, *huc illuc exagitatur et propellitur humilis;* metaphora ab ingruente aquarum mole deſumta, qua aliquis quaquaverſum propellitur,

tur, et undecunque, quo ſe receperit, adeo exagitatur premiturque, ut nusquam refugio reliquo facto, ſemper *propulſus*, ſemper ad interitum propius adigatur. Nam uti בַּאֲוָה [imo בְּאוֹן Ierem. XII, 5. L, 44. Zach. XI, 1.] de *aquis tumeſcentibus et prorumpentibus* uſurpatur, ita etiam دلق de *iisdem, mole et impetu ſuo irruentibus obviaque propellentibus* apud Arabes uſurpari, Dsjeuharius obſervat." *Exagitandi* notione, Schroederum ſequutus, verbum דָּלַק etiam SCHNURRERUS accipit, ſed quum ipſi duriusculum videatur, יִדְלַק imperſonaliter ſumi, conjicit eſſe יִדָּלֵק, in *Niphal*, enunciandum, quod et membrorum parallelismo multo ſit convenientius. Unde ſic vertit: *Superbientibus improbis exagitantur miſeri.* Verba יִתָּפְשׂוּ בִּמְזִמּוֹת זוּ חָשָׁבוּ I) alii referunt ad רָשָׁע, *improbum*, hoc ſenſu: *deprehendantur*, non opinato obruantur, *in cogitationibus, quas comminiscuntur;* ut votum ſit de puniendis improbis. Ita VATABLUS, Aben-Eſra praeeunte: „*Illaqueentur in verſutiis*, vel, *cogitationibus fraudulentis.* Mutatio numeri, pro: *illaqueetur improbus cum ſociis ſcelerum quos habet.* Utinam capiantur, velut laqueis, pravis ſuis conſiliis, quae cogitant contra pauperes afflictos." Alii II) autem hoc inciſum accipiunt de eo, qui proxime antea nominatus fuerat, עָנִי. Ita COCCEIUS: *capiuntur in cogitationibus, quas cogitarunt.* *Capi* vero in Commentario explicat *ſiſti, teneri, ſufflaminari*, unde hunc procudit ſenſum: *afflictos haeſitare, ſtupere*, exitum non invenire in ſuis cogitationibus, quando vident elationem improbi. Videtur idem voluiſſe Alexandrinus: *συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις, οἷς διαλογίζονται*, quos preſſo pede Vulgatus ſequitur: *comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant*, conſentientibus etiam Arabe et Syro. III) Rectius autem Iarchi, quem Geierus ſequitur, יִתָּפְשׂוּ ad עָנִי et חָשָׁבוּ ad רָשָׁע refert: *capiuntur* miſeri, *per cogitationes, inventiones, quas excogitarunt* impii. Idem placuit Schroedero atque Schnurrero, qui ſic vertit: *comprehenduntur* miſeri *machinationibus, quas* illi

illi *excogitant;* „etenim verbum יְתָפְשׂוּ," ait in Annotatione," referendum eſt ad nomen in caſu recto poſitum, עָנִי, ut ſit continuata deſcriptio adverſae illius fortunae, qua conflictandum ſit inferioris conditionis hominibus. Ceterum voces רָשָׁע et עָנִי de tota hominum multitudine ſumendas eſſe, vel exinde intelligitur, quod verba modo ſingulari numero, modo plurali poſita eſſe conſpiciuntur." RUPERTI יִתָּפְשׂוּ legendum cenſet, *capiunt* afflictum *machinationibus,* quas excogitarunt. Particula זוּ relativo uſu hic occurrit, ut ſupra Pſ. praeced. Vs. 16., ubi not. vide.

3. In verbis כִּי־הִלֵּל רָשָׁע עַל־תַּאֲוַת נַפְשׁוֹ interpretandis ſententiarum diverſitatem creat verbi הִלֵּל ambiguitas, quod I) plerique *gloriandi, jactandi,* ſignificatione accipiunt, Chaldaeo praeeunte: מְטוּל דְּאִשְׁתַּבַּח רַשִׁיעָא עַל רְגָגוּג נַפְשֵׁיהּ *quoniam jactat ſe improbus de concupiſcentia animae ſuae;* quod Iarchi ſic explicat: יתהלל בעבור השיגו כל תאות נפשו *gloriatur propterea, quod conſequatur omne deſiderium animae ſuae.* Quod ſequutus GEIERUS, ſenſum ita declarat: „ſuperbe ſe ſuasque vires, conſilia et facta laudant, eo quod omnia ex voto ſibi ſuccedunt." Paulo aliter VATABLUS „*Iactat ſe improbus de deſiderio,* i. e. propter pravum animi impii deſiderium; ut ſolent perditiſſimi homines, qui cum maleſecerint, jactant ſe ob maleficium perpetratum." Cui interpretationi quod Schroederus opponit, Verbum הִלֵּל *gloriandi* ſignificatione nusquam alias, neque in *Piel,* neque in *Hithpael,* cum עַל, ſed ad rem, *de* ſ. *in qua* quis *glorietur,* notandam, conſtanter cum בְּ conjungi, tanti momenti non videtur, ut propterea ſenſum a Iarchio et Geiero adoptatum repudiemus. Alii II) verbum הִלֵּל *laudandi* ſignificatu ſumunt, qui tamen iterum in duas partes diſcedunt. 1) Aben-Eſra, qui improbum hic memoratum alium eſſe putat, quam cui concupiſcentia tribuatur, ſenſum ita conſtituit: „*Laudat impius* alios *juxta deſiderium animi ſui.* Ut improbi avari avaros laudant, impudici

pudici impudicos; laudant et alios, qui eisdem vitiis obnoxii ſunt quibus et ipſi.“ 2) Iunius ſic interpretatur: *nam laudat improbus animam ſuam in deſiderio ipſius.* Ita vero, obſervante Schroedero, non modo nexus, quo voces תַּאֲוַת et נַפְשׁוֹ proxime inter ſe ob formam illius conſtructam, ſunt junctae et copulatae, diſſolvitur, poſteriore ad verbum relata; ſed etiam עַל־תַּאֲוַת ita ac ſi ſcriptum בְּתַאֲוַת foret, accipitur. 3) Schnurrerus הֻלַּל, in *Paſſivo*, pronuncians ita vertit: *nam celebrantur improbi ex animi ſententia*, quod Alexandrinus praeivit: ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Dictionem עַל־תַּאֲוַת נַפְשׁוֹ vero Schnurrerus ſic reddendam cenſet: *ſecundum deſiderium animae ſuae.* III) Schroederus poſtquam multis oſtendiſſet, verbi Arabici هلّ vim primigeniam eſſe in *ſplendore fulguris ex alto coruſcantis*, verbumque הִלֵּל intranſitive h. l. accipiendum eſſe, monuiſſet, phraſin כִּי הִלֵּל רָשָׁע, propria verbi ſignificatione expreſſa, ita interpretatur: *quia ſplendorem ex alto coruſcantem ſibi parit improbus,* i. e. quia ad excellentiam felicitatis opibus et potentia abundantis, ad ſummum fortunae gradum ſe effert. „הִלֵּל, inquit, ita nihil aliud eſt, quam *efficere* ſe הוֹלֵל *ſplendida fortuna eminentem*, ut Pſ. LXXV, 5. *Dixi* לַהוֹלְלִים *ſplendida felicitate utentibus, ne* תָּהֹלּוּ *ad ſplendidam fortunam vos efferatis, et improbis, ne extollatis cornu.* Senſum vero ita conſtitutum egregie confirmat nexus, per particulam כִּי adſtrictus, vi cujus redditur ratio, cur adeo intumeſcat improbus, vires extendens in aliorum perniciem, quae haec eſt, quod ad felicitatem ſplendidam amplamque ſe efferat.“ Verba vero עַל־תַּאֲוַת נַפְשׁוֹ Schroederus ita vertit: „*ſuper concupiſcentia animae ſuae,* ut particula עַל fundamentum notetur, *ſuper quo* ad eminentem fortunam ſe evehat, h. e. ex quo ea potiatur et ſecure fruatur. תַּאֲוַת h. l. non ſolam concupiſcentiam, ut habitum animi, ſed definitius eam, quae rebus deſideratis potitur deli-

deliciaturque deſignat, ut Proverb. XIII, 12. Pſ. XXI, 3. Senſus itaque hic eſt: concupiſcentia animae, opum continua amplificatione potita, aſcenſum illum ad tantum fortunae gradum excitavit, et quaſi ſuffulcivit." Sententia minus concinna, cui multo ſimpliciorem ſupra primo loco expoſitam praeferre haud dubitamus. In verbio וּבֹצֵעַ בֵּרֵךְ נִאֵץ יְהוָה iterum ſenſus diverſitatem creat verbi בָּרֵךְ ambigua ſignificatio, quum in *bonam* aut *malam* partem accipi poſſit. I) Ex iis, qui in *bonam* partem, notione *bene precandi*, interpretantur, 1) primo Chaldaeus eſt nominandus, cujus haec eſt verſio: דִּמְבָרֵךְ גַּבְרָא טָלוֹמָא, מְרַחֵק מֵימְרָא דַיָי *qui bene precatur viro perverſo*, inique, *abominatur verbum Domini.* De qua interpretatione recte SCHROEDERUS. „Soluta et vaga fertur haec ſententia, filum non continuans, quo perdita improbi indoles ut vexationum, quibus alios infeſtat, cauſa exhibetur." 2) Aben-Eſra, verbum בֵּרֵךְ ad eundem illum improbum referens, בֹּצֵעַ vero, duraque pronominis אֲשֶׁר inſertione etiam נִאֵץ ad alium deflectens, ita dedit: *et benedicit lucranti*, avaro, qui *exacerbat Dominum*, i. e. qui probat ac laudat oppreſſorem, qui Iovam quotidie ad iracundiam provocat (ולפי דעתי כי הלל רשע הנזכר למעלה רשע אחר אשר התאוה ויברך הבוצע אשר נאץ השם והנה ברך כמו הלל) 3) E noſtratibus bene multi cum illo conſentiunt quidem in accipienda phraſi בֹּצֵעַ בֵּרֵךְ, utrumque autem verbum de uno eodemque homine convenientius interpretantur hoc modo: *et avaro benedicit*, i. e. lucro intentum commendat, *et irritat*, contemtu ſuo ad iracundiam provocat, *Iovam.* Verum בֵּרֵךְ hoc ſenſu cum נִאֵץ conjunctum, ſententiam non ſatis concinnam reddit. 4) Aliis commodius viſum, בֹּצֵעַ quidem de improbo deſcripto, בֵּרֵךְ autem intranſitive accipere, ut vertendum ſit: *et quaeſtum faciens*, ſive avarus, *benedicit ſibi.* Verum reciprocus verbi uſus nullo fundamento ſuffulciri poteſt, nec Pſ. XLIX, 19., quem locum Geierus exempli cauſa affert; nam ibi בָּרֵךְ cum נַפְשׁוֹ conjungitur. 5) Alexandri-

xandrinus quemadmodum precedens הלל, ita et בֵּרֵךְ in paſſivo enuntiat בֹּרַךְ, καὶ ὁ ἀδικῶν ἐνευλογεῖται, quod ſequitur Vulgatus et Syrus: ܘܥܘܠܐ ܡܫܬܒܚ. Idem placuit SCHNURRERO, qui ſic reddidit: *et rapaces praedicantur beati.* בֹּצֵעַ, in annotatione inquit, „univerſe quidem notat *iniqui lucri ſtudioſum*, ſed h. l. hoſtes intelligendi eſſe videntur, qui latrociniis ac praedationibus fines tum infeſtabant. Sic Habac. II, 9. rex Chaldaeus dicitur בֹּצֵעַ, בֹּצֵעַ בֶּצַע רָע non quod avarus eſſet, ſed quod expugnandi libidine captus alienis provinciis inhiaret belloque omnia devaſtaret." Quae vocis בֹּצֵעַ interpretatio non admitti poteſt, niſi Pſalmus contra inimicorum externorum incurſiones directus ſit. Ceterum Schnurrerus duo poſtrema Verſus hujus vocabula ad Verſum ſequentem trahit, quod minime neceſſarium videtur. II) Alii verbum בֵּרֵךְ in *malam* partem, ſignificatu *maledicendi*, aut *valedicendi* interpretantur, et cum nomine יְהוָה, aeque ac verbum נִאֵץ, conjungunt. 1) Ita R. Moſeh, ab Aben-Eſra allatus, והבוצע אשר הוא מברך השם מנאצו *avarus ille, qui Deo maledicit, idem execratur eum.* Simplicior eſt, quam e Tarnovio Geierus, adfert verſio: *quaeſtum faciens maledicit et execratur Deum.* Sed vix apparet, quomodo notiones iſtae ad *avarum* ſimpliciter talem, commode applicentur. Praeterea *maledicendi* ſignificatum verbo בֵּרֵךְ minus recte aſſignari, declaravit ALB. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Iob.* p. 12. Rectius itaque 2) SCHMIDIUS, verbum illud *valedicendi* notione accipiens, qua et 1 Reg. XXI, 10. 13. Iob. I, 5. 11. II, 9. pollet, ita vertit: *avarus valere jubet, ſpernit Iovam*, quod et Schroederus probat, niſi quod is verbum נִאֵץ comparans cum Arabum نَاصَ, *agili et vibranti modo agitari*, atque cum ناص, *proripere ſe* ab alicujus conſortio (ناص عن قرنه, ut Geuharius, explicat, conſentiente Firuzabadio: تنحي وفارقه *cum contentione diſceſſit et declinavit ab eo*),

eo), verba hujus Verfus poftrema fic vertit: *contumaci nifu et impetu defugit Iovam.* MUNTINGHE Verfus hujus textum ita mutandum cenfet:

כִּי חָלַל רָשָׁע עַל־תַּאֲוָתוֹ
נַפְשׁוֹ בֹּצֵעַ בֵּרֵךְ

verba נִאֵץ יְהוָה vero ad Verfum fequentem trahit. Interpretationem hoc modo inftituit: *gloriatur* elato ac fuperbo animo *de concupifcentia fua*, i. e. quod omnia ex voto fibi fuccedant, *animae fuae rapiens benedicit*, dum effrenata libidine omnia ad fe rapit, felicem fe praedicat. Verbum הָלַל ita enunciandum cenfet, ut Conjugatio *Cal* fit, qua fola *gloriari* fignificat; pro תַּאֲוַת five תַּאֲוָתוֹ, five תַּאֲוֹת, cum Alexandrino et Syro legi vult, affixo e contextu fubaudito; ut Pf. XXX, 15. LVII, 11. Prov. XI, 6.; porro ante בֹּצֵעַ particulam ו librarii errore repetitam, adeoque expungendam putat; ne autem cui ordo verborum נַפְשׁוֹ בֵּרֵךְ inufitatus videatur, exemplum adducit e Pf. XLIX, 19. כִּי־נַפְשׁוֹ בְּחַיָּיו יְבָרֵךְ.

4. רָשָׁע כְּגֹבַהּ אַפּוֹ בַּל־יִדְרֹשׁ] Confideranda hic ante omnia phrafis בַּל־יִדְרֹשׁ. I) Plerique verbum דָּרַשׁ *quaerendi, requirendi* notione capiunt, unde nomen aliquod in accufativo fubaudire debent. Hinc 1) alii fupplent אֱלֹהִים, *Deum*, Chaldaeo praeeunte, qui fic dedit: רַשִׁיעָא בְּגַסּוּת רוּחֵיהּ לָא יִתְבַּע אֱלָהָא, *impius in faftu fpiritus fui non requirit Deum.* Eodem fupplemento GROTIUS utitur, qui e membro fequenti illud huc trahendum cenfet. Similiter Geierus vocem יְהוָה e Verfu praecedenti repetendum putat, provocans fimul ad frequentem ufum, quo דָּרַשׁ, *quaerere*, ad *Deum* referri folet. „Equidem tamen." SCHROEDERUS inquit, „mihi perfuadere nequeo, hanc Pfaltis mentem effe, quum jam in praecedenti dixerit, *improbum valedicere Deo*, adeoque tam parum requirere, ut aperte deferat, quamobrem eadem res multo exiliori, quam quo antea defignabatur, modo, repetita foret." 2) Alii *leges divinas, jus* et *aequum* intelligunt. 3) Nonnulli, inter quos Lutherus:

non

non curat quempiam. II) Alii diverfiffimum fenfus difficultati remedium duplici interpofitione quaerunt; qua phrafin בַּל־יִדְרֹשׁ improbo *loquenti* tribuunt, hoc modo: *non requiret* Deus, puniendo fcil. crimina. Ita IARCHI: כל מזמותיו אומרות לו בל ידרש הב״ה כל מה שאעשה כי אין משפט. *Omnes cogitationes ejus dicunt ei, non requiret Deus quidquid egero, quia non eft judicium.* Eadem interpretatio KOEHLERO placuit. Certe favet ei Verfus 13. Tum erit poft אַפּוֹ verbum אָמַר fubaudiendum quod quidem, Schnurrero obfervante, HARIUS (vid. *Annotations on the Pfalms by* I. MERRICK, Reading, 1768.) ad lectionis adeo integritatem requirere velle videtur. Verum opponit illi interpretationi GEIERUS, duplicem illam ellipfin non modo duriorem effe, fed etiam vocibus כְּגֹבַהּ אַפּוֹ non fatis aptam et congruentem, quum huic fententiae: *improbus fecum cogitat, Deum rationes facinorum ab hominibus non effe repetiturum*, nihil infit, quod fuperbiam arguat. III) CALVINUS verbum דָּרַשׁ perperam reftringi ait, quum fimpliciter dicat David, impios *fine examine* fibi quidvis permittere. In eundem fenfum Coccejus: *Improbus pro altitudine nafi fui non curat,* atque in Commentario dicit, *effe negationem circumfpectionis, quae arguat fiduciam fui.* A qua interpretatione non multum difcedit SCHROEDERUS, qui, poftquam obfervaffet, verbum דָּרַשׁ de *ftudiofa pervefligatione*, praefertim *viae* ufurpari, ut Iof. XI, 10., dictionem בַּל־יִדְרֹשׁ, fic reddit: *non ftudiofe ac follicite inveftigat* vias fuas, et nil quidquam in viis fuis, ubi contumaciter Deum defugit. Non fedulus examinat et perquirit occultiores earum rationes et flexus remotiores, quaenam circumftent pericula, et quibus finiantur praecipitiis; haec ille nulla cura ac fedulitate circumfpicit et perluftrat. In eundem fenfum, fed concinnius, AURIVILLIUS in Differtatione *de varia conftructione verbi* דָּרַשׁ §. III. p. 433. ed. Michaelis vertit: *impius* alto fupercilio *nihil curat*, nihil penfi habet; namque a prima

terendi

terendi notione, quam نرس apud Arabes obtinet, orta est *frequentius tractandi, curandi* significatio apud Hebraeos usitata. בַּל h. l. *nihil* est reddendum, ut Ps. XVI, 2. בַּל־עָלֶיךָ *nihil est contra te.* Cf. NIC. GUIL. SCHROEDERI Syntax. Reg. XCIII. not. in ejus *Institt. ad fundamenta ling. Hebr.* p. 308. — SCHNURRERUS ultimas Versus praecedentis voces נִאֵץ יְהוָה ad hunc Versum trahens, textum sic constituit:

נִאֵץ יְהוָה רָשָׁע כְּגֹבַהּ אַפּוֹ
בַּל־יִדְרשׁ אֵין אֱלֹהִים כָּל־מְזִמּוֹתָיו

Spernunt Iovam improbi pro fastu suo,
nihil cognoscere, nihil valere Deum, est quod semper cogitant.

„Quo facto," inquit, „egregius est inter hunc Versum, et, quem huc respicere nemo facile negaverit, decimum tertium. Viderunt hoc HUBIGANTIUS, VENEMA, SECKERUS apud MERRICKIUM, atque etiam ZACHARIAE, qui tamen, quod בַּל־יִדְרשׁ a sequentibus sejungeret, ipse verbum אָמַר subaudire necesse habuit." Eandemque divisionem probat MUNTINGHE. — גֹּבַהּ אַפּוֹ *elationem nasi*, etiam Arabice dici pro *superbia*, exemplis comprobvit ALB. SCHULTENSIUS in *Animadverss. Philologg. ad Varia V. T. loca*, ad h. l. Ita a verbo شمخ, *altum, elatum* esse, quod significatu convenit cum Hebraeorum גָּבַהּ, dicunt شمخ بانفه *extulit nasum suum*, quod Dsjeuharius exponit تكبر, *superbivit*. Item verbum سما denotat *altum est;* hinc dicunt سامي الانف *elatus naso*, id est, *arrogans, fastuosus, superbus*. Hisce Schnurrerus addit hunc locum ex Abulpharagii Histor. Dynastiarum, ed. Pocock. p. 76. desumtum, qui Nebuchadnezari insolentiam his verbis describit: طغا بغلبه وشمخ بانفه واخذته العزة في نفسه *elatus est corde suo, atque altus fuit naso suo occupavit*-

que eum ſuperbia in animo ejus. — SCHULZIO in כְּגֹבַהּ displicet particula כ, quod ſit per errorem ex ב orta, et tolerabilem interpretationem nullo modo admittat. Enimvero [utor SCHNURRERI verbis] quamquam ב a verſione Chald. Syr. exprimitur, extatque etiam in Bombergianis quibusdam editionibus, ab Io. Henr. Michaelis in ſua Bibliorum editione commemoratis; lectio tamen כ nititur auctoritate non Alexandrini modo interpretis, cum Vulgato et Arabe, ſed et Aquilae Symmachique: eſtque profecto hoc loco noſtro non minus apta, quam ex. gr. in formula illa כְּרֹב חֲסָדָיו Pſ. CVI. 45. aliisque ſimilibus multis. — אֵין אֱלֹהִים מְזִמּוֹתָיו *non eſt Deus, complexus eſt cogitationum ſuarum*, cujus formulae, ut bene SCHNURRERUS monet, „non poteſt ille eſſe ſenſus, quod improbi negant, eſſe Deum, quod profecto parum conſentiret cum reliquis eorum dictis, Vs. 11., ſed divini numinis rationem habendam, a Deo quidquam vel timendum eſſe, vel ſperandum, hoc vero eſt, quod negaſſe dicuntur ferociſſimi illi homines. Similiter 2 Sam. XIX, 7. dicitur, אֵין לְךָ שָׂרִים וַעֲבָדִים *duces tuos miniſtrosque tu haud curas.*"

5. יָחִילוּ דְרָכָו בְּכָל־עֵת] Mire in hoc hemiſtichio explicando interpretes torſit verbum יָחִילוּ, quod I) Alexandrinus et Syrus יְחַלּוּ extuliſſe idque ad radicem חָלַל retuliſſe videntur, ſed diverſa ſignificatione. Syrus enim *ſolvendi* (ܫܪܝ, *ſolutae ſunt viae ejus*), Alexandrinus vero *profanandi* notione accepit, nam poſuit: βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, quod Vulgatus ſic reddidit: *inquinatae ſunt viae ejus*, i. e. ſtudia ejus, cogitata, dicta factaque omnia immunda ſunt et profana. Sed quod nunc legitur II) יָחִילוּ, a variis varie exponitur. 1) Chaldaeus: מַצְלְחִין *proſperas reddunt vias ſuas*, quaſi יְחַיְּלוּ enuntiaſſet, i. e. *fortificant, muniunt, roborant.* IARCHI quoque יצליחו exponit, qua ſignificatione idem illud verbum et Iob. XX, 21. [יָחִיל טוּבוֹ *proſperabitur bonum ejus*] accipiendum eſſe ait.

ait. In eundem ſenſum R. MOSEH apud Aben-Eſram דְרָכָיו h. l. חפציו *beneplacita ejus* [ut Prov. XVI, 9. לֵב אָדָם יְחַשֵּׁב דַּרְכּוֹ], יָחִילוּ vero יבואו, *veniunt*, exponit: ut 2 Sam. III, 29. יָחֻלוּ עַל־רֹאשׁ יוֹאָב ut ſenſus ſit, כי יבואו לו ויתכנו לו צרכיו בחפצו *vota*, deſideria, cogitationes impii *veniunt* atque ſuccedunt *illi*, proſperos habet ſuorum deſideriorum eventus. Idem KOEHLERO placuit. Verbo יָחִילוּ etiam *roborandi*, *muniendi* notione accepto, ſed diverſo paululum ſenſu IUNIUS hocce hemiſtichium interpretatur: „*munitae ſunt viae ejus*, i. e. quaecunque tempora incidant, quaſi immotus rebus ſecundis utitur." Eadem interpretatio placuit VOGELIO ad *Vatabli Grotiique Annotatt. in Pſalmos* a ſe editas, quippe quam utrumque poſterius membrum egregie confirmet, quo cauſſae conſtantiae firmitatisque adducantur, cum neque divinis tangatur judiciis, neque ullus adverſariorum eum laedere queat. Quibus omnibus nos quidem praeferendam ducimus GEIERI interpretationem: „*permanent*, vel *perdurant viae ejus omni tempore*, i. e. hae ipſius pravae conſuetudines, quae *viarum* nomine ſaepe deſignantur, numquam emendantur, ſed pravae ſemper, et ἄθεοι manent. In hac ſignificatione *permanendi* verbum חול (quod cum חַיִל *robur* conferre licet) occurrit in *Cal* Jerem. XXIII, 19. XXX. 23., et in *Hiphil* Iob. XX, 21. *bonum ejus nomen* יָחִיל." 2) Quum verbum חול cujus primaria notio, coll. Arabum حال, eſt *verti*, *verſari huc illuc*, etiam transferatur ad conſternationem, qua homo percuſſus terrore anxie huc illuc ſe vertit, atque *tremendi*, *contremiſcendi* ſignificatu haud raro uſurpetur, ut Ieſ. XXIII, 5. Habac. III, 10. Pſ. XXIX, 8; Hebraeorum quidam interpres ab Aben-Eſra memoratus, α) nomine דְרָכָיו ad *Deum* relato, ſic interpretatur: *terrent* eum, improbum, *viae ejus* Dei, divina judicia terrorem ei incutiunt. Aben-Eſra vero ipſe β) דְרָכָו ad *improbum* applicato, phraſin ita exponit: *viae improbi*, יפחידו המשכיל בעבור שיצליחו, *terrent prudentem*, *quia proſperantur*, h. e. ſtudia et fa-

 cta

cta ejus terrent bonos et vexant. Ab eo non multum diverſus eſt 3) VATABLUS, qui verbum *dolendi* notione ſumit, qua nomen חִיל et חִילָה ſaepe occurrit. Tunc vertendum erit: *dolore afficiunt viae ejus* pios, qui vel impiorum hominum injuriis vel proſperitate quotidie offenduntur. 5) Verbi חול, collati cum Arabico حال pro حول, notionem primariam eſſe, *verſare, in gyrum circumire, torquere,* pluribus oſtendere ſatagit IO. GUIL. SCHROEDERUS in Commentar. ad h. l. p. 97 — 103. Maxime vero huc facere cenſet quam ex DSJEUHARIO adfert, gloſſam: والارض المستحيلة هي التي ليست بمستوية لانها استحالت الاستواء الي العوج *Terra* משתחילה *eſt ea, quae non aequabilis, quia ipſa detorquet ſe ab aequabilitate ad curvitatem.* Hinc noſtram phraſin, Schnurrero et Muntinghio adſtipulantibus, ſic vertit: *distortae et inaequabiles ſunt viae ejus omni tempore*, i. e. perverſa eſt numquam non vita eorum. Cf. Ieſai. LIX, 8. Prov. X, 9. Vocem דְּרָכָו KOEHLERUS vitioſe ſcriptam exiſtimat. Sed appoſite Schnurrerus ex N. G. SCHROEDERI *Inſtitt. ad Fundamm. Ling. Hebr.* p. 171. monet, Iod multitudinis interdum ante ſuffixa omitti, per ſcribendi compendium. — מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגְדּוֹ *Altitudo* ſunt *judicia tua e conſpectu ejus*, quae IARCHI ſic exponit: מסוקלים ומרחוקים משפטי יסורין ופורענות שלך מנגדו שאינם בואים עליו *ſublata ſunt et procul remota judicia caſtigationum ac poenarum tuarum a conſpectu illius, quippe quae illum numquam attingant.* Hoc ſequutus COCCEIUS in Commentar. ad h. l.: „*Sublime* quid *judicia tua* ſunt, *ne contra eum* procedant, q. d. Tu, Deus, oſtentas quidem judicia, et plagas minaris, ſed quaſi in ſublimi nube ſupra caput ejus veheris, nec aperto marte cum ipſo congrederis." Geminam vero haec expoſitio difficultatem habet, ut SCHROEDERUS monet. „Altera eſt, quod cum mente Pſaltis non congruat, qua Deum conqueſtus fuerat Vs. 1. tam alienum ab auxilio ferendo et vindicandis ſcele-

ſceleribus, quae ſecurus improbus ſibi permittat, ut ne *leviſſimam* quidem ullius *vindictae* inſligendae *ſpeciem oſtentet.* Altera ex ſerie intelligitur, qua non quid *Deus,* ſed quae *improbus* agat, quantis hicce ſe dedat pravitatibus, continuo ſilo repraeſentantur.“ Ipſe vero Schroederus, poſtquam oſtendiſſet, nomen מִשְׁפָּט coll. Arab. سفط, *rectum, aequale eſſe,* proprie ſignificare *locum, viamve, aequabiliter porrectam; ſ. in rectum complananatam,* qua ſignificatione occurrat Pſ. XXV, 9. Ieſai. XLII, 1.; locum noſtrum ita vertit: *locus alte remotus ſunt loca tua aequabiliter porrecta a conſpectu ejus,* i. e. aequabiliſſime directae Dei viae jam evaſerunt ei locus altiſſime remotus, quem, maximis intervallis ſejunctus, non ſentiat, quin ne procul quidem aſpiciat amplius, ac numquam repetere queat. Senſum hunc eſſe ait: perſectiſſimae et ſaluberrimae, quam Deus praeſcribit, vivendi normae ob continuos tamque depravatos errores nullo amplius ſenſu, nulla cogitatione, illum affici, quin omnem ad illam ſe dirigendi facultatem amittere. Verum enim vero ſignificatio, quam Schroederus nomini מִשְׁפָּט tribuit, uſu linguae minime nititur. Nos quidem haud dubitamus adſtipulari SCHNURRERO, qui, Geiero praeeunte, מָרוֹם ſumit pro בַּמָּרוֹם, velut Pſ. XCII, 9. Ieſai. XXII, 16., et praefixo מ ante נֶגְדּוֹ negandi vim tribuit. נֶגֶד, inquit, „ſignificat non modo locum, qui eſt e regione poſitus, ſed et rem ipſam in hoc loco verſantem oculisque objectam, quod maxime cernitur in illis locis, quibus aliquid נֶגֶד ſimpliciter dicitur, v. g. Pſ. XLIV, 16. Pſ. LI, 5. Itaque ad verbum vertimus: *alte poſita ſunt judicia tua, ut non ſint oculis ejus objecta,* regimen tuum haud animadvertunt. מִשְׁפְּטֵי יְהוָֹה, proprie ſententiae a Iehova latae, non tam leges a Deo dictas hoc loco innuere videntur, quam potius ea omnia, quae jubente Deo eveniunt, ipſiusque ſummam in regendis rebus humanis poteſtatem majeſtatemque demonſtrant; ut ſenſus ſit: ſpecimina illa, quibus Deus rerum omnium dominum ſe comprobat, non attendit.“

dit.“ — כָּל־צוֹרְרָיו יָפִיחַ בָּהֶם] Verbi יָפִיחַ ſignificatum I) KIMCHIUS petendum cenſet a voce פַּח, *laqueus*, ut ſenſus ſit: *laqueum apponit ad hoſtes capiendos.* Quod analogiae linguae repugnat, qua פַּח non ad פּוּחַ, ſed ad פָּחַח pertinet. II) Verbum פּוּחַ vero, quod *flare* denotat, non uno modo explicatur. 1) Quidam, inter quos COCCEIUS, ita vertunt: *omnes hoſtes ejus quod attinet, flat in eos*, i. e. in adverſarios, ut eum humilient excitatos, cum poteſtate et efficacia iram ſuam evomit. Quam interpretationem Chaldaeus praeivit: בְּכָל מְעִיקוֹי יִזְעוֹף בְּהוֹן *in omnes arctatores ſuos iraſcitur.* 2) Alii ulterius progreſſi ad *apertam violentiam* et *ſaevitiam* verba deflectunt. Ita GEIERUS improbos proponi putat, qui meras quaſi flammas ſpirent, quibus hoſtes ſuos ſuccendant et perimant. Uſum confirmare ſtudet ex Ezech. XXI, 36., cujus tamen ratio, recte monente Schroedero, multum diverſa, quum non per illud ſolum verbum אָפִיחַ ibi notetur, *flammas ſpirabo perimentes*, ſed per idem conjunctum demum cum vocibus בְּאֵשׁ עֶבְרָתִי, *flabo in ignem excandeſcentiae meae.* Durior adhuc et alienior IUNII interpretatio: *quicunque ſunt hoſtes ejus, in eos favilla incendium facit*, qua ſubitaneam et violentam miſeri enecationem intelligit. Notio iſta admodum coacte ex פִּיחַ, *favilla*, elicita, incommode ſatis ad *hoſtes* applicatur. 3) Diverſa aliquantum ratione ab aliis de *proſternendis hoſtibus*, velut *arboribus*, per *flatum venti* cogitatum, quomodo IARCHI: בהפחת רוח הוא מפיח בהם והם נופלים לפניו *flatu venti flat in eos, et ipſi cadunt coram eo.* Quod SIM. DE MUIS probat, „hyperbolica,“ inquiens, „locutio, pro: facile et nullo negotio hoſtes diſturbat, et quaſi ſolo oris flatu; ita illi omnia ex ſententia eveniunt.“ Quemadmodum PLAUTUS in *Milite Glorioſo I*, 1. 17.

Cujus tu legiones diſſlaviſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia.

Sen-

Senſum emollire ſtuduit VATABLUS, ita commentatus: „flatu eos proſternit, ſive poſternere ſolet, ſubint. opinione ſua; q. d. opinione et ſententia ſua confidit, ſolo ſuo flatu ſe poſſe proſternere omnes inimicos." Eundem ſenſum Alexandrinus videtur expreſſiſſe, dum poſuit: *πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει.* Hisce accedit SCHNURRERUS; qui ſic vertit: *omnes, qui reprimere ipſos audent, diſſlant*, voce צוֹרְרָיו non de *hoſtibus* improbi accepta, quippe qui hic non ſatis commodum ſenſum reddunt, verum de iis, qui improbum, in ſummam nequitiam ruentem, coercere et ad rectum probitatis tramitem revocare allaborant; ſequutus in hujus vocabuli interpretatione SCHROEDERUM, qui in *Commentario* p. 120. ſeqq. pluribus oſtendit, verbum صرّ, צָרַר, primo habere notionem *vehementer arctandi conſtringendo*, qua propria ſignificatione reperiatur Num. XXII, 26. Prov. XXIII, 27., hinc צוֹרְרָיו proprie eſſe *coarctantes*, vehementer prementes *eum*, improbum illum; in viis distortis inhaerentem. Verbum vero יָפִיחַ SCHROEDERUS ipſe, collato Arabum فاخ, *cum ſonu ſibilante ſpiravit*, de hominibus, ut hic, uſurpatum, *tumido ore, plenis buccis flare* ſignificare cenſet. Hinc vertit: *coarctantes eum quod attinet, efflat tumido ore in eos.* Quae locutio, addit, „ſummam *contumaciam, inſolentiam et protervitatem*, ipſo quaſi habitu ſe prodentem, repraeſentat, qua omnes illos, qui a viis tam deamatis ipſum abducere nitantur, ut vanos, futiles, ſtultos omnique contumelia digniſſimos, reſpuat et exſibilet. *Flandi* quidem notio, per ſe poſita, de iis eſt notiſſima, qui inſolentiorem quendam faſtum prae ſe ferunt, quomodo Graecis *πνεῖν*, et *μέγα πνεῖν* pro *φυσᾶσθαι*, *οἰδεῖν*, *inflari*, *turgeſcere*, *ſuperbia*, teritur: atque apud *Quintilian. XII*, 6. extat: *omiſſo magna flandi ſemper tumore.* Verum etiam quis *flare rem* dicitur, quam *arroganter* et *inſolenter rejicit ac repudiat*,

quo

quo uſu affine noſtro verbum נָפַּח adhibetur Mal. I, 12. 13., ubi propheta Iudaeos, nomen et ſacra Dei deſpicientes, ita increpat: *Vos ipſi profanatis illud* nomen — *dicitisque, quanta delaſſatio*, וְהִפַּחְתֶּם *atque ſic proſtatis,* inſolenter contemnitis et exploditis, *illud.*" Eandem hanc verbi פּוּחַ interpretationem hoc noſtro Pſalmorum loco praeivit Syrus, qui poſuit: *et omnes inimicos ſuos* ܣܠܐ *contemnit.*

6. Exponuntur inanes et arrogantes animi perſuaſiones, quibus improbus in tanta vias distortas perſequendi pertinacia ſe ſuſtineat et corroboret. אָמַר בְּלִבּוֹ בַּל־אֶמּוֹט *Dixit in corde ſuo! non movebor* ab hoc felici meo ſtatu; cf. infra XIII, 5. XVI, 8. XXX, 7. — לְדוֹר וָדֹר *In generationem et generationem*, per multas aetates ego in felicitate mea perdurabo, אֲשֶׁר *eo quod*, pro בַּאֲשֶׁר, ſive עַל־אֲשֶׁר, ut 1 Reg. XV, 5. 13. Cohel. VIII, 11., quia לֹא־בְרָע *non in malo*, ſcil. ero, quamdiu vixero nulla patiar adverſa, id enim hic רָע denotat, ut Coh. I, 13. II, 21., infra XXXIV, 20. Vel: non ero infauſtus, calamitoſus, ut Subſtantivum cum Praefixo ſaepe habet vim Adjectivi; cf. Exod. XXXII, 22. Veteres cunctas hujus Verſus partes in unam phraſin confuderunt. Chaldaeus ita: וַיֵמַר בְּלִבְבֵיהּ לָא אֲזוּעַ מִדָּר לְדָר מִלְּמֶעְבַּד בִּישׁ *Dicit in corde ſuo: non declinabo a generatione ad generationem a faciendo malum.* Paullo aliter Syrus, illum imitatus: ܠܐ ܐܙܘܥ ܠܕܪ ܕܪ̈ܝܢ ܗܘܐ ܡܚܫܒ ܒܝܫܬܐ *non declinabo*, ſive ceſſabo eſſe, *ad generationem generationum meditans nequitiam.* Hi per רָע, *malum*, in poſteriori hemiſtichio, *crimen* ſ. *ſcelera* intellexerunt, atque Pronomen אֲשֶׁר non expreſſerunt. Perturbate pariter, duriore et aſperiore oratione Alexandrinus dedit: Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐ μὴ σαλευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ, conſentientibus, more ſuo, Vulgato [*Dicit enim in corde ſuo, non movebor a generatione in generationem, ſine malo*] et Arabe. Recentiores ſejunxerunt

runt quidem hemistichia, sed variis tamen modis in eorum nexu et sensu expediendo se implicarunt. Discrepant maxime, quomodo abruptiores voces לְדֹר וָדֹר accipiendae sint, et ad reliquas Versus partes referendae. I) Sunt, qui eas *praecedentibus* conjungant, hoc modo: *non dimovebor in generationem ad generationem, qui non in malo* ero. II) Ex reliquis plurimi eas opposita ratione arctius cum sequentibus, inserto quodam supplemento, copulantes, verba אֲשֶׁר לֹא-בְרָע, *qui non in malo*, aut ad *praesentem* improbi *statum;* aut ad *futurum*, referunt. 1) Illum quidem interpretandi modum paucissimi probarunt, e quibus DE MUIS est, ita commentatus: *in aetatem et aetatem* ero, *qui non in malo* sum, h. e. qui nihil experior, neque hactenus expertus sum, mali. 2) Qui posteriorem adhibent, ita vertunt: *non dimovebor; in generationem*, semper, *ero is, qui non est in malo; numquam vacillabo, nulla me umquam affliget calamitas.* Cui interpretationi si obvertit Schroederus, eam hanc difficultatem habere, quod eadem res in verbo praecedenti מוט, *dimoveri* sit comprehensa; non cogitavit membrorum parallelismi praecepta, quae illam prae ceteris commendat. 3) COCCEIUS hemistichium posterius non ad *improbum* definite retulit, sed ut *generalem sententiam* accepit hac versione: *non mutabo: in aetatem et aetatem* erit, *qui non* est *in malo;* ut verborum, בַּל-אֶמּוֹט, *non movebor*, haec sit ratio: *quicunque expers est mali*, s. calamitatis, *is durabit in seculum.* Sic autem posterius membrum abruptius positum, nec ad prioris filum est accommodatum, siquidem rationem affert praecedentis sententiae parum concludentem. 4) GEIERUS pronomen אֲשֶׁר ad דור referens, sic vertit: *in generationes* ero, *quae* [generationes] *non in malo* erunt; quae minus congruentia, sensum adhuc imperfectiorem reddunt. 5) IO. GUIL. SCHROEDERUS, postquam ostendisset, verbum מוט, comparato Arabum ماط, significare: *inclinavit in latus, ad lapsum*, tum *depellitur in latus*, *amovetur* ex loco, et qui-

quidem cum *molimine* quodam; commatis noftri interpretationem ita inftituit: *nequaquam inclinabor ad lapfum, tutiffimam* habeo felicitatem in viis meis; *in redeuntes identidem temporum periodos*, fcil. hoc mihi non eveniet. בַּל־אֶמּוֹט („quod ita, cum taedii evitandi, tum concifioris fermonis gratia fuppreffum, id ipfa diftincta in textu mora et refpiratio, maxime per fequens אֲשֶׁר indicata, fatis diftincte mente intelligendum et quafi denuo fentiendum offert. Interjecta ifta mora fingulari quodam pondere gravitatem fermonis adauget, ut hocce affectu et fervore improbum perfentifcas loquentem: *non inclinaturus ad lapfum depellar* de viis meis: ne quidem *in omne futurum aevum*"), *quia ego non in malo ftatu* fum, qui me illis exponat; „etenim vocula רַע non preffe ac definite ipfam *calamitatem*, improbo eventuram, quae jam in אֶמּוֹט fuit comprehenfa, fed *malum* et *noxium*, ipfi quod illam afferat et conciliet, folito ufu defignat. Hinc *effe* בְּרַע *in malo*, abfolute et generatim valet *in malo* illo *et noxio ftatu verfari*, qui hominem *calamitatibus exponat* et objiciat. Sic indubie Exod. V, 19. *viderunt moderatores Ifraelitarum*, *ipfos* בְּרַע *in malu ftatu* effe, qui graves calamitates fit importaturus, ut praefertim e Verfu 21. patet." 6) VENEMA hunc Verfum ita commentatur: „Mihi, per ellipfin vocis הוּא, *ille*, hemiftichii pofterioris fenfus effe videtur, *femper ille*, *qui non eft infelix*, quod fenfum fundit emphaticum et egregium. *Ego non dimovebor;* inquit impius apud animum, *in omnes generationes, qui non eft infelix:* h. e. ille ero vir, qui nihil minus eft, quam infelix: eam enim vim habet לֹא, *nihil minus*, fed contra feliciffimus. Deut. XXXII, 6. *non fapiens*, nihil minus; et Vs. 21. *non Deus.* Caeterum אֲשֶׁר cum ejusmodi ellipfi et alibi fumitur, ut Ief. VIII, 20. *fi non fecundum hoc verbum loquantur*, is erunt, *cui nulla aurora.* 1 Sam. XV, 20. is fum, *qui aufcultavi.* Ief. XXVIII, 16. *ecce me* יִסַּד, pro הוּא אֲשֶׁר יִסַּד *illum, qui fundat.* — Hoc licet fe tueri poffit, forte rectius

ctius אֶשֶׁר pro *nomine* habetur, unde אַשְׁרִים et אַשְׁרֵי ufu adverbiali, et vertitur *corufcatio, infignitas,* nota eminente infignita fplendida felicitas. Eft enim propria poteftas in *corufcatione*, et tremula micatione; unde inter alia ad id, quod excellens eft et felix, corufcante *nota* distinctum, transit. Quod huc apte convenit, hoc fenfu: *non dimovebor, in generationem et generationem excellens felicitas, non in malo,* nihil minus quam in eo; negativa phrafi fubjuncta pofitivae, majoris emphafeos ergo. Abftractum pro concreto, *fplendidam felicitatem* pro *fumme felici* fumi, conftat. Subjungam unum folummodo locum, quo אֶשֶׁר, loco אֲשֶׁר, eundem praefert ufum Ezech. XX, 29. *Et dixi ipfis, quae quantaque celfitudo, beatitas corufca* [אֶשֶׁר] *vos! qui eo venitis, et,* utique, *vocatum eft nomen ejus excelfitas ad hunc usque diem.*" Haec Venemae interpretatio placuit quoque DATHIO, qui Verfum integrum ita reddidit: *Nunquam, inquit, calamitati fuccumbam, per multas aetates beatus, mali expers ero.* Eundem fenfum fequitur MICHAELIS, nifi quod in *Bibl. Orient.* P. XI. p. 202. אֹשֶׁר, aut אשר ponendum putat. ZACHARIAE maluit אַשֵּׁר, Infinitivum, feu nomen ex Piel ductum, adftipulante Knappio, quamquam hic et alteram formam אֹשֶׁר, non improbat. Denique KOEHLERUS uti mavult adjectivo nomine אָשֵׁר, hoc fenfu: *numquam non depellar, femper felix, numquam in calamitate* ero [*Ich werde ftehen bleiben, von Gefchlecht zu Gefchlecht, glücklich; nie im Unglück*]. SCHNURRERO tamen haec interpretatio non adeo commendabilis videtur, quod fere illud, *non cum calamitate,* languidum quid habeat, et exile, debeatque ex confuetudine linguae hebraeae pro לא ברע dictum effe בְּלֹא־רַע, cf. SCHROEDERI *Syntax. Particular.* Reg. XCIV. Ipfe itaque SCHNURRERUS 7) fine punctorum vocalium mutatione אֲשֶׁר explicat conferendo locum Exod. XXXII, 22. *Tu nofti populum* כִּי בְרָע הוּא *quod pravus fit;* ex quo etiam noftrum locum אֲשֶׁר לֹא־בְרָע non de *calamitate,*

sed

ſed de *pravitate* morum et vitae intelligi poſſe exiſtimat: *cogitat ſecum, numquam ego vacillabo, utpote qui non ſum pravus.* Atque hunc ſenſum magnam vim habere dicit ad augendam horum hominum, de quibus ſermo eſt, turpitudinem, quae tanta ſit, ut ſibi ipſi boni et honeſti videantur, dum fraudibus, perjuriis reliquisque ſceleribus omnibus indulgeant. Dathio vero circa hanc interpretationem dubium remanet hoc, quod non ſatis apti videantur hujusmodi ſermones iſtis hominibus, qui providentiam divinam negabant, omnemque illius reverentiam depoſuerant. Quid illi virtutis honeſtatisque laudem curarent?

7. Pergitur nunc ad perſequutiones et ſcelera deſtinata, quibus improbi alios capiant et opprimant; e quibus hoc Verſu dirae, quas illi ore et lingua graſſante intentent et perficiant, crudelitates exponuntur. אָלָה פִּיהוּ מָלֵא *Exſecratione repletum eſt os ejus.* Interpretationis diverſitatem in his verbis vocis אָלָה creat ambiguitas. Nam quum illa et *exſecrationem* et *imprecationem* ſignificet; 1) nonnulli eam, quam *improbus* cum vituperio Nominis *in alios* effutiat, intelligunt. Ex his COCCEIUS, qui innui putat exſecrationem ad ſanciendam legem divinam, quam plenis buccis jactans improbus, eique jurans, non parentes devoveat et quidem per adjurationes temerarias et ἀναθήματα. Deſcribitur, ex ejus ſententia, improbus, religionis non ſectatorem tantum, ſed et vindicem ſe ſimulans, qui, pro arrogata ſibi auctoritate, ſuos adverſarios exſecrationibus devoveat. Id vero a perſona ejus, aperta impietate, et pertinaci Dei rerumque divinarum rejectione, in praecedentibus inſignita, multum abhorret. Rectius itaque 2) alii *exſecrationem, qua ſe ipſum ad fallendos alios devoveat,* intelligunt. Ita KIMCHI, כן דרך הרשע כשירצה לרמות אחרים ישבע להם בפה מלא שיראה כי בכל כונתו נשבע והם מרמות ותוך *Is enim mos eſt improbi, cum vult alios decipere, ut juret eis pleno ore, ut ſic exiſtimetur tota animi ſui intentione jurare;* omne

omne ejus jusjurandum nihil aliud eſt, quum fraus et dolus. Quod ſequitur VATABLUS: „Improbi, ut probis facilius imponant, pleno ore periuria evomere ſolent.“ SCHROEDERUS quoque ſub אָלָה „illud peccatum, quo improbus horrenda proprii capitis, per quaevis ſacratiſſima, devotione fidem obſtringat, ut eo ſecurius et gravius fallat,“ intelligit. Vocem מָלֵא KIMCHI monet non *adjectivum* eſſe, ſed *verbum* tranſitiva notione, et per ממלא, *implens*, interpretatur, hac ſententia: *exſecratione os ſuum implet.* Ita מָלֵא occurrit Exod. XL, 34. *Gloria Iovae* מָלֵא *implevit tabernaculum*, nec non Ierem. XIII. 24. — וּמִרְמוֹת וָתֹךְ *Fraudibus quoque et oppreſſione* ſcil. plenum eſt os ſuum. Pro מִרְמוֹת Alexandrinus πικρίας, *amaritudinis*, poſuit, quaſi legiſſet מְרוֹת [a radice מָרָה, vel מָרַר], extrito *Mem*, Vocabulum תֹּךְ varie explicatur. 1) Plerique idem eſſe putant cum תּוֹךְ *medium*, quo hoc loco *fraudem* putant innui [ut ſynonymum ſit praecedenti מִרְמוֹת], quae ita dicatur, quod in animo lateat utentis, quippe qui vultu eam tegit. Nec multo aliter nonnulli huic voci *ſubtilitatem* et *vafritiem in tegenda fraude*, atque dexteritatem et agilitatem in exequenda ea, aſſignarunt. Apparet frigida valde et coacta derivatio, qua תּוֹךְ, *medium*, abſolute pro *medio corporis*, et *corde*, inde demum ad *dolum in corde occultatum*, pervenerit. 2) COCCEIUS מִרְמָה quidem pro ſimplici *deceptione* et *fraude*, תֹּךְ vero pro *aſtu* accipit, *quo quis ingenioſe quaedam facit*, aut *omnino quicquam efficit.* Quod, ſola ingenii ſubtilitate ſtatutum, nihil ne ex uſu quidem vocis, acquirit firmamenti. 3) ALB. SCHULTENSIUS in *Commentar. in Proverb.* p. 441. תֹּךְ referens ad radicem תָּכַךְ, quam cum Arabum تَكَّ, *ſecuit*, confert, vocabulo quidem etiam *fraudis*, *doli* ſignificationem tribuit, ſed a *ſecando* eam fluxiſſe cenſet, „ea via,“ inquiens, „qua *ſectori zonario* nomen additum. *Secare* quin imo Arabibus abſolute eſt, *latrocinari*, *graſſari furtis et rapinis.*

Omitti

Omitti hic nequit طَرَّار apud Golium, a طَرَّ *ſecuit, fidit,* pro eo, qui *zonas ſecat,* et *crumenas,* indeque latius pro omni *impoſtore* et *technarum* ſtructore.“ Quod ſequutus SCHROEDERUS in *Commentar.* p. 134. תֹּךְ interpretatur de *violentis oppreſſionibus* et *graſſationibus,* ut *Pſ.* LXXII, 14. מִתּוֹךְ וּמֵחָמָס *a direptione et crudelitate vindicabit animam eorum, et pretioſus erit ſanguis eorum in oculis ejus.* Hic utique, Schroederus inquit, *fraus* ſeriei non congruit, quae etiam atrocius quid, quam clandeſtinam *exſectionem crumenae,* requirit, quod ſaeva illa *ſpoliatio* ſuppeditat. 4) SCHNURRERO cum EDM. CASTELLO in *Lexico Heptaglotto* derivandum videtur a verbo תּוּךְ, quod in Syriaca verſione ſupereſt, reſpondetque Hebraicis עֹשֵׁק, Proverb. XXVIII, 3. et גָּזֵל Proverb. XXII. 22. Ezech. XVIII, 18. „Itaque nomen ܬܘܟܢܐ inde ortum haud dubie ſignificationem habet *violentiae* atque *oppreſſionis,* eandemque hebraico etiam nomini tribuendam eſſe, eo credibilius eſt, quod tribus illis locis, quibus hoc extat, illud ipſum ܬܘܟܢܐ adhibitum eſſe cernimus ab eo, qui Pſalmos Syriace convertit.“ — תַּחַת לְשׁוֹנוֹ עָמָל וָאָוֶן *Sub ejus lingua moleſtia* aliis intentata *et iniquitas.* עָמָל h. l. *vexationem* denotat, qua quis alios defatigat atque atterit, ut Proverb. XXIV, 2. *Quia* שֹׁד, *vaſtationem exaeſtuat cor eorum, et* עָמָל *vexationem affligentem labia eorum ſtruunt.* Cf. Pſ. CXL, 10. Iud. X, 16. Convenit Arabum عمل, cujus Verbi Conjugatio VIII. a Dsjeuhario, Schroedero teſte, exponitur; اضطرب في العمل *concuſſus,* et quaſi *contuſus fuit, labore.* Et in HARIRII *Conſeſſu* IV. p. 8. ed. Schultens. أعمل الركاب valet *operoſe exercuit camelum ad delaſſationem usque.* Sic etiam يوم عمل *dies operoſi et affligentis laboris* vocatur dies gravis proelii in ABUL-PHARAGII *Hiſtor. Dynaſt.* p. 448. — אָוֶן Schroederus, collato, Arabum أَون, *levitas, leni-*

lenitas et *quies*, proprie *virium vacuitatem*, et tranſitive *conſumtionem* notare dicit, et hoc praeſertim loco, *preſſuras* et *cruciatus vires evacuantes* et *exhaurientes*. Nimis coacta ſignificationum derivatio. Mihi potius אָוֶן a primaria *nihili*, *vacuitatis*, *inanitatis* notione translatum videtur primo ad *mendacia* [ut Pſ. XXXVI, 4.] et *calumnias*, *convitia* [Pſ. XLI, 7.], tum ad omne *neſas* et *ſcelus*; praeſertim de *iniquitate* uſurpatur, vid. Iob. XI, 11. Habac. I, 3. 13. Verbis תַּחַת לְשׁוֹנוֹ, *ſub lingua ejus*, 1) Kimchi putat *cor*, quippe quod *ſub lingua* ſit, intelligi, *quia abſconditum ſit ab eo, quod revelatur per linguam*, quem ſecutus VATABLUS, illud *ſub lingua* exponens, *in corde eorum, ſive cogitatione, quod cor poſitum ſit ſub lingua*; nec non COCCEIUS affirmans notari theſaurum cordis, qui per os erogatur. 2) GEIERUS metaphoram petitam eſſe cenſet a *veneno ſerpentum, ſub dentibus occultato*, et inde in vulnera infundendo; ſecundum illud Pſ. CXL, 6. *venenum aſpidum ſub labiis eorum*; quomodo improbus moleſtiam et iniquitatem tanquam venenum ſub lingua virulenta occultare notetur. Quae interpretatio etiam Schnurrero placuit. 3) SCHROEDERUS, quemadmodum *ſuper lingua* et *ſuper labiis* eſſe dicitur, quod labiis et lingua ediſſeritur [vid. 2 Sam. XXIII, 2. Pſ. XVI. 4. Ezech. XXXVI, 3.]. ita oppoſita ratione, *ſub lingua* eſſe dici cenſet id, quod ita *tecte ſubſit*, et *includatur iis*, quae ore ediſſeruntur, ut in ea continuo quaſi influat, et immiſceatur. Hunc ſenſum offerre Pſ. LXVI. 17. *ad ipſum ore meo clamavi, et magnificatus eſt* תַּחַת לְשׁוֹנִי *ſub lingua ejus*, h. e. inter invocandum ipſum magnificavi. Metaphoram deſumtam eſſe a deliciis, ſub lingua aſſervatis, quarum dulcedo inde perenni affluxu ſeſe per os diffundit. Ita et h. l. עָמָל וָאָוֶן, *vexationem et cruciatum*, ſub improbi lingua eſſe dici, quod ſtudioſe et variis artibus occultentur, cum delectatione ſerventur, et unde continuo quaſi affluxu ſuper linguam diffundantur. Quod quam longe ſit petitum, facile quisque intelligit.

8. Ver-

8. Verfu hoc et fequente poeta defcribit occultas fceleratorum molitiones, quibus vitae et bonis innocentium infidiantur; et hoc quidem Verfu imagine *latronis*, in occultis infidiis fubfidentis, ut viatores, ubi commodum erit, bonis ac vita fpoliet; in altero autem Verfu imagine *leonis*, e luftris fuis profpicientis, num qua fe offerat praeda, atque in eam fummo impetu irruentis. — יֵשֵׁב בְּמַאְרַב חֲצֵרִים *Sedet in infidiis atriorum*, vel, *pagorum*. De vocabuli חֲצֵרִים notione h. l. diffentiunt interpretes. A *cingendi* poteftate, qua Arabum حصر pollet (DSJEUHARIO tefte, qui حصرة exponit ضيق عليه واحاط به *arctavit eum et cinxit*), חָצֵר apud Hebraeos duplicem obtinet fignificatum, *atrii*, fepto cincti (vid. Ezech. XL, 19.), et *villae*, muro circumdatae (vid. Levit. XXV, 31. Iof. XVIII, 8. Ief. XLII, 11.). Atqua 1) priori illa *atrii* fignificatione vocem h. l. accepit Aquila, qui ἐνέδρᾳ αὐλῶν, atque Symmachus, qui ἐνεδρεύων περὶ τὰς αὐλάς, pofuit, quos fequutus Hieronymus: *fedet infidians juxta veftibula.* Forfan et huc Alexandrinus referendus, de cujus interpretatione: ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων, *fedet in infidiis cum divitibus*, DE MUIS haec obfervat: „videtur vel עֲשִׁירִים legiffe pro חֲצֵרִים [quae etiam KOEHLERI eft conjectura in *Repertor. Litterar. Bibl.* ab Eichhornio inftructi, T. III. p. 56.], affini quodammodo voce, faltem quoad pronunciationem; vel certe accepiffe חֲצֵרִים in fignificatione *atriorum*, quae plerumque adhaerebant divitum domibus ac magnatum palatiis; et ita quodammodo fenfum expreffiffe.“ Quod nobis quidem multo verfimilius, quam quod RUPERTI (in Henkii *Magazin* etc. P. VI. Fafc. III. p. 538.) conjicit, Alexandrinum vel חֲצֵרִים cum Arabum خَضِرٌ, *copiofa et ampla res, vir admodum liberalis*, contuliffe, vel in fuo codice חֲצֵלִים reperiffe, quod explicandum fit ex Arabico حاصل, *proventus,*

tus, commodum, utilitas, five ex خَضَالَةٌ, *commoditas, adfluentia, deliciae vitae*. In eandem *atriorum* fignificationem inclinat GEIERUS, qui talem hominem hic putat proponi, qui in receffibus aut angulis occultis vel atriorum propriae domus, vel villarum fuarum, obfervet incautos, ut eos interimat dolofe. 2) Alii *villas*, five *pagos*, interpretantur, KIMCHIO praeeunte, qui ערי הפרזות שהם על הדרכים *pagos ad vias*, exponit, qua eadem fignificatione חֲצֵרִים etiam Iof. XV, 46. occurrere obfervat. Idem placuit VATABLO, qui fenfum ita reddit: „ftruere folet infidias in pagis; nam in pagis parva eft hominum frequentia." Quod probant Schroederus et Koehlerus, qui pro *pagorum* fignificatione etiam Genef. XXV, 16. Levit. XXV, 31. et Ief. XLII, 11. adfert; quo pofteriore loco חֲצֵרִים opponantur τοῖς עָרִים *urbibus*. Ad eandem claffem referendus videtur Chaldaeus, qui ponit: *in infidiis* דְּרָתָהָא *habitationem*, et Syrus: ܒܟܡܝܢܐ ܒܡܫܪܝܐ *in infidiis in habitaculo*. Hanc *pagorum* fignificationem et ego h. l. eo magis adhibendam cenfeo, quod concinit Arabum حَضَرٌ, *locus habitatus*, fpeciatim *fixus*; حَضَرٌ *habitaculum urbanum et fixum*, حَاضِرَةٌ *domicilii fixi locus, urbs* aut *pagus*. I. D. MICHAELIS vertit quidem in *Supplemm.* p. 894. *infidias pagorum*, fed intelligit hordas Nomadum Arabum, Davidi, illis in defertis cum rege Nefibeno bellum gerenti, infeftorum, ex quibus Ifraelitis infidiabantur, eosque imprudentes invadebant atque opprimebant. Cui explicationi tamen, ut Ruperti monet, Arabici حَضَرٌ notio obftat, quod cum derivatis conftanter de *domicilio fixo* ufurpatur. — 3) SCHNURRERUS confert حِصَارٌ, *locus feptus, munitus*, ut dictione מַאֲרַב חֲצֵרִים fignificetur *infidiarum lo-*

locus munitus. Sed quum haec *loci muniti* ſignificatio ceteris loci, ubi חָצֵר occurrit, non ſit ſatis apta, hoc ſolo loco vix adhibenda fuerit. Quod ipſum valet de ea ſententia, quam 4) PAULUS in *Clavi* primum propoſuit, et Ruperti probavit, חָצֵר explicandum eſſe ex Arabum حَصَرَ, *coarctavit,* حَصْرِيَّةٌ, *anguſtia, coarctatio,* et حَصْرَةٌ *compendioſa via,* ut vertendum ſit: *inſidiae viae anguſtae,* in viis anguſtis, faucibus, ſtructae. Neque admitti poteſt, eadem ex cauſſa 5) MUNTINGHII interpretatio, Arabum حضيرة adhibentis, quod DSJEUHARI explicat الاربعة والخمسة يغزون *quatuor aut quinque hominum, in hoſtem excurrentium, manipulus,* ut improbus hic ſiſtatur tanquam dux catervae inſidiantium. — Verbum יָשַׁב, ut ſcite Schroederus monet, hoc loco poteſtatem obtinet *conſidendi ad inſiliendum,* impetumque infeſtum in aliquem, e medio tollendum, moliendi. Praeſertim uſurpatur de *leonibus,* qui in ſpecu ſuo, velocem ſaltum molientes, conſident, veluti Pſ. XVII, 12. Iob. XXXIX, 2. Cf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. III. p. 737. (Tom. II. p. 38. edit. Lipſ.) Arabibus pariter وثب *conſidendo inſilivit,* proprie de *leonibus* ita *inſilientibus* uſurpatum, inde ad *homines* transfertur; unde in *Hiſtor. Timuri,* p. 315. ed. Golii (T. II. p. 622. ed Manger.) exſtat: وثب عليهم وثوب الليث علي الفريسة *inſilivit in eos quemadmodum inſilire ſolet leo in praedam.* — בַּמִּסְתָּרִים יַהֲרֹג נָקִי *In latebris trucidat innocentem.* „Vox מִסְתָּר generatim quidem *latibulum* quodvis, proprie *locum obvelatum,* undique obtectum, notat, a radice סָתַר, *obvelavit, velo obtexit.* Speciatim vero et praecipue pro *abſtruſis obtectisque ad inſidiandum latebris ac receſſibus* uſurpatur. Ita de *leonum antris,* ubi feris inſidiantur, Pſ. XVII, 12. Thren. III, 10. Similiter de *hominum inſidiantium latibulis,*

bulis, Pf. LXIV, 5." SCHROEDERUS. — עֵינָיו לְחֵלְכָה יִצְפֹּנוּ Oculi ejus ſpeculantur calamitoſos. Discrepant interpretes de vocabulo חֵלְכָה. I) Maſorethas illud ex nomine חֵיל, exercitus, atque ex affixo ךָ, quod hic cum *He paragogico* ſcribatur, compoſitum putaſſe, tam puncta vocalia arguunt, quae ſive haec eſſe debebant: לְחֵלְכָה, ſive haec: לְחֵֽלְכָה; quam nota Maſorae magnae ad Exod. VII, 29. (al. VIII, 4.) oſtendit, ubi inter viginti dictiones eas, quibus, ex eorum ſententia, affixum ךָ in fine vocis כָה ſcribitur, et noſtrum לְחֵלְכָה conſpicitur. Eandem ſententiam ſequitur IARCHI, qui verba noſtra ita exponit: עיניו של עשו לישראל שהם חילך יארובו *oculi Eſavi* (i. e. Romanorum) *inſidiantur Iſraelitis, qui ſunt exercitus,* populus, *tuus;* atque exempla paragogicae hujus formae affixi ךָ affert Exod. VII, 29. (al. VIII, 4.) וּבְכָה *in te* (pro וּבְךָ) *et in populum tuum, et in miniſtros tuos.* Proverb. II, 11. תְּבוּנָה תִנְצְרֶכָּה *prudentia te tuebitur* (pro תִּנְצְרֶךָּ). Exod. XXIX, 35. כְּכֹל אֲשֶׁר־צִוִּיתִי אֹתָכָה *ſecundum omnia, quae tibi praecepi* (pro אוֹתְךָ). 1 Sam. I, 26. *femina quae ſtabat,* עִמְּכָה *tecum* (pro עִמְּךָ). I. D. MICHAELIS quoque in *Supplemm.* p. 772. noſtrum חֵלְכָה pro חֵילְךָ poſitum cenſet, ſuffixo 2 perſ. maſc. cum *He,* matre lectionis ſcripto, ut Jeſ. III, 6. לְכָה, *tibi,* et יַעֲנוּכָה *reſpondebunt tibi,* Ierem. VII, 27., vertitque: „*exercitus tuus,* Iſraelitae, te duce, te rege, tuis, Deus, auſpiciis bellum gerentes." Favet huic ſententiae, quod pro duabus literis initialibus, חֵל, codices haud pauci חֵיל habent. Sic hoc Verſu לְחֵילְכָה tres Kennicotti codices, et pauci Roſſiani, Verſuque 14. *novem,* denique in Verſu decimo חֵילְכָאִים exhibent; neque non infra Vs. 14. unus codex חֵילֶיךָ *exercitus tui,* et in quatuor aliis חֵילְךָ, *exercitus tuus.* Ita Hieronymus quoque videtur legiſſe, quum hoc Verſu *robuſtos* vertat, ſed חַיִל *roboris* ſignificatione accepta. — II) Alii ex Iudaeis interpretes, veluti MENAHEM, a Iarchio citatus, atque KIMCHI, חֵלְכָה vocem ſimplicem, addito ה paragogico ad חֵלֶךְ, cen-

 ſent,

fent, qua *pauper*, *mifer* notetur. Atque in ea fignificatione veteres omnes confentiunt. Chaldaeus enim מִסְכְּנַיָּא, *pauperes*, Syrus ܡܣܟܢܐ, *miferos*, Alexandrinus πένητες, Aquila et Symmachus ἀσθενεῖς, Vulgatus *pauperes*, ponit. Rationem hujus interpretationis primus reddidit ALB. SCHULTENSIUS, qui in *Animadverff. Philolog.* ad h. l. obfervat, Arabibus verbum حلك proprie *nigredinem* fignificare, eamque intenfam, tropice autem, ut fere fit in aliis quoque linguis, ad *calamitatem*, *miferum abjectumque ftatum* notandum adhiberi, quemadmodum in *Hiftor. Timuri.* T. II. p. 838. واستمرّ علي ذلك في عيش مرّ وعمر حالك *Et remanfit in hoc ftatu vitam degens amarulentam et miferrimam.* Eodem modo apud Hebraeos a חָשַׁךְ, *obfcurum effe*, מַחֲשַׁכִּים funt *miferiae vitae*, *aerumnae.* Sic quidem noftrum חֵלְכָה nomen erit collectivum, quale שְׁבוּת, *miferia*, pro *miferis*, his punctis adficiendum חֵלְכָה five חֵלְכָּה. Ab hac interpretatione non multum difcedit I. GUIL. SCHROEDERUS in *Commentar.* p. 183., ubi primum monet, formam hujus nominis auctam effe per ה, a חֵלֶךְ, quomodo *nudam* fe habere, apparere ex *vocali* fub ל reftituta Vs. 14. „Illud autem ה (utor ipfis ejus verbis), quod paragogicum vifum fuit SCHULTENSIO in *Inftitt. Hebrr.* p. 460. aliquid ab eo, quod ita vocari folet, differre exiftimo. Cur enim, fi plane idem foret, א ejus loco pofitum in plurali Vs. 10., et cur illud ibi non, pro more confueto, exclufum fuiffet? Praeterea vox noftra non eft *penacuta*, fed *acuta*, cum tamen priorem poftulet ה *paragogicum* nomini junctum. Erit ergo ipfius ה fubftitutum pro א *emphatico*, fignificatum intendente, ad normam dialecti Aramaeae, quod א, voce a fine aucta, in fedem fuam redit Vs. 14. Idem Hebraeis quoque ufitatum fuiffe, docent fimiles formae, ut חָגָּא, Iefai. XIX, 17.,

17., וָרָא Num. XI, 20., כְּלָא Ezech. XXXVI, 5. Iam vero uti in his per א fignificatum intendi, comprobat locorum infpectio, ita idem quoque per ה in noftra voce effici intelligitur. Eft ea derivatum Conjug. פֵּעַל, per *Iod* fuppreffum, pro פֵּיעַל ex פֵּיעֵל, quemadmodum inde habetur תְּאֵהֲבוּ Prov. I, 22. Plenius, expreffo *Iod*, fcripta exempla dant הֵילֵל *lucifer*, בֵּיצוּץ, *fcintilla*, הֵיכַל *templum*, et alia fimilia. Ita forma noftri חֵלְכָה pro חֵילְכָה ad normam fuam conftituta, patet, cur ejus *Tfere* non mutatum fit in plurali Vs. 10., quemadmodum nec in priore vocum conftructarum אֵבוּס et אֵוּוֹר fyllaba, eadem de caufa, mutatur." Hinc Schroederus noftrum חֵלְכָה proprie *aterrimum*, hic vero improprio ufu *calamitofiffimum*, infortuniis et funeftis cafibus maxime preffum afflictumque exprimere autumat. Idem fecutus SCHNURRERUS vertit: *fpeculantur calamitofos.* Verum recte, meo judicio, illis, quae Schroederus de forma vocabuli difputavit, MICHAELIS l. c. obvertit: „Equidem Aleph emphaticum nullum novi. Quae ille exempla adfert, eo potius pertinent, ut pro ה feminino aliquando א, nempe Aramaeo more, ponatur; at hoc Aleph primo nullam omnino emphafin habet, deinde ante pluralem terminationem perit, atque חלכה vel חלכא pluralis חלכות formandus, non חלכאים (Vs. 10.), fuiffet, nifi forte et placeat, חָכְמָה Chald. חָכְמָא pluraliter flectere חָכְמָאִים. 3) RUPERTI, quamvis hanc interpretationem non improbet, mallet tamen vocem noftram (חֲלֵכָה five חֵלְכָה emendatam) PAULUM fequutus in *Clavi* h. l. *locum occultum*, ubi infidiator lateat, interpretari, a *nigredinis, tenebricofitatis* notione, quae Arabico حلكى ineft, ita appellatum. ל vero hic pro כ, ut alias haud raro, pofitum cenfet. 4) KOEHLERUS in *Repertor.* P. III. p. 58. חֵלְכָה habet pro *quadrilitero* (quae jam Aben-Efrae erat fententia), in quo ה loco א pofitum fit, et quo *miferi humi ftrati* fignificentur, ex حلكى *mifer fuit*, et حَلَأَ *humi ftravit, contrivit.* In eandem conjecturam inci-

incidit etiam I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 772., ſed ipſe dubitavit, eam lectoribus probatum iri, moleſte ſane laturis, hoc ipſum א a vocabulo Vs. 8. et 14. abeſſe. Tutiſſimum itaque fuerit, veterum interpretationem ſequi, quam Schultenſius dialecti Arabicae conſenſu confirmavit. — Nec minor diſſenſus eſt de verbo יִצְפֹּנוּ. I) Quum צָפַן *tegendi, abſcondendi* ſignificatione alias ſemper occurrat, illam huic loco accommodare varii varie inſtituerunt. 1) Aben-Eſra ſenſum eſſe dicit: כי עיניו יבקשו מקום נכון ונסתר *oculos ejus* (improbi) *quaerere locum paratum et abſconditum*, in quo lateat, ut pauperibus et miſeris inſidias ſtruat; proprie: *oculi ejus miſero locum abſconditum quaerunt*, conſtructio praegnans, cujusmodi plura vide in STORRII *Obſervatt.* p. 244. ſeqq. 2) KIMCHI צָפַן verbum abſolutum eſſe ait, quo ſignificetur: ישים עיניו במקום צפון ומשם יביט הדרכים *disponere oculos ſuos in loco occulto, ut inde vias obſervet.* 3) SAADIAS, ab Aben Eſra citatus, יִצְפֹּנוּ, inſerto ן, putat pro יִצְפּוּ poſitum eſſe, a rad. צָפָה, *ſpeculari.* 4) Alii, inter quos IUNIUS et GEIERUS, verbum צָפַן, quod alias ſemper *tranſitive* uſurpatur, hic *intranſitive* putant accipiendum eſſe, ut vertendum ſit: *oculi ejus occultant ſe*, aut *deliteſcunt*, *miſero*, ſ. *in miſerum*, ſcil. proſpiciendo, i. e. miſerum inſidioſe obſervant. Eadem SCHNURRERI eſt ſententia, qui ita de hoc verbo diſſerit: „Eodem prorſus modo [i. e. *reciproce*], verbum hoc uſurpatum cernitur Prov. I, 11. [נִצְפְּנָה *occultemus nos*] 18., niſi quod his locis oculorum mentio non facta. Et poſſit omnino mirum videri, quod ad *oculos* maxime hic referatur occultatio, cum tamen haud magis, quam reliquae corporis partes occultari debeant. Enim vero, ut monuit I. A. ERNESTI in *Opuſcc. Philologg. et Critt.* p. 173. Hebraeorum mos eſt, homines exprimere per partes corporis, quarum qualiscunque ſit conjunctio cum re ea, quae illis tribuitur; idque dum faciunt, nihil de iſtis partibus cogitant, ſed totam perſonam animo contuen-

tuentur. Unde conſequitur, hanc loquendi formam non aliter accipiendum eſſe, ac ſi breviter et ſimpliciter dictum foret יִצְפֹּנוּ." Quae interpretandi ratio non multum differt ab ea, quam primo loco poſuimus, Aben-Eſrae ſententia. — II) IO. GUIL. SCHROEDERUS in *Commentar.* p. 190. verbo צָפַן tribuit ſignificationem *compingendi*, quam cum ALB. SCHULTENSIO in *Commentar. ad Proverb.* p. 12., neſcio quibus anfractibus, ab Arabico ضفن *illiſit, impegit, impingendo aliquid percuſſit*, derivat. Hinc noſtro loco צָפַן *inſidias compingere* deſignare ait, i. e. apte undique componere, et, coagmentatis quaſi artibus firmiter inſtruere, et in abditum abſtrudere; ut verba noſtra ita ſint vertenda: *oculi ejus in aterrimum, calamitoſiſſimum, inſidias compingunt.* Senſus haud ineptus; modo argumentis gravioribus probari poſſit, ineſſe verbo צָפַן iſtam ſignificationem. — Quum Alexandrinus interpres pro יִצְפֹּנוּ ἀποβλέπουσι, *reſpiciunt*, poſuerit, cum quo conſentit Syrus ܚܝܪܝܢ reddens; DRUSIUS in *Commentat.* in hunc Pſalmum (in *Criticor. Sacror. Supplemm.* T. II. p. 1346.) illum יִצְפּוּ in ſuo codice reperiſſe ſuſpicatus eſt. In eandem conjecturam incidit KOEHLERUS. Sed recte illi oppoſuit SCHNURRERUS: „Cum neuter [neque Alexandrinus, neque Syrus] quod hoc noſtro loco poſuit, verbum adhibuerit in reliquis locis ad exprimendum צָפָה (vid. Pſ. V, 4. XXXVII, 33. LXVI, 7.); utriusque vertendi ratio non tam ex lectionis diverſitate derivanda eſſe videtur, quam potius ex eo, quod ſenſum quam verba exprimere maluerit. Praeterea recepta lectio firmatur auctoritate Chaldaicae verſionis: *oculi illius in miſerum* יִטְשׁוּן *deliteſcunt*: altera vero, יִצְפּוּ, adeo facilis eſt, expedita atque obvia, ut probabilis ratio intelligi non poſſit, cur in illam, יִצְפֹּנוּ, minus certe obviam atque perſpicuam, transmutata fuerit."

9. Altera imago (cf. not. ad init. Vs. 8.) exhibetur, quae ſceleratorum hominum ſaevitiam et crudelitatem tanto

melius

melius repraeſentat, quanto leo quovis homine truculentior eſt. יֶאֱרֹב בַּמִּסְתָּר כְּאַרְיֵה בְסֻכֹּה *Inſidiatur in occulto ut leo in luſtro.* „Vocabulum סֹךְ *de luſtro* leonis uſurpatur etiam Ierem. XXV, 38. et Iob. XXXVIII, 40. Ortum eſt nomen a verbo סָכַךְ Arab شَكَّ, quod ſignificat proprie *rem rei inſerere.* Scholiaſtes ad Carmen Caabi Vs. 55. أصل الشكّ ادّخال الشي في الشي *propria ſignificatio verbi* סכך *eſt, rem rei inſerere* (vid. Caab ben Zoheir Carmen edit. a GER. IO. LETTE Lugd. Batav. 1748. p. 43. et 161.); unde סֹךְ proprie *tugurium* eſt ex confertis frondibus factum, diciturque de luſtro leonis, quoniam leo, ubicunque degat, luſtrum habet vel in antro, vel in vepretis, vel in denſis arboribus, ubi latet interdiu, tanquam in inſidiis. Vid. Bocharti Hieroz. P. I. L. III. Cap. II. (Tom. II. p. 38. edit. Lipſ.).“ SCHNURRERUS. — יֶאֱרֹב לַחֲטוֹף עָנִי *Inſidiatur, ut rapiat miſerum.* „Verbi חָטַף, in hebraicis libris rarius obvii, ſignificatio *rapuit,* certiſſime conſtat tum ex lingua Chaldaica atque Syriaca, tum ex uſu verbi خطف apud Arabes, quibus Participium الخاطف, *rapax,* abſolute poſitum, *lupum* deſignat, ut ex Camuſo docet SCHULTENSIUS *ad Proverb XXIII,* 28.“ SCHNURRERUS. — יַחְטֹף עָנִי בְּמָשְׁכוֹ *Rapit miſerum, in rete ſuum eum trahendo.* Ambiguum eſt, quo referendum ſit affixum ו in בְּמָשְׁכוֹ. Poteſt I) ad עָנִי, *humilem,* ſive *pauperem,* reſpicere, ut ſic vertendum ſit: *dum trahit eum,* humilem, *in rete ſuum,* ſive, *reti ſuo.* Ita IUNIUS: *inſidiatur ad rapiendum, rapturus pauperem afflictum, trahendo eum in rete ſuum.* Sed poteſt quoque idem affixum ו II) ad *improbum* applicari, *dum trahit ipſe,* improbus, בְּמָשְׁכוֹ, quo modo praefixum ב in במשכו rem duntaxat, quam improbus trahat, ſignificat, hoc adſpectu: *dum trahit,* attrahit, *ipſe rete ſuum.* Eam interpretandi rationem e veteribus inivit Syrus, qui tamen

men verba יַחְטֹף עָנִי praetermisit: ܘܟܡܐܢ ܠܡܚܛܦܗ ܠܡܣܟܢܐ ܒܡܓܕ ܡܨܝܕܬܗ *et insidiatur ad rapiendum pauperem tractu retis sui.* E recentioribus COCCEIUS hoc modo: *inopem rapit quando attrahit rete suum.* „Quae interpretatio," Schroederus monet, „in constructione quidem nil habet impediti et insoliti, cum ita מָשַׁךְ בְּקֶשֶׁת occurrat pro *attrahere arcum.* In conjunctione autem cum חָטַף eo minus efficit convenientiae et concinnitatis, quo plus inter se distant et longius diversa sunt, tam re ipsa, quam natura illius verbi, *attrahere rete*, atque *rapere*, violenter prehensum abripere et raptare." Retinenda igitur prior ratio erit. Sed alia est difficultas. *Rete* enim parum cum *leonis* adhibita imagine congruit. Non potest idem et leonis similitudinem habere, et simul rete tractare. Hinc quidam interpretes novam hic textui imaginem, ab homine quodam venatore, aucupe, aut piscatore sumtam, assignarunt. Ita GEIERUS novam statuit hic latere comparationem cum aucupe vel piscatore. Verum sententiarum concinnitas, ut scite Schroederus monet, vehementer imminueretur, si brevis hicce sermo ab acerrima *leonis* imagine jam ex abrupto ad diversam multoque remissiorem *aucupis*, aut *piscatoris* reti capientis delaberetur. Movit hoc Schnurrerum, ut integrum hemistichium ad Versum sequentem referret, quo nova similitudo instituta sit, ut qui modo cum leone comparatus esset, idem nunc *venatoris* personam teneat. MUNTINGHE, vocabulo בְּרִשְׁתּוֹ ad Versum sequentem relato, verba יַחְטֹף עָנִי בְּמָשְׁכוֹ sic vertit: *rapit miserum firmiter eum tenendo*, i. e. et firmiter eum tenet, מָשַׁךְ collato cum Arabum مَسَكَ, *tenuit apprehensum, retinuit.* IACOBI in Not. ad version. vernacul. רֶשֶׁת hic *praedam* interpretari mallet, quasi Infinitivus esset a verbo יָרַשׁ *haereditate quidquam consequi, possidere* (ut Genes. XV, 7. לְרִשְׁתָּהּ). Enimvero etiamsi concesseris, רֶשֶׁת

prae-

praedam hic verti poſſe, quod linguae uſus vix permittat, tamen verborum hebraeorum interpretatio haec procudi plane nequit: *und ſchleppt, wenn dies gelingt, ihn fort als ſeinen Raub.* Mihi neque neceſſe videtur, harum vocum aliquam inſueta ſignificatione accipere, neque commata aliter dividere, ſi SCHROEDERUM ſequamur, cujus explicationem eo magis integram exhibendam puto, quo minus eam ab interpretibus poſt ipſum perpenſam video. „Obſervandum eſt," inquit, „*leonem* hic ut *inſidiatorem* et *venatorem* animalium proponi, eique propterea, grandiori ſtylo, commode רֶשֶׁת, *rete*, in inſidiis expanſum dari, poſt quod venator lateat, per quod capiat, et in quod concludat feras. Iſtud equidem רֶשֶׁת non de *aucupibus* modo, aut *piſcatoribus*, ſed etiam de *ferarum venatoribus* uſurpari, notum eſt, ut Pſ. XXXV, 7. LVII, 7. Sed preſſius et pereleganter *rete*, hac in ſerie, ad *leonis venatoris luſtrum* ſe applicat, per quod, tanquam *rete*, ad venandum comparatum, reconditum et expanſum veluti, feris eo delapſuris inſidietur, et in quod eas ad ineluctabilem perniciem concludat. Ita commodus prodit ſenſus phraſeos *trahere in rete*, ad leonem adhibitae, qui, ut venator, *inſidiatur* בְּסֻכֹּה in *luſtro perplexo ſuo*, jam בְּרִשְׁתּוֹ in illud *rete ſuum trahat*, violenter auferat, et abripiat, capturam."

10. וְדָכָה יָשֹׁחַ *Comminutus occumbit.* Prius vocabulum Maſorethae in margine יִדְכֶּה, *Futurum Conjugationis Cal*, legendum praecipiunt, quod communi interpretes conſenſu ſequuti ſunt. At lectio, quae in textu, ſcite admonente SCHROEDERO, nulla omnino correctione eget, ad puram linguae analogiam formata. „Exhibet *Participium Praeſens* in *Cal*, a דָּכָה, cum ו praepoſito, quod Participium non tantum per דֹּכֶה, quae conſuetior eſt forma, ſed etiam per דָּכֶה, raptiore pronuntiatione, efferri potuit. Ita enim in formis participialibus pro פָּעוּל brevius etiam פָּעֻל, et pro פָּעִיל pariter פָּעִל Hebraeos dixiſſe conſtat; quod nomina כְּרוּב, כְּסִיל, אֱוִיל, cum talibus

bus quam plurimis, origine Participiis, comprobant. Sed ſpeciatim quoque eam, quae in noſtra voce adeſt, formam obtinuiſſe, oſtendit gemellum ejus exemplum in שְׁלֵיו, *tranquillus*, pinguius cum *Jod* ſcriptum, Ierem. XLIX, 31. pro quo alias שָׁלֵו percrebuit. Addatur זְעֵיר, *parum, exiguum,* Iob. XXXVI, 2. et alibi." SCHNURRERUS vero quod in textu exſtat וְדָכָה efferendum cenſet, alterum autem, in margine, יִדְכֶּה, forſan, יִדַּכֶּה, *Hithpael.* Sed inquirendum eſt in ſenſum horum verborum, de quo interpretes in *duas* maxime partes diſcedunt. 1) Plerique totum Verſum ad *improbum inſidias molientem* pertinere autumant, ſed ita, ut varii varias vias ineant. Poſſunt autem hi etiam in *duas* potiſſimum claſſes distribui, quarum *unam* conſtituunt illi, qui in vocum conjunctione textum Maſorethicum ſequuntur, *alteram*, qui dictiones diverſa ratione conjungunt. 1) Ut ab his incipiamus, α) primus hic Alexandrinus eſt nominandus, qui verbum ודכה ab hoc Verſu divulſum et cum praecedente בְּרִשְׁתּוֹ conjunctum *transitive* ſumſit, atque ſic vertit: ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ ταπεινώσει αὐτόν· quod Vulgatus ſequitur: *in laqueo ſuo* captum *humiliabit eum,* allidet ad terram, aut atteret eum. — β) MUNTINGHE יִדְכֶּה pronunciat, pro יְדַכֵּהוּ ex ſua ſententia poſitum, idque cum בְּרִשְׁתּוֹ conjungit, quod Infinitivum verbi יָרַשׁ eſſe putat, cui notionem Arabici ورش tribuit, *concupivit, avidus fuit;* verbum דָּכָה autem uſitata Arabibus *tundendo comminuendi* ſignificatione ſumit, adeoque integram dictionem בְּרִשְׁתּוֹ יִדְכֶּה ita vertit: *avide eum comminuit, (gierig zermalmt er ihn).* — γ) Ultimam praecedentis commatis vocem, בְּרִשְׁתּוֹ, cum prima hujus Verſus: ידכה, conjungit quidem etiam RUPERTI, ſed ita, ut בְּרִשְׁתּוֹ in *poſſidendo eum* vertat, quaſi Infinitivus verbi יָרַשׁ, *poſſidere, occupare,* eſſet; pro ידכה vero mallet יִדְכָּה efferre, quod Futurum Conjug. *Cal* verbi דָּכַךְ, *contudit, contrivit, calcavit,* collato Arabico دَكَّ, cum luſ-

ſuffixo tertiae perſonae maſculini generis exiſtimat, ה pro ו, Armaeo ſcribendi more, qui tamen nec Hebraeis inuſitatus eſt. Unde hanc procudit verſionem: *eo* (miſero, humili) *potitus* improbus, *ipſum proculcat* (*hat er ihn in ſeiner Gewalt; ſo ſtöſst er ihn dahin*). Merae conjecturae, ingenioſe inventae quidem atque exornatae, ſed fundamento omni deſtitutae! Qui vero 2) Verſuum diviſionem receptam retinent, in conſtituendo ſenſu maximam partem ſequuntur Chaldaeum, qui hanc praeivit interpretationem: יִדַּכְּדַךְ וִישׁוּחַ *conterit ſe et deprimit ſe*, ut pauper in inſidias ejus cadat. Verbum דָּכָה *conterere, imminuere*, intranſitive intelligit de inſidiatore, ſive homine, ſive leone, qui corpus ſuum deprimat, et proſternat. Sic IARCHI: כן דרך האורב שמרכה ומשפיל ומקטין עצמו כדי שלא יהא ניכר *Ita mos eſt inſidiatoris, ut atterat et humiliet, et parvum reddat ſe ipſum, ne agnoſcatur.* Eandem interpretandi rationem, ut multos alios taceam, ſequitur SCHNURRERUS: „Verbum וְדָכָה, ſeu יִדְכֶּה, forte יִדַּכֶּה Hitphael, quid ſignificet, ex ipſa ſerie atque ordine orationis haud difficulter intelligitur. Scilicet *comminuitur* nihil hic aliud eſſe poteſt, quam *colligit ſe contrahitque*, ut deliteſcat: quod fere facere ſolent, ut conſtat, qui feris avibusque inſidiantur.“ יָשֹׁחַ autem *procumbit* vertit, maxime ex auctoritate Iob. XXXVIII, 39. *Num tu venaberis leaenae praedam? num appetitum catulorum implebis, quando* יָשֹׁחוּ procumbunt *in luſtris, ſedent in tugurio ad inſidiandum?* Ita totius imaginis haec erit ratio, quam VATABLI verbis exhibeo: „Leo praedam invaſurus incurvat ſeſe, et humilem facit, ut potentius inſiliat in praedam; ſic interdum dejectionem animi ſimulat improbus, ut commodius pauperem opprimat et evertat; ſimulat ſe eſſe debilem et nullarum virium.“ Verum enimvero huic interpretationi quo minus adſtipuler, me impedit, quod in iis, quae proxime praeceſſerunt, leo repraeſentatus fuerit ut praedam abripiens; quamobrem inconcinne et perturbate eidem nunc demum inſi-

infidiari, atque faltum in eam moliri fubjungeretur. Rectius itaque verba וְדָכָה יָשֹׁחַ contraria ratione II) ad *pauperem, miferum,* infidiatoris praedam, referuntur; atque ita quidem, ut, praeeunte SCHROEDERO, דָכָה, *Participium,* ut jam fuperius obfervatum eft, *comminutus* vertatur, יָשֹׁחַ autem ope Arabici ساخ five ثاخ explicetur, quae verba de iis rebus ufurpantur, quae *fidunt, fubfidunt.* Ita in poemate quodam Anthologiae Hudeiliticae de duobus fratribus nobiliffimis occifis dicitur, periiffe

كالطود ساخ بأصله المدفون

Inftar montis, qui fubfidat una cum radice fua obruta, ad quod Scholiaftes: ساخ ذهب في الارض باصله فلم يبق له اثر *Verbum* שוח *hic fignificat: abiit in terram cum radice fua, ita ut ne veftigium quidem ejus remaneat.* Qua eadem notione in codice Hebraeo occurrit Habac. III. 6. *Diffringuntur montes aeterni,* שַׁחוּ *fubfidunt colles prifci.* Itaque haec verba fic vertenda erunt, *comminutus fidit (zermalmt fällt er zu Boden!),* ut pauper, five mifer, comparetur cadaveri immanibus leonis dentibus comminuto, quod ex terribili et cruento ejus rictu nunc fidat et humum feratur. Ad *miferum* quidem haec verba etiam HENSLERUS refert, fed ita, ut יִדְכֶּה, in *Niphal,* pronunciet, i. e. *conteritur,* idque explicet de pede in decipula ferrea capto et concuffo; fequens יָשֹׁחַ autem *incurvat fe prolapfus* vertat. Quae interpretatio tamen duplici premitur incommodo: primo, quod iftiusmodi decipulas ferreas, quibus pedes franguntur, apud Hebraeos in ufu fuiffe, incertum eft; tum, quod verbum prius, ידכה ad folum pedem, pofterius autem ad totum hominem refertur, quod duriufculum eft. — Nec minor diffenfus eft in pofterioris hemiftichii, וְנָפַל בַּעֲצוּמָיו חֵלְכָּאִים, fenfu conftituendo. Difficultatem maxime creat nomen עֲצוּמִים proprie *validi robufti,*

bufti, fed quibus I) multi *leonis* praedatoris *valida membra,* dentes et ungues potiffimum intelligunt. Quod fi fumas, trifariam verba explicari poffunt. 1) *Cadit membris fuis robuftis in inopes,* ut נָפַל, *cadere,* pofitum fit pro irruere in aliquem, de leone praedam pedibus et unguibus fuis adoriente. Sed habuimus modo leonem, qui jam *raptaverit* et dentibus *comminuerit* praedam. Paulo aptius quidem alterum: 2) *cadit in robora ejus coetus attritorum,* ut cadere dicatur rapina in ungues leonis captantis, i. e. derepente ab eo comprehendi. Neque hoc tamen cum ferie illa bene cohaeret. — Idem valet de tertia interpretandi ratione: 4) *cadit per robora ejus pauper quisque,* quo modo *cadere* eft violento ictu *fterni* et *trucidari.* Id ipfum enim jam multo gravius verbo דָּכָה, *comminutus* leonis dentibus, expreffum. Quod etiam RUPERTI interpretationi obftat, qui עֲצוּם ut fubftantivum, *fortitudinem* vertens, fenfum exhibet hunc: *incurvat fe* infidiando (יָשֹׁחַ), *tum totis viribus in eum irruit.* Alii, II veluti SCHULZIUS, KNAPPIUS, SCHNURRERUS, nomen עֲצוּם *vinculi, decipulae* notione fumunt, quam Arabum عِصَامٌ obtinet; ut fic vertendum fit: *incidit in laqueos eorum multitudo calamitoforum.* Verum, ut taceam, עֲצוּם nusquam alias in Hebraeo codice illa fignificatione occurrere, neque hic fenfus hemiftichio praecedenti, quo leo praedam comminuiffe jam dicebatur, bene convenit; nifi cum Schnurrero, recepta Verfuum divifione repudiata, verbis יַחְטֹף עָנִי novum Verfum incipias, novam fimilitudinem inftituentem (cf. not. ad Vs. praeced.); aut Hensleri interpretationem fequaris (vid. fupra). — III) Quum DSJEUHARIUS Arabicum عَصُومٌ five عَيْصُومٌ interpretetur أَكُولٌ *vorax, gluto, gulofus;* MUNTINGHIUS in hanc incidit cogitationem, annon Hebraeum עֲצוּם *fauces* h. l. verti poffit? Neque tamen ipfe huic fententiae multum tribuit. IV) Re-

Rectum et hic a SCHROEDERO vifum puto. Retinet is ufitatam vocis עֲצוּמִים fignificationem, dum עֲצוּמָיו *validos ejus* vertit, fcilicet *leonis* praedatoris, fub quibus *leunculos, catulos ejus* intelligit, in quorum ungues et rictus praeda incidat. Verbum נָפַל enim, ope praefixi ב, cum nomine יַד aut alio fubjecto conjunctum, femper fignificat, *cadere*, pervenire, *in alicujus rei* aut *perfonae poteftatem*, ut jam e phrafi frequentiffime occurrente נָפַל בְּיָדוֹ cognofcitur. Pingitur itaque leonis praeda, ab ipfo in luftro fuo comminuta, et ex ore ejus fidens, in circumfufos ei leunculos cadere, unguibus rictuque ab ipfis ftatim excipienda et devoranda. Qua imagine apte praedonis feriffimi focii adumbrantur, pari, qua ille, crudelitate mifero, tanquam praedae, inhiantes. — Reftat vero difficultas in ultima hujus Verfus dictione, חֵלְכָּאִים, quae in codicibus duplici modo exhibetur. I) Maforethae in margine literis in duas voces divifis legendum praecipiunt: חֵל כָּאִים, atque in textu fic fcriptum reperitur in tribus Kennicotti et duobus Roffi codicibus, neque non in Neapolitana Hagiographorum editione. Varie autem illud explicari poteft. 1) Hebraeorum plerique חֵל pro חֵיל, *exercitus, turba* pofitum putant, כָּאִים vero *attritos* interpretantur, ut vertendum fit: *exercitus attritorum, miferorum turba.* 2) I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 1196. fimiliter חֵל *exercitum* vertit, fed כָּאִים a radice كَأَّ et كَيِأَ *triftis, pufillanimis fuit*, interpretari mallet *exercitus* five *fefforum*, in deferto aquae inopia ac fiti enectorum, five *moeftorum*, defperantium. 3) RUPERTI vocalibus mutatis חָל effert, quod perfonam tertiam Praeteriti Cal verbi חָלַל, *perforavit, vulneravit, interfecit* effe dicit; כָּאִים vero cum Michaele *moeftos, pufillanimes* vertit, ut haec integrae dictionis interpretatio prodeat: *necat pufillanimes* (*er würgt die Schwachen*). Addit tamen hanc conjecturam, poetam fortaffe הָלַךְ אָיִם fcripfiffe, quod interpretatur: *perit, perditur, or-*

bus

bus (collato Arabico أَيِّم, quo omnis omnino miſer auxilio deſtitutus ſit intelligendus, ut infra Vs. 14. ſub יְתוֹם. — Quod autem II) in textu plerorumque codicum ſcriptorum et editorum exſtat חֵלְכָּאִים, 1) Maſora magna ad Geneſ. XXX, 11. habet אחת מחמש עשר׳ תיבות הכתובות תיבה אחת ונקראות שתי תיבות *pro una ex quindecim illis dictionibus, quae una quidem voce ſcriptae, ſed diviſis vocibus legendae ſunt,* ut בָּגָד pro בָּא גָד Gen. XXX, 11.; אֵשְׁדָּת pro אֵשׁ דָּת Deuter. XXXIII, 1.; מַלָּכֶם pro מָה לָּכֶם Ieſai. III, 15. Qui hoc ſequuntur ex Hebraeis, eodem modo interpretantur, quem ſupra I) 1) attulimus. 2) MUNTINGHIO חֵלְכָאה (quomodo hic legendum eſſe arbitratur pro חֵלְכָּאִים) eſt quadriliterum ex חלך *niger fuit,* et כאה *contuſus eſt* (coll. Arab. كَأَ, كَبِيَ, كَهَا) compoſitum, *imbecillem, infirmum,* ſignificans. 3) Ego cum Schroedero חֵלְכָּאִים ſignificatione non diverſum credo a חֵלְכָה ſupra Vs. 8. pro חֵלְכָא ibi poſitum, cf. not. ad eum locum. Quod autem ita nomen plurale cum verbo ſingulari maſculino נָפַל conjungitur, in eo nemo offendet, quum eadem loquendi forma non ſolum apud Arabes ſit frequentiſſima, verum Hebraeis etiam ſatis uſitata. Ita Pſ. LXXIV, 6. *Tunc* עָבַר *transivit ſuper animas noſtras* הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים *aquae tumentes.* Ierem. XV, 16. וַיְהִי דְבָרֶיךָ *et fuit,* fuerunt, *verba tua.* Cf. 1 Sam. I, 2. Exod. XXXI, 14. Deuteron. V, 7. Integrum hemiſtichium itaque ſic vertendum erit: *atque ita cadit in validos ejus calamitoſiſſimorum multitudo.* — 4) Singularis eſt HENSLERI cogitatio in *Obſervatt.* ad h. l. theodiſce ſcriptis, p. 15., חֵלְכָּאִים pro nomine ſubſtantivo, a חֵלְכָה orto, habentis, quemadmodum רֵעִים Pſ. LXXVIII, 49. Exiſtimat vero pluralem ſive abſolute poſitum, ut interjectionis vim obtineat: *o infortunium!* ſive praefixum ב ſubaudiendum, totumque hemiſtichium ſic reddendum; *cadit in vinculum ejus, in perniciem,* i. e. in pernicioſiſſimos ejus

ejus laqueos. Sed idem fere poeta jam in pofteriore Verfus praecedentis hemiftichio expreſſerat.

11. Hunc Verfum I) quidam ad *miferos*, five *calamitofos* referunt, qui fecum cogitent, Deum ipforum oblitum eſſe, nullam plane ipforum rationem habere. Sed quum in oratione praecedente de *improbo* tantum fermo fuerit, eum fubito ad miferum tranfire, durius videtur. Hinc alii phrafes applicant II) ad improbum, qui tolerare Deum, et permittere fcelera fua, vindicandi folum animum, non facultatem, habere, fibi perfuadeat. — Rectius, meo fenfu, SCHROEDERUS III) hunc locum nec ad *fcelera improbi*, nec ad *oppreffos* reftringit, fed generaliter quaecunque modo expofita fuerunt, facta refpicere cenfet, tum *vexationes* et *crudelitates improbi*, tum praefertim, quas innocentes fubierunt, *afflictiones* et *miferias*, quarum omnium nullam rationem Deum habere, oppreſſor ifte fecum cogitat. שָׁכַח אֵל *Obliviſcitur Deus* miferiarum, nullam earum curam gerit, atque ex earum neglectu vindicationem intermittit, quomodo verbum illud non folum de iis ufurpatur, quae *auxilium* requirunt, ut Pf. XIII, 2. XLIV, 25. Deut. XXXI, 18., fed etiam de iis, quae *punitionem*, ut Pf. LXXIV, 23. — הִסְתִּיר פָּנָיו *Obvelavit*, velo condidit, *faciem fuam*, oppreſſionum vindicationem omnino detrectavit. — בַּל־רָאָה לָנֶצַח *Non vidit ad perpetuitatem*, nunquam accidit, ut illas curet atque vindicet. רָאָה hic eft *adfpicere cum vindicandi confilio*, ut Exod. III, 9. 2 Reg. XIV, 26. Pf. 9, 14.

12. קוּמָה יְהוָֹה *Surge Iova.* Verbum קוּם fpeciatim *ufu militari* increbuit, quo *furgere* dicuntur bellatores et infefti aggreſſores, quum ad aliquem invadendum et opprimendum cum impetu fe accingunt, ut 2 Reg. XVI, 7. Iud. IX, 17. Pf. XVIII, 40. Infigniter vero ita de *propugnatore* et *vindice* ufurpatur, ad defenfandos oppreſſos et propulfantes invafores animofe ac ftrenue fe parante, ut Iud. V, 7. Eodem ufu Arabum قَامَ, *ftare*, *furgere*,

frequentatur, ut in Schultenſii Excerptt. Hamaſae p. 306.

انا لغام بنصري معشر خشن

Tunc profecto ſurrexiſſet in auxilium meum coetus aſper.

Haec SCHROEDERUS. — Pro אֵל KOEHLERUS אֵלִי reponendum cenſet, quod ſuffragiis Alexandrini, Syri, Vulgati, Arabis, Aquilae et Symmachi ſit munitum. „Sed de Alexandrini certe lectione," inquit SCHNURRERUS, „juſta eſſe poteſt dubitatio. Nam in Alexandrino quidem codice legitur *κύριε, ὁ Θεός μου*, conſentiente verſione Arabica polyglotta, ſed in Vaticano libro deeſt *μου*, et Vulgatus habet: *exſurge Domine Deus.* Nobis omnino videtur pronomen ab interpretibus illis ex ingenio additum fuiſſe: neque enim ut Deum ſibi propitium, ſed ut talem, qui vere Deus ſit, Iehova ſeſe demonſtret, precatur auctor carminis." — נְשָׂא יָדֶךָ *Tolle manum tuam.* Loquendi formula, ex Schnurreri ſententia, ab eo deſumta, qui poſtquam otio indulſit, manibus in gremio repoſitis, ſurgit tandem, manumque ſublatam operi faciendo admovet. Ego potius, cum Schroedero, continuata, quae in praecedente קוּמָה latet, figura, Deum implorari putem, ut inſtar fortiſſimi bellatoris et herois magno robuſtiſſimae manus niſu graves ictus incutere moliatur, atque ſic vim vi perdomet, improbi brachium confracturus, ut Vs. 15. dicitur. — אַל־תִּשְׁכַּח עֲנָוִים, *Ne obliviſcaris humilium,* oppoſitum eſſe illi impiae improbi Verſu praeced. perſuaſioni, שָׁכַח אֵל, *oblitum eſſe Deum*, incurium plane eſſe vexationum et oppreſſorum, recte interpretes obſervant. De עֲנָוִים, quod Maſorethae עֲנִיִּים legendum jubent, cf. not. ſupra ad IX, 13.

13. עַל־מֶה נִאֵץ רָשָׁע אֱלֹהִים *Quare improbus ſpernit Deum?* Hoc videtur cum iis, quae anteceſſerunt, ita connectendum eſſe: *exſurge* etc. *nec obliviſcaris pauperum; propter quid* aliud enim *ſpernit*, ſusque deque habet

bet *te improbus*, cogitatque fecum, te non inquifiturum in fcelera, nifi quia videt, impunos effe fceleratos, teque oppresforum oblivifci? אָמַר בְּלִבּוֹ לֹא תִדְרֹשׁ quare *dicit in corde fuo: non requires?* Obfervanda hic perfonae commutatio, qua in *fecunda* ponitur, *non* תִּדְרֹשׁ *requires*, tu, Deus, quum tamen improbus Deum non alloquatur, ac proinde in tertia, ut Vs. 11. שָׁכַח *oblitus eft*, dici debeat, *non* יִדְרֹשׁ. Hinc Alexandrinus, ac fi ita legiffet, *οὐ ζητήσει* pofuit. „Verum facile patet, non *directe* improbum induci, fed accommodato verbo דָּרַשׁ ad *Pfaltis*, Deum compellantis, *perfonam; dicit* improbus *in corde fuo: tu* ipfe, o Deus, cujus numen ille fpernit, *non requires*, f. te non requifiturum effe, qui inflexus et ad Deum directus fermo majoris vis et efficaciae ergo adhibitus apparet. Interponunt hic nonnulli כִּי, *quod; dicit* quod *non requires*, non male quidem, fed quo tamen non opus eft, fi modo ad compellantis Deum perfonam attendatur. Similiter Hof. VII, 2. extat: *Ne dicant in corde fuo: omnis* רָעָתָם זָכַרְתִּי *mali eorum recordatus fum*, pro רָעָתֵנוּ זָכַר *mali noftri recordatus eft.* Conf. Pf. L, 21.“ SCHROEDERUS.

14. רָאִתָה *Vidifti!* „Oppofitum hoc eft protervae impiorum opinioni Verfu 11., Deum nil quidquam eorum videre, quae ipfi ad alios vexandos opprimendosque moliantur. Affirmat itaque carminis auctor, certiffime haec omnia cognoviffe Deum, ut qui univerfe obfervet diligentiffime, quidquid moleftiae atque noxae homini inferatur: poenas quidem delictorum nonnumquam differri, fed delicta ipfa tanta cum cura notari a Deo, ut non poffint non fubinde in memoriam ipfius redire.“ SCHNURRERUS. כִּי־אַתָּה עָמָל וָכַעַס תַּבִּיט *Nam tu vexationem et moleftiam contueri foles*, ut idem ille interpres doctiffimus vertit; לָתֵת בְּיָדֶךָ *dare, f. ad dandum in manum tuam*, in quorum verborum explicatione interpretes disfentiunt. 1) Veteres hanc dictionem *in poteftatem tradendi* notione

acceperunt, qua faepius occurrit. Alexandrinus enim pofuit: *τοῦ παραδοῦναι αὐτοὺς εἰς χεῖρας σου*, quod fic inflexit Arabs: لِيُسْلَمَ فِي يَدَيْكَ *ut tradatur in manus tuas.* Syrus: ܚܳܐܰܪ ܐܢܬ ܠܡܫܠܡܘ ܒܐܝ̈ܕܝܟ, *profpicis, ut tradatur in manus tuas.* Quod quam incommodum fit, quisque fentiet ipfe, quum Deum ita *tradere aliquem in manus proprias*, dici non conveniat. 2) Ex recentioribus bene multi תת *dare*, pro *retribuere* fcelerum *poenas*, aut *ultionem*, acceperunt, ex ufu illo, quo *Deus dare alicui* dicitur *fecundum facta* ipfius. Praeivit Aben-Efra, qui vero בְּיָדֶךָ, ut feparatam faceret locutionem, inverfo verborum ordine, praemittendum autumavit, quum dedit: בידך לתת לו גמול בכל עת שתרצה *in manu tua* fcil. eft, *dare ei retributionem, omni tempore quo volueris;* quod certe longius a textu deflectit. Neque vero, ut recte Schroederus monet, ufus ille verbi נָתַן *retribuendi,* hic aptam efficit conftructionem cum עָמָל וָכַעַס, *moleftia ac vexatione*, quas illatas Deus non commode, directa ftructura, diceretur *dare*, pro *retribuere earum poenam aut vindictam;* eoque minus, quod non expreffus fit is, cui haec retribuenda foret. 3) „Rectius ex GEIERO docet Schroederus, fenfum formulae repetendum effe ex loco Jefaj. XLIX, 26. *ecce palmis te meis infculpfi.* Non quod de *pugillaribus* hic cogitandum fit, manui impofitis, ut Schroedero videtur, nam qui in tabulas manui impofitas aliquid refert, dici profecto non poteft, in manu fua illud notaffe. Sed eft loquendi hic modus ab illo defumtus, qui ut certus effe poffit de rei cujusdam memoria confervanda, notam manui inprimit, quae non poteft non rem ipfam perpetuo in animum ipfius revocare." SCHNURRERUS. — חֵלְכָה יַעֲזֹב עָלֶיךָ *Super te relinquit calamitofus*, fubaudi cum eodem Schnurrero Accufativum ואת, ut fenfus fit, miferum cum vexationes, quibus obnoxius fit, tum

tum res ſuas univerſas tuto committere Deo et poſſe et debere. Similis verbi עָזַב cum particula עַל ſtructura exſtat Iob. XXXIX, 11. Eundem ſenſum expreſſit Chaldaeus interpres: עֲלָךְ יִסְבְּרוּן עֲנְוָךְ *in te ſperabunt pauperes tui.* — יָתוֹם אַתְּה הֲוֵית עוֹזֵר *Pupillum tu fuiſti adiuvans.* Sed יָתוֹם exprimit *quemvis neglectiſſimum* et injuriis maxime expoſitum, ſimulque *proſpiciendi facultate carentem*, ut Iob. VI, 27. XXII, 9. Thren. V, 3. Convenit propria ejus vocis ſignificatio, apud Arabes ſervata, quam Tebrizi ad Hamaſam notavit: اليتم الغفلة ومنه سمي ليتيم يتيما لانه مغفول عنه *Vox* יתם neglectionem *notat; et inde* pupillus *dictus* יתים, *quod negligi ſolet.*

15. שְׁבֹר זְרוֹעַ רָשָׁע *Frange brachium improbi,* violentam ejus potentiam reprime. וָרָע תִּדְרוֹשׁ־רִשְׁעוֹ בַּל תִּמְצָא *Et ad malum* quod attinet; ſi *inveſtigabis improbitatem* ejus, *non invenias*, ſi tu ipſe Deus accuratiſſime inveſtigabis illius violentiam, ut eam vindices, non reperias eam quippe quae ita perdomita, penitus deleta, et e rerum quaſi natura abolita ſit, ut nusquam ab illo amplius exerceri, nec adeo ea a te penitiſſime perquirente ullo loco inveniri queat. Sollennis enim Hebraeis haec loquendi formula, qua *perquiri*, *nec inveniri* dicuntur illa, quae derepente excisa et deleta ita disparent, ut nec vola, nec veſtigium inveniri queat. Vid. Pſ. XXXVII, 35. 36. Iob. III, 4. XX, 7. 8. 9. SCHNURRERUS, neglecta Maſoretharum distinctione, וָרָע ad prius hemiſtichium refert, ita tamen, ut וְרֹעַ efferat, quod eſt Imperativus verbi רָעַע *concutere,* eam maxime ob cauſam, quod, qui carminis argumentum eſt, tyrannus, ſatis conſtanter nonniſi nomine רָשָׁע ſolet deſignari. Unde haec totius Verſus interpretatio prodit: *frange vim improborum et comminue; ſi ipſe adeo quaeſiveris improbos, haud reperias.* Legit enim in hemiſtichio poſteriori cum HARIO תִּדְרוֹשׁ רָשָׁע

רָשָׁע נָבָל תִּמְצָא, propterea quod plus ponderis habeat atque dignitatis, si improbus ipse, quam si vis illius ac libido nocendi tolli a Deo penitusque deleri dicatur.

16. יְהוָה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד *Iova rex erit perpetuo.* „Non hic sermo est de summo illo Dei imperio, quo res universe omnes moderatur atque gubernat, sed innuitur ipsius singularis illa cum Israelitis conjunctio, qua effectum est, ut et ipsi praecipua quadam ratione Iovae, tanquam regi suo subessent, et ditio, quam tenerent, *terra Iovae sacra* et propria audiret, Levit. XXV, 13.“ SCHNURRER. אָבְדוּ גוֹיִם מֵאַרְצוֹ] „Verbum אָבַד propriam vim habet *abeundi, aufugiendi* ex conspectu, cum *perditione* et *interitu*, uti monuit A. SCHULTENSIUS in *Commentar. in Iob*, p. 123. Hinc speciatim de *gentibus* et *copiis hostilibus* usurpatur, cum *funesta clade fugatis*, ac deletis e regione quadam, ut Deut. VIII. 20. XXVIII, 22. Iud. V, 31.; Idem hoc loco usus adhibita illius אָבַד cum מִן constructione, ut Ierem. XLIX, 38. exseritur, ut sit: *disperierunt fugatae atque deletae gentes e terra ejus.*“ SCHROEDERUS. In sensu autem hujus hemistichii constituendo interpretum est dissensus, dum alii ad *praeteritum*, alii ad *futurum* tempus illud referunt. I) Qui prius sequuntur, sub גוֹיִם vel 1) *gentes exteras* intelligunt, quae non tam multo ante compositum hoc carmen Palaestinam invaserint, sed, Iovae auxilio, expulsae fuerint; vel 2) septem illas *Cananiticas* gentes, quas Iova olim in gratiam populi sui extirpaverit, sive, quod HENSLERO verisimile est, *Iebusaeos*, a Davide expugnatos, vid. 2 Sam. V, 6; ut itaque poeta recordatione eorum, quae Iova antea perpetraverit, spem suam confirmet. 3) Paullo aliter SIMEON DE MUIS: „Forte David, postquam Deum obtestatus est, ut impiorum potentiam everteret, concludit gratiarum actione de lato auxilio, et tanquam certus se exaudiendum, ante victoriam enco-

encomium canit; q. d. Deus ille, quem impii illi negant regere humanum genus, folus rex eft, quippe qui fuam potentiam in delendis impiis oftenderit. Ita David omnes Pfalmos, in quibus Dei auxilium implorat, gratiarum actione claudit, ceu certus fe exaudiendum." — II) Sed e SCHNURRERI fententia אָבְדוּ „*futuri* fignificationem hic habet, etfi verbum aliud, in futurum pofitum, in fuperiore fententia haud confpicitur. Quod enim faepe fit, ut futurum, quo fpectat praeteritum, futuri fignificationem induens, per ellipfin fupprimatur, id hoc quoque loco accidit, quo poft יְהוָה fubaudiendum eft יִהְיֶה. Nec obftat abfentia copulae *Vau* a verbo אָבְדוּ nam in ftilo fublimiore, etiam hac abfente, futuri fenfum induit praeteritum alii futuro fubjunctum. Cf. NICOL. GUIL. SCHROEDERI Syntax. Verbor. Reg. XLVII, 7. 8. Senfus itaque eft: Iovam fefe populi fui regem demonftraturum effe, barbarasque gentes fui imperii finibus ejecturum."

17. תַּאֲוַת עֲנָוִים שָׁמַעְתָּ יְהוָה *Defiderium manfuetorum exaudivifti, Iova!* i. e. annuifti cultorum tuorum defiderio. עֲנָוִים funt *animo humiles*, *Deo fe fubmittentes*, et *religiofi ejus cultores*, qui injuriis affecti ad Deum folum confugiunt, ut Pf. XXII, 27. XXV, 9. XXXIV, 3. Ief. LXI, 1. Verbum שָׁמַע, recte obfervante SCHROEDERO, hic fenfu judiciali, ut patet ex לִשְׁפֹּט, *ad judicandum*, Verfu fequenti, ufurpatur, ut fit *admittere* defideria tanquam judicem, judicium, ad fatisfaciendum laefis, exercendo, ut 1 Reg. VIII. 32. — תָּכִין לִבָּם *Confirmas cor eorum. Cor firmatum* opponitur *concuffo*, *agitato*, *palpitanti*, quales locutiones ad *vehementiorem*, quo quis commovetur, *dolorem*, *metum*, et *confternationem* exprimendam ufitatae funt, ut Deut. XXVIII, 65. Ief. VII, 2. Pf. LV, 5. Hinc *cor* נָכוֹן eft *fedatum* a tali commotione doloris et metus, ad ftabilem tranquillitatem redactum, et felicis rerum eventus fiducia obfirmatum. Ita clariffime Pf. CXII, 7.

LVII,

LVII, 8. — Verba תַּקְשִׁיב אָזְנֶךָ non funt vertenda *attenta erit auris tua*, ut Aben-Efra praeeunte quidam reddunt, fed: *attendam reddes, f. praebebis aurem tuam*, quum fit Conjugatio *Hiphil.* Eft autem fecundum naturam radicis קָשַׁב, *nitidus, purgatus fuit*, propria locutionis תַּקְשִׁיב אָזְנֶךָ vis, *purgatam, emundatam efficere* et *praebere aurem*, f. expurgatis fordibus apertam et patulam, ad fonum accurate percipiendum. Totius commatis fenfum ita illuftrat SCHNURRERUS: „Celebratur hoc Verfu eximia Iovae, ut regis, erga illos, qui ipfius imperio fubfint, gratia ac benevolentia, qua effecturus fit, ut mala ex barbarorum incurfionibus orta brevi tollantur reparenturque. Scilicet debellatis pulfisque hoftibus fore, ut rex, data civibus fuis adeundi copia, afflictos animos blanda compellatione recreet excitetque, ac fingulos de injuria accepta querentes benigne audiat, ut, dum fingulorum defideriis fatisfiat, univerfa respublica in antiquum ftatum reftituatur, non amplius ab hoftibus turbanda."

18. לִשְׁפֹּט יָתוֹם וָדָךְ *Ad judicandum*, judicio vindicandum, *pupillum et attritum*. In voce דָּךְ SCHROEDERUS fcite hic obfervat *ufum forenfem*, quo notat *injuria* ac *vi jure fuo cadentem* et *oppreffum*, ex loquendi formula דַּכָּא *conterere aliquem in porta, i. e. judicio*, Proverb. XXII, 22. Iob. V, 4. Videtur autem haec fententia non, ut multis placuit, ad folam proxime praecedentem, *attentam praebebis aurem tuam*, reftringenda, fed cum Schroedero ad fingulas Verfu praecedente pofitas referenda, praefertim ad primam illam, *defiderio cultorum tuorum annuifti.* — In verborum בַּל-יוֹסִיף עוֹד לַעֲרֹץ אֱנוֹשׁ מִן-הָאָרֶץ explicatione in duas maxime partes interpretes discedunt, dum alii nomen אֱנוֹשׁ cum מִן-הָאָרֶץ conjungunt, ut compofitam haec verba efficiant appellationem; alii vero מִן-הָאָרֶץ cum לַעֲרֹץ connectunt. I) Si priorem fequaris rationem, qua *homo e terra* pro *homine* *terre-*

terreno, fragili et *impotenti*, accipitur; duplex datur fenfus. 1) Alter eft, quo *mifer oppreffus* intelligitur; unde, adhibita verbi עָרַץ vi neutrali *timendi*, formidandi, haec prodit fententia: *ne addat amplius formidare homo e terra*, fcilicet improbum vexatorem. 2) Alter vero, quo *improbus vexator* defignatur, cujus andacia et atrocitas illo *hominis terreni*, qui *Deo coelefti* oppofitus fit, nomine perftringatur. Sic vero in conftituenda phrafi magna exiftit varietas. α) Retenta illa verbi עָרַץ notione, multi dederunt: *ne pergat amplius formidare hominem miferum e terra*, fcil. quisquam, aut, ut alii voluerunt, pupillus et attritus. β) Alii, KIMCHIO praeeunte, verbum illud tranfitiva *terrendi* notione accipiunt, hoc* fenfu: *ne pergat amplius terrere* eos *homo e terra*, fcil. pupillum et attritum. Verum omni huic rationi, qua אֱנוֹשׁ cum מִן־הָאָרֶץ connexum *homo terrenus* vertitur, fcite oppofuit SCHROEDERUS, quotiescunque hominis e pulvere origo innuatur, fatis conftanter folere adhiberi nomen עָפָר, aut הָאֲדָמָה, veluti Genef. II, 7. III, 19. Pf. CIV, 29. Ecclef. III, 20. Iob. X, 9. al.; vocabulum הָאָרֶץ autem hoc fenfu adhiberi nusquam alias. Erit itaque II) לַעֲרֹץ cum מִן־הָאָרֶץ connectendum. Verum poteft hic etiam *duplex* fenfus prodire, pro ambiguitate vocis אֱנוֹשׁ aut *oppreflorem*, aut *oppreffum defignantis*. 1) Priori modo Alexandrinus, verbo עָרַץ *intranfitive* pro *jactare fe* fumto, dedit: ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς. Sed voculae מִן־הָאָרֶץ cum verbo עָרַץ conftructae, manifefte *tranfitivam* ejus vim defiderant; אֱנוֹשׁ vero, quod tam ex etymo, quam ex linguae ufu *debilitatis* notionem habet, multo aptius ad *oppreffum* applicatur. Praeferenda itaque 2) SCHROEDERI interpretatio, quae talis eft: *nec addat amplius*, non pergat fcil. improbus *exagitare*, exturbare, *hominem debilem*, miferum, *e terra* fua, e patria. Eadem tranfitiva *excutiendi, exagitandi* notione verbum עָרַץ Iob. XIII, 25. occur-

occurrit. *Exeuti* vero graviore ſtylo dicuntur, qui *violenter* e loco, e ſedibus ſuis, *ejiciuntur*, quomodo נָפַץ *quatere, excutere*, ſaepius uſurpatur, veluti Ieſaj. XXXIII, 3. „Neque huic interpretationi multum obſtat, quod nomen, unde pendet יוֹסִיף, expreſſum non ſit. Nihil enim vetat, vel nomen רָשָׁע ex ſuperioribus repetere, vel ſubintellecto nomine אִישׁ, locutionem imperſonalem ſtatuere; vid. Schroderi Syntax. Verbor. Reg. LX.“ SCHNURRERUS. In eundem ſenſum etiam Syrus: ܠܐ ܢܘܣܦ ܬܘܒ ܠܡܘܒܕܘ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܡܢ ܐܪܥܐ *ne addat ultra perdere homines e terra.*

PSAL-

PSALMVS VNDECIMVS.

ARGVMENTVM.

Quum auctori hujus carminis amici fugam ſuaſiſſent, ne per inſidias ab inimicis circumveniretur; repudiat hoc conſilium, ſuam in Iova fiduciam praedicans, quem ſperet hoſtium conſilia et technas everſurum. Rationem ſuae fiduciae affert, quod rerum omnium moderator et dominus ſit Deus, neque ſine ejus providentia quidquam geratur ab hominibus, quare innocentes bono animo eſſe debere, improbis autem certam perniciem exſpectandam eſſe.

Inſcriptio *Davidi* hoc carmen aſſignat, nec occurrit in eo quidquam, quod a Davidico ingenio abhorreat. Sed prorſus incertum eſt, qua occaſione editum ſit. De qua quid interpretes conjecerint, quidque veroſimillimum videatur, breviter diſpiciamus.

Adverſus terrores eorum, qui ſolliciti de Davide, in periculis a Saule, fugam ei ſuaderent, factum eſſe Pſalmum, ſententia eſt interpre-

pretum longe plurimorum. Sed in tempore preſſius finiendo diſſentiunt. VENEMA carmen ad illud tempus exiſtimat referendum, quo Davides a Siphaeis proditus, et a Saule obſeſſus, in Philiſthaeorum regionem diſcedere conſilium ceperit *). Quae fuga quum anſam dederit de firmitate animi atque fiducia Davidis male opinandi, resque ejus pro deſperatis habendi, eum hunc Pſalmum compoſuiſſe, ut ſe ab iſta calumnia liberaret, et fiduciam in Iehova teſtificaretur. Verum carminis initium manifeſte continet non exprobrantium voces, ſed hortantium, ut fuga ſibi caveret, et amicorum de ſalute Davidis metuentium.

Ex aliorum ſententia in ſpecu Adollamico hic Pſalmus factus eſt, cum, interfectis jam ſacerdotibus Nobicis, nemo Davidem exulantem recipere auderet, ſed omnes amici ei fugam ſuaderent, qui tum ibi ad eum frequentes convenerunt **), atque ideo terram Iſraeliticam relinquere neceſſe haberet. Et ſic oporteret inter initia latebrarum illarum factum eſſe carmen, et ante adhuc, quam de caede Nobicorum cognoſceret. Majorem enim animum ſpirat, quam illius temporis cetera, cum ſatis diu ibi ſubſtiterit, et vix tandem repererit, quo fugeret.

Pro-

*) Vid. 1 Sam. XXIII, 14—21.
**) Vid. 1 Sam. XXII.

Propius ad veritatem accedere videtur AMYRALDI de hujus Pſalmi tempore et occaſione ſententia. „Quum adhuc, inquit, in aula Saulis verſaretur Davides, ejus amici, ficti an veri incertum eſt, obſervato regis in eum infeſto animo, qui nondum tamen aperte in perſecutionem exarſerat, ne quid gravius accideret, id illi conſilium dederunt, ut in montana loca Iudaeae, unde oriundus erat, ad aliquod tempus ſecederet; donec regis animus mitigaretur: quod conſilium non videtur tum probaſſe, quamquam poſtea id ſequi coactus eſt. Verum eo tempore aliter ſenſit, fretus innocentia ſua, et confiſus bonitate Dei, quam ſibi adverſus hoſtium ſuorum molitiones et inſidias ſatis firmum praeſidium eſſe putabat.“ — IACOBI quidem quo minus ad Saulicum odium hoc carmen referatur, impedire putat Verſum ſecundum, quo non ſinguli cujusdam hominis inſidias ſed bellicas molitiones innui opinatur. Cur vero Verſus ille non de Saulis aſſeclis poſſit intelligi, equidem cauſam video nullam. Ac prorſus ſine fundamento eſt alterum, quod Saulico tempori opponit, indicari Vs. 4. *ſancto Iovae palatio* tabernaculum in Sionio poſitum, quod multo demum poſt Saulem ſit factum; quum coelum potius ibi videatur intelligendum, ut videbimus.

Inter initia conjurationis Abſalonicae, cum Davides moneretur ab amicis, ut relicta regia Sio-

Sionica et urbe, fuga fibi confuleret, hunc Pfalmum ab eo factum effe adverfus formidolofas voces amicorum illorum, qui ei metuebant, quorum tamen confilium poftea fecutus fuit; opinio eft RUDINGERI, quae nec Dathio improbanda videtur. Ad hoc ipfum tempus IACOBI carmen exiftimat referendum.

H. E. G. PAULUS hunc Pfalmum carmen martium effe cenfet, quo rex, forfan Hifkias, Senacheribo Hierofolymis obfidionem minitante, fe et fubditos protectionis divinae fpe confirmaret, quum amici fugam in loca montana ei fuafiffent; atque in vocibus הרכם (Vs. 1.) et שתות (Vs. 3.), nec non in timidae aviculae imagine, fimilitudinem quandam cum eo, quod Ief. XXXVIII, 10. feqq. legitur, Hifkiae carmine deprehendere fibi vifus eft. Sed quae Iefaj. XXXVII, 1. feqq. legimus de Hifkia, fciffis veftibus atque cilicio amicto templum Iehovae adeunte, quum Senacheribum cum exercitu appropinquare accepiffet, cum noftri carminis animo certo et confirmato parum conveniunt. Preces etiam, quas Hifkias illo tempore fudit (Iefaj. XXXVII, 16 — 20.), huic Pfalmo plane funt diffimiles.

DE WETTE, cui infcriptio carminis, ad Davidem id referens, fufpecta eft, quod nulli vitae illius regis tempori apte accommodari poffit, *improbis* (רְשָׁעִים) Vs. 2. 5. 6. memoratis, bar-

barbaros, a Iovae religione alienos, piisque, id vero est, Israelitis, infestos, intelligi arbitratur, ut igitur carmen de totius populi vexationibus, ab exteris illatis, queratur, et piorum animos opis divinae spe erigat.

---

1. בַּיהוָה חָסִיתִי *Ad Jovam confugio,* me recipio, sub ejus protectionem succedo. De primigenia hujus loquutionis vi cf. not. supra ad Pf. II, 12. p. 67. sequ. Quum igitur tanto protectore tutus sim, אֵיךְ תֹּאמְרוּ לְנַפְשִׁי *quomodo dicitis,* dicere audeatis, *animae meae,* i. e. mihi, ut Pf. VI, 5. VII, 3. נוּדוּ הַרְכֶם צִפּוֹר *Fugite ad montem vestrum* ut *avis.* „Haec editorum librorum lectio," inquit I. F. FISCHERUS in *Prolusf. de Verss. Graecc. Librr. V. T. Litterarum Hebraicar. magistris,* p. 165., „iis premitur difficultatibus, ut de veritate ejus atque elegantia recte dubitari posse videatur. Nam primo non apparet, quid sibi velit Pluralis נוּדוּ, quum praecedat Singularis לְנַפְשִׁי, ad quem verbum illud referri debere, quum totus Hymnus nonnisi Davidis querelas cum adversariis complectatur; manifestissimum est: deinde non potest intelligi, quare, quum vocabulum צִפּוֹר non minus quam verbum נוּד nomen generis desideret, hoc est ejusmodi, quo omnino montes, perfugia avicularum, significentur, ei junctum sit vocabulum certi montis, hoc est, Sionis: hunc enim volunt plerique interpretes montem piorum hominum propterea dici, quod steterit in eo templum, in quo deum gloriati essent praesentem sedere, cujus numine tuti ab omni vi, ab omnibus insidiis viverent. His vero difficultatibus libera est lectio altera: נוּדִי הַר כְּמוֹ צִפּוֹר, quam praeter Alexandrinos Iudaeos, Aquilam, quintaeque Versionis auctorem, propagavit ad nostram memoriam Chaldaeus interpres. Hujus enim in Versione

ſione legitur אִטַּלְטְלִי לְטוּרָא הֵיךְ צִפְּרָא: ſed Alexandrina Verſio, cum Aquila, Graecam rationem ſequuta, Singularem הַר, qui vim Pluralis habet, Plurali expreſſit; nam ut in Aquilae reliquiis extat: *ἀναστατοῦ εἰς τὰ ὄρη ὡς στρουθίον* ita Codices Verſionis Alexandrinae omnes habent verba: *μετανανάστευου* [Heſychius: *μετανάστευου, μετέρχου, μετοίκει, καὶ τὰ ὅμοια*] *ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον·* quae ipſa verba Syrus interpres reddidit: ܢܘܕ ܥܠ ܛܘܪܐ ܐܝܟ ܨܦܪܐ; unde in Vulgata Verſione pro *transmigra in montem, ſicut paſſer,* reponendum: *transmigra in montes, ſicut paſſer,* puto: cujus Verſionis auctor etiam pro *paſſer* ponere verius *avicula* potuiſſet, quum *στρουθίον* Graecis interpretibus dicatur omnis generis *avicula*, ut Matthaeo, X, 29. 31. et Lucae, XII, 6. Et נוּדִי quidem Masorethae quoque legendum viderunt: quam eorum emendationem, praeter illos interpretes, quorum verba modo laudavimus, ipſe Verſionis quintae auctor confirmat, cujus in reliquiis habetur *μετακινοῦ.* In hac igitur idonearum auctoritatum multitudine dubitabimus lectionem נוּדִי הַר כְּמוֹ צִפּוֹר recipiendum putare? praeſertim quum, ea recepta, totius orationis membra apte inter ſe et praeclare cohaereant? Nam queritur Davides cum invidis, quod ipſum jubeant ſaluti ſuae conſulere fuga in montes, per quos, velut avicula, volitet atque erret." Eandem illam legendi rationem probant VENEMA, IO. AUG. STARK in *David. Carminn.* Vol. I. p. 239. et DOEDERLEIN in *Scholiis in Libros Poeticos V. T.* p. 78. Prodibit tamen etiam ſenſus commodus, ſi retineas Pluralem נוּדוּ, qui Davidem et aſſeclas ejus complectitur. Tum הַרְכֶם, *montes veſtri*, erunt ii, in quibus ſoletis latere, in quibus latebras veſtras habetis. Ante צִפּוֹר autem, bene monente Aben-Eſra, ſubaudiendum eſt כּ, ſimilitudinem indicans, ut alias ſaepe, veluti Ieſaj. XXI, 8. וַיִּקְרָא אַרְיֵה עַל־מִצְפֶּה, *et clamavit* [ut] *leo in ſpecula.* Cf. Geneſ. XLIX, 9. 14. M. H. STUHLMANN in *Nott. critt.*

critt. et exegett. in nonnulla Pfalmor. loca, in *den Analekten*, T. IV. P. I. p. 12. cum veteribus (vid. fupra) נוּדִי הָרִים צִפּוֹר legendum putat, fine Suffixo; quod tamen illi interpretes ideo non videntur expreffiffe, quod fine illo orationem melius fluere putarent. LUDOVICO *de* DIEU נוּדִי הַרְכֶם eft conftructio, qualis illa Mich. I, 4. עִבְרִי לָכֶם יוֹשֶׁבֶת שָׁפִיר *Tranfi vobis, habitatrix Saphirae*, ut Affixum plurale rem refpiciat, non praecedens nomen, et, quemadmodum *habitatrix Saphirae* habitantes fignificat, ita hic *anima Davidis* fuos comprehendat. — VENEMA dictionem נוּד הַר fubaudito מ, mallet vertere: *vagari ex monte*, i. e. eum, tanquam nidum, et tutiffimum refugium deferere, ut Prov. XXVII, 8. כְּצִפּוֹר נוֹדֶדֶת מִן קִנָּהּ *ficut avicula, quae e nido fuo palatur, ita vir palabundus e loco fuo.* Sed quum his verbis manifefte Davidi confulatur, ut in talem locum fe conferat, ubi ab hoftium infidiis tutus effe poffit, in locis montanis vero et faltuofis facilius aliquis lateat, quam in planis et apertis; ego veteres interpretes fequendum, et *cenfugere ad montes* vertendum cenfeo. Metaphora defumta eft ab aviculis, quae ad montes arbuftis confitos fe conferendo, a perfequentibus, vel aucupibus, vel accipitribus aliisque alitibus rapacibus profpicere fibi affolent. צִפּוֹר non femper *pafferem* fignificare, fed etiam *aviculam* in genere, ut Levit. XIV, paffim, Iob. XL. 24. Pf. LXXXIV, 4. CII, 8. al., pluribus demonftravit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. L. I. Cap. XXII. Tom. II. p. 727. 729. edit. Lipf.

2. Pergunt benevolentes Davidi, et caufam indicant, cur ei fit fugiendum: כִּי הִנֵּה הָרְשָׁעִים יִדְרְכוּן קֶשֶׁת כּוֹנְנוּ חִצָּם עַל-יֶתֶר *Etenim arcum intendunt impii, aptant ad nervum fagittas fuas.* De loquutione דָּרַךְ קֶשֶׁת, *calcare arcum*, cf. not. fupra ad VII, 13. לִירוֹת בְּמוֹ-אֹפֶל לְיִשְׁרֵי לֵב *Ut jaculentur in caligine*, ex infidiis obfcurisque latebris *in homines rectos corde.* Apte vero fimilitudini aviculae trepidae fubjecta eft imago arcus et fagittarum, ut volantem avem, quia apprehendere manu nequeunt aucu-

 pes,

pes, jaculis dejicere moliuntur, ita Saulus et ceteri Davidis hoſtes, cum vi eum capere non poſſent, artibus et dolis circumveniebant. Alii haec verba *Davidis* eſſe putant, et cum Verſu praecedente hoc modo conjungunt: cogor equidem imitari ingenium avis, quae oculos ſagittariorum fugere vult, quod nonnulli eorum, qui ſunt Saulo a conſiliis, homines improbi et nequam, vitae meae et ſociorum inſidiantur.

3. כִּי הַשָּׁתוֹת יֵהָרֵסוּן *Nam* Y. *ſi fundamenta deſtructa ſunt.* Interpretationis diverſitatem hic creat vox שָׁתוֹת. Eam I) alii, ad radicem Chaldaeis uſitatam, שְׁתָא *texit,* referentes, מְצוּדוֹת, *retia,* interpretantur, ut Aben-Eſra, qui locum Ieſai. XIX, 3. adfert, ut eum, in quo שָׁתוֹת ad eandem illam *texendi* notionem ſit referendum; cf. not. ad loc. illum. Qui hanc ſignificationem admittunt, ii haec verba ſic vertunt: *certe retia deſtructa ſunt,* ut Davides amicis fugam ei conſulentibus reſpondeat, nihil eſſe neceſſe, ut fugeret, divinitus ex retibus hoſtium eſſe ereptum. Tum hemiſtichium alterum: צַדִּיק, מַה־פָּעָל, *juſtus quid fecit?* ita erit capiendum: ego enim quid ſceleris commiſi, ut ſalutis meae Iehova rationem non habeat? Sed quum vocabulo שָׁתוֹת *retium* notio ſine ratione idonea tribuatur, cui praeterea nec verbum הָרַס congruit; rectius II) alii *fundamenta* vertunt, a שׁוּת, *ponere,* unde et Chaldaeis שִׁית eodem illo ſignificatu uſurpatur. Ita Chaldaeus (אֻשִּׁיתָא,) Syrus (ܫܶܬܐܣ̈ܶܐ), atque Aquila (τὰ θεμέλια). *Fundamentis* vero plerique intelligunt *leges,* Symmacho praeeunte, cujus talis eſt interpretatio: ὅτι οἱ θεσμοὶ κατελύθησαν, *Leges perfractae jacent, leges nihil valent.* Θεσμοὶ vero, ut obſervat I. F. FISCHERUS in *Specim. Clavis Verſſ. Graec. V. T.* p. 58., plane accedunt ad שָׁתוֹת, a שׁוּת, *ponere;* ita dicti, quia leges ſunt quaſi fundamenta, quibus ſuperſtructa nititur omnis hominum ſocietas, ut iis convulſis evertantur ipſae civitates. Alii *perſugia,* ſive arces

ces intelligunt, quibus dirutis nefciret Davides, quo tutus evadere poffit. Ego verterim: *fi fundamenta collapfa funt, quid faciat probus?* Videtur autem *fundamenta collapfa funt* proverbialis locutio effe, qua uti folebant, fi quando res publica ad extremam defperationem devenerit, ita ut omnia fint disfoluta, metaphora ab aedificiis fumta, quae dirutis fundamentis tota concidere neceffe eft. Continere autem hoc modo hunc Verfum adhuc verba amicorum Davidis, rationes, quibus ad fugam eum moveant, proponentium, vix monitu opus. Alexandrinus fic vertit: *ὅτι ἃ κατηρτίσω καθεῖλον, quoniam, quae perfecifti, deftruxerunt.* Videtur intelligere illud Iovae decretum, quo Davidem regem Ifraelitarum conftituerat, quod vero ab impiis illis everfum fit. Etulit vero ille interpres הַשֹּׁתוֹת, vel certe הִשְׁתִּיתָ, *fundafti.* MUNTINGHE Participium Paffivum, הַשֻּׁתוֹת, ponendum cenfet, ut vertendum fit: *evertunt fundata,* i. e. fumma infimis permifcent. Mutatio nec elegans, nec neceffaria, fi quid video.

4. Refpondet Davides, cum omnes humanae fpes fe deftituant, in Iova fibi fpem effe pofitam; qui ut fummus judex, qui in coelo thronum habet, inde cuncta in his terris obfervat, ac diligenter res hominum curat. יְהוָה בְּהֵיכַל קָדְשׁוֹ *Iova in palatio fanctitatis fuae,* fcil. fedet, id eft in *coelo,* ut apparet ex altero hemiftichio, ubi בַּשָּׁמַיִם ponitur. Sic Habac. II, 20. וַיהוָה בְּהֵיכַל קָדְשׁוֹ *Iova in palatio fuo fanctiffimo habitat, revereatur eum univerfus terrarum orbis.* יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Iovam* quod attinet, *in coelo eft thronus ejus,* Iovae thronus in coelis eft. Nominativus abfolutus pro Genitivo pofitus; de qua loquendi ratione plura vid. in STORRII *Obfervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 292. feqq. עֵינָיו יֶחֱזוּ *Oculi ejus refpiciunt,* nihil eft, quod ille non videat; calamitates afflictorum et impiorum conatus novit. עַפְעַפָּיו יִבְחֲנוּ בְּנֵי אָדָם *Palpebrae ejus examinant,* explorant *filios hominum.* Verbum בָּחַן proprie ufurpatur de aurificibus, qui terendo

et fricando ad coticulam aurum argentumve explorant, an cum impuriore materia mixtum fit, vid. Proverb. XVII, 3., confentiente Arabum مصحن (commutatis ejusdem organi literis, מ et ב) *terere, laevigare*, hinc *aurum argentumve explorare* ad lapidem Lydium. Cf. ALB. SCHULTENSIUM in *Clavi Dialector.* p. 194. feq., nec non *ad Harir. Confeff.* II. p. 95. et *in Commentar. ad Iob.* VII, 18. XXXIV, 3. Noftro vero loco transfertur ad oculos, omnia, intimos etiam receffus, diligentiffime explorantes. Senfus itaque eft, Iovam fecretiffimas abftrufiffimasque hominum confpirationes perfpectas compertasque habere.

5. יְהוָה צַדִּיק יִבְחָן *Iova juftum explorat*, cognofcit penitus, et cognitum amat et protegit; metonymia caufae, ut cognofcitur ex hemiftichio antitheto: וְרָשָׁע וְאֹהֵב חָמָס שָׂנְאָה נַפְשׁוֹ *impium vero eumque qui violentiam amat*, qui malo delectatur, quique potentia fua ad injuftam violentiam abutitur, *odit anima ejus.*

6. יַמְטֵר עַל־רְשָׁעִים פַּחִים *Pluere faciet fuper impios carbones*, five, ut alii vertunt, *laqueos*. 1) Qui priorem fignificationem eligunt, iis פַּחִים idem eft ac פֶּחָם fed alius formae; vel pluralis, pro פְּחָמִים, quae Iarchii eft fententia. Hanc interpretationem praeter alios commendavit LOWTH *de Sacra Poefi Hebraeor.* Prael IX. p. 166. edit. Goett.; p. 94. ed. Lipf., not. פַּחִים, inquit, 1) „*prunas ardentes*, ἀνθρακάς, uti reddit vetus interpres apud Chryfoftomum in loc., intelligi videntur *globi ignis*, vel quas *Bolidas* vocat PLINIUS *Hiftor. Natur.* II, 26.; vel fimpliciter *fulmina*, cf. Pf. XVIII, 13. 14. IOSEPHUS *Antiquitt.* I, 11. de excidio Sodomorum: ὁ Θεὸς ἐνσκήπτει βέλος εἰς τὴν πόλιν. PHILO *de Vita Mof.* I, 11. de eodem: κεραύνοι ῥοέντες ἐξ οὐρανοῦ. Hoc certe multo melius congruit cum fequentibus, quam *laquei*; et conftat Analogia. Radix enim פּוּחַ, quanquam interdum fignificat *illaqueare*, faepius tamen notat *fufflare, exfufflare*,

flare, ignem nimirum. Ezech. XXI, 31. בְּאֵשׁ עֶבְרָתִי אָפִיחַ עָלָיִךְ *in igne iracundiae meae ſuper te inſufflabo.* In eodem ſenſu occurrit verbum פּוּחַ Proverb. XXIX, 8. אַנְשֵׁי לָצוֹן יָפִיחוּ קִרְיָה *deriſores inflammabunt urbem.* Ex hac notione radicis פּוּחַ recte deducitur פַּח *pruna exſufflata*, et פִּיחַ Exod. IX, 8. *favilla*, quae flatu in ignem excitari poſſit.“ Haec LOWTH. Sed digna ſunt, quae perpendantur, quae ad commendandam 2) ſententiam alteram, ex qua פַּחִים ſunt *laquei*, huic notae ſubjecit I. D. MICHAELIS: „Forte de פַּחִים paulo aliter ſenſiſſet auctor, ſi Arabicae pluralis meminiſſet, *fulmina laqueos* dicentis. Longi enim fulminum tractus, a coelo ad terram pertinentes, eminus viſi laqueos quodammodo referunt, Arabibusque in proſa etiam, mediocrique carmine سَلَاسِلُ vocantur. Haud ſcio, an et Chaldaicum שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא Dan. III, 22. VII, 9. ex etymo funem igneum denotet. Recte ergo, licet magis ad verbum, quam ad ſuae linguae ingenium LXX. et Syrus פַּחִים *laqueos* verterunt; qui autem ἄνθρακας addidit, anonymus Graecus, cum פֶּחָם contuliſſe, et ם pro radicis litera habuiſſe videtur. A פּוּחַ aut נָפַח, verecundia vocalium, á quibus numquam ſine neceſſitate recedo, derivare malim: Patach enim ſub פ in ſyllaba ſimplici poſitum, indicio eſt, literam Chet ex analogia grammatica geminandam fuiſſe, niſi ut gutturalis Dages reſpueret. פַּח vero, *funis*, ex פַּחַח contractum eſſe, argumento eſt Arabicum فَخٌّ pluraliter فِخَاخٌ. Praefero etiam notum aliunde vocabulum, eximiam hic ſententiam fundens, ignoto et novo, quod ſola conjectura ex verbo ſeu radice producitur. Verto ergo, *longos fulminum tractus ſuper impios depluet.* Videor mihi aliquid hujusmodi in noſtrorum poetarum monumentis legiſſe, cujus in memoriam redire non poſſum. Interrogatus a me illuſtris Gesnerus non illa quidem, quae neſcio ubi legi, haec tamen reſpon-

reſpondit: *nihil jam ſuccurrit, quod huic conveniat, niſi forte illud, quod μάστιγα de fulmine uſurpat Homerus Il. N. 812. et Lycophron 436. ac 740. ἱμάσσειν de percuſſione fulminis, Homerus* Il. B. 782. ἀμφὶ τυφῶει γαῖαν ἱμάσσῃ. *Schol.* ἱμάσσῃ, μαστίζῃ, ὅ ἔστι κεραυνοῖς πλήττῃ" — וְרוּחַ זִלְעָפוֹת *Et ventus ardorum.* „Ventus *Zilgaphot* peſtilens Eurus eſt, Orientalibus notiſſimus, qui Iulio et Auguſto menſibus nonnumquam per octavam horae partem ſpirans, obvia quaevis necat. سموم, *Samum* illum vocant Arabes, finguntque eorum poetae, venenatum hunc ventum impios in ſuppliciorum aeternorum loco pro aura vitali hauſturos. Verum vidiſſe Syrum interpretem arbitror, qui *ventum plagae* (ܪܘܚܐ ܕܡܚܘܬܐ) vertit. Nec abludit derivatio, ſeu potius compoſitio ex نعف, *aeſtuante veneno adflavit,* et زلع *interemit.*" Haec MICHAELIS in not. 41. ad Lowth., cf. eundem in *Supplemm.* p. 622. ſeq., ubi et veterum interpretationes recenſuit. Nec praetereunda eſt CASTELLI ſententia, Arabum أزلعبّ, *ambuſta et uſtulata fuit cutis,* conferentis. — מְנָת כּוֹסָם *Pars calicis eorum,* metaphora a more veteri mutata, quo pater-familias domeſticis ſuis ſuam cuique potus portionem in calicem infundere ſolebat. Plura vide in GATACKERI *Adverſariis Miſcellann. poſthumm.* Cap. V, p. 444.

7. Mire exercuit interpretes hemiſtichium hujus Verſus poſterius: יָשָׁר יֶחֱזוּ פָנֵימוֹ, quum incertum ſit, ad quem ſuffixum מו in voce ultima pertineat. I) Atque primo quidem, quum illud apud poetas pro ſuffixo *plurali* הֶם ſoleat uſurpari; haud pauci 1) ad *pios* referunt, atque יָשָׁר de *Iova* intelligunt, hoc modo: *facies eorum,* pietatis ſtudentium, *adſpicient* Iovam, *qui rectus eſt,* ſ. quod rectus ſit et aequus. Sed 2) LUDOV. DE DIEU ad *impios* ſuffixum illud refert, atque יָשָׁר ob accentum (Rebhia gereſchatum) a vocibus ſequentibus ſeparat; unde haec

haec prodit verſio: *Nam juſtus eſt Dominus, juſtitias amat, rectus; videbunt* id *facies eorum.* Verum quum יָשָׁר nusquam de *Iova* dicatur, ſed ſemper de *homine* recto et probo; malim repetito אָהֵב ad יָשָׁר in Accuſativo capiendum, verba ita capere: *rectum,* ſ. collective, rectos, probos amat, *videbunt* id *facies eorum,* experientur id, ipſo eos ab hoſtibus vindicante. Alii quidem II) מוֹ pro affixo *ſingulari* habent, ut Gen. IX, 26. *Laudetur Iova, Deus Semi, Canaan vero ſit* עֶבֶד לָמוֹ *ſervus ejus.* Cf. Iob. XX, 23. XXII, 2. XXVII, 22. 23. Unde KOEHLERUS, יָשָׁר collective ſumto, verba ſic vertit: *probi faciem ejus adſpicient,* Iovam propitium ſibi habebunt, ut Pſ. XVII, 15. אֲנִי בְּצֶדֶק אֶחֱזֶה פָנֶיךָ *Ego in juſtitia contemplabor faciem tuam;* et CXL, 14. יֵשְׁבוּ יְשָׁרִים אֶת־פָּנֶיךָ *Sedebunt recti coram facie tua.* Sed locis illis, quibus מוֹ in Singulari uſurpari volunt, id potius *collective,* adeoque in Plurali capiendum eſſe, oſtendimus ad Jeſaj. LIII, 8.

PSAL-

PSALMVS DVODECIMVS.

ARGVMENTVM.

Opem Iovae implorat Davides, ſatis longam querelam inſtituens de moribus ſuis ſeculi, in quo omnia plena ſint fraudibus et ſimulatione, et nulla in hominibus reliqua probitas aut fides; optatque, ut Iova aſſentatrices et ſuperbe ſeſe efferentes linguas exſcindat. Poſtea Iovam ipſum inducit loquentem opemque pollicentem.

RUDINGERUS ad Abſolonicum Davidis tempus carmen referre mallet; videri autem inprimis contra Ahitophelem factum eſſe.

Haud pauci interpretes, quibus et nos olim adſtipulati ſumus, hoc carmen a Davide editum putant cum a Doëgo et Siphaeis Saulo eſſet proditus, ac nusquam tutus haerere poſſet *), ut aulicos praecipue notet. Nunc tamen mallemus cum DE WETTIO communes totius populi querelas et preces contra hoſtes impios, qui Iovae cultores fraudibus et calumniis opprimere ſtuderent, hoc Pſalmo contineri.

*) Vid. 1 Sam. XXII. XXIII.

2. הוֹשִׁיעָה *Salva,* ſalutem et auxilium praeſta. כִּי־גָמַר חָסִיד *Nam deficit probus.* Recte Chaldaeus collective *conſumti ſunt pii* vertit. Significat חָסִיד virum probum et beneficum, qui de aliis bene mereri ſtudeat, et ſuam operam atque officium probare Deo et hominibus, qui nihil per dolos et fraudem agat. Qui ad Davidem Pſalmum referunt, חָסִיד oppoſitum putant adulatoribus illis poteſtatis et imperii, qui innocentem Davidem apud Saulum accuſabant, ejusque perfugia et latebras indicabant, et, ut illum facilius capere poſſent, benevolentiam et fictam amicitiae ſpeciem verbis blandis et doloſis oſtendebant. כִּי־פַסּוּ אֱמוּנִים מִבְּנֵי־אָדָם *Nam evanuerunt fideles ex hominibus.* Verbum ἅπαξ λεγόμενον, פָּסַס, varie interpretantur. I) *Imminui,* praeeunte Alexandrino, qui ὠλιγώθησαν, atque Aquila, qui ἐπεράνθησαν poſuit, unde, et quia פַּסָּה *particulam* ſignificat, I. F. FISCHERUS in *Specim. Clavis Verſſ. graecarr. V. T.* p. 72. conjicit, verbum Hebraicum פָּסַס olim hanc vim habuiſſe, ut eſſet proprie *diſſecari in particulas;* deinde poneretur pro *minui, conſumi, deſinere eſſe,* ut fere conveniret cum אָפֵס, quo non dubitat, quin Aquila reſpexerit, quia τὸ אֶפֶס vertit per πέρας. Etiam Chaldaicam linguam juvare hanc ſententiam, nam פַּסְפֵּס Chaldaeis eſt *comminuere, discerpere.* Sed recte I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 2029. monet, eſſe diverſiſſima *minuere* numero, i. e. paucos facere, ac *comminuere,* in fruſta contundere. Non prius, ſed poſterius פַּסְפֵּס ſignificare; denominativum a פְּסִיפָס 1) *ſortes;* 2) *lapilli;* 3) *fruſta minuta.* Hinc Michaelis verbum Hebraicum explicandum cenſet II) e Syriaco ܦܣܐ, *ſors,* unde denominativum ܦܣܦܣ, et ܐܬܦܣ, *ſortitus eſt.* Hinc, verbo paſſive accepto, quam ſignificationem habitura ſit forma פֻּסַּס per Tſere, פַּסּוּ אֱמוּנִים vertit: *ſorte ducuntur,* i. e. moriuntur *fidi* ex ho-

hominibus; quod poetae morti urnam tribuere ſolerent. Hoc in verſione vernacula ſequutus, poſuit: *das Loos des Todes trifft die Redlichen, die noch unter den Menſchen ſind.* Eademque ſignificatio placet KOEHLERO, qui ſic vertit: *probi ſorte ablati ſunt* [*die Redlichen ſind herausgelooſet unter den Menſchen*]; collato illo HORATII *Od. LIII.* 1.

— — aequa lege neceſſitas
Sortitur inſignes et imos;
Omne capax movet urna nomen.

Quod mihi tamen quaeſitum videtur, neque verbo גָּמַר in hemiſtichio praecedente ſatis congruens. Aſſentior itaque IARCHIO, qui III) פָּסַס ejusdem cum אָפֵס ſignificationis eſſe ait, *deſiit, defecit.* Primigeniam poteſtatem eſſe: *exſpiravit*, in gemino Arabum فشّ oſtendit ALB. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Proverb.* XXVI, 20. p. 370. ſeq. Atque quemadmodum verbum illud Arabicum etiam uſurpatur de *ulceribus, tumoribus reſidentibus et evaneſcentibus*, ita Hebraicum hoc loco in univerſum *deficere* ſignificat. Senſus itaque eſt: nusquam tuta fides, omnes enim, ii etiam, quorum ego fide nitebar maxime, inſidias mihi comparant, ſtudioſe explorantes loca, ubi deliteſco, ut me Saulo prodant. אֱמוּנִים et *veritates* ſeu *fidelitates*, et *veraces* ſeu *fideles* poteſt ſignificare; ſed prius membrum, ubi eſt adjectivum, poſtulat, ut hic adjective ſumatur.

3. שָׁוְא יְדַבְּרוּ אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ *Vanum loquuntur unusquisque cum ſocio ſuo*, nulla nunc dictis fides, dum quisque aliud ſentit ac loquitur, et falſo blandiendo aliud ore promit, aliud intus claudit. שְׂפַת חֲלָקוֹת *Labium glabrarum, ſ. blandarum,* ſubaudi אמרות, *locutionum,* recte monente Aben-Eſra, ut Geneſ. XLII, 7. וַיְדַבֵּר אִתָּם קָשׁוֹת *locutus eſt cum eis dura verba.* Senſus: verbis utuntur ad alios ſpecioſis et blandis, ſed ficta ſunt, et ſubdola omnia. בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ *Cum corde et corde loquun-*

quuntur, quod bene IARCHI interpretatur: בשני לבבות לי מראים שלום ויש שנאה טמונה בלבם *duplici corde, quippe qui verbis amicitiam profiteantur, cum acerba odia intus occultent;* etenim מי שמראה בפיו שלבו טוב והוא רע הנה כשידבר ידבר בשני לבבות *qui ore probitatem et ingenuitatem prae ſe fert, intus autem pravam mentem gerit, is cum loquitur, haud aliter loquitur, ac ſi duo corda haberet,* ut KIMCHI inquit. Diverſitas vel duplicitas repetitione vocis denotari ſolet, ut Deut. XXV, 13. אֶבֶן וָאָבֶן *lapis et lapis,* i. e. diverſum pondus, et Vs. 14. אֵיפָה וְאֵיפָה. Sic 1 Paral. XII, 33. בְּלֹא לֵב וָלֵב *non corde et corde*, exponitur Vs. 38. בְּלֵבָב שָׁלֵם *integro corde.*

4. יַכְרֵת יְהוָה כָּל־שִׂפְתֵי חֲלָקוֹת *Exſcindat Iova omnia labia blandorum*, ſubaudi *eloquiorum* (vid. ad Verſ. praeced.), exſtirpet oris ſubdoli blandiloquentiam. לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדֹלוֹת *Linguam eloquentem magnas* ſcil. דברות, *res*, i. e. nil niſi alta crepantem de magnis viribus, opibus, item de grandibus contra probos et imbelles inſtitutis. Cf. Pſ. XXXI, 19. *Obmuteſcant labia falſiloqua, quae loquuntur contra innocentem dure, ſuperbe, et contemtim.*

5. אֲשֶׁר אָמְרוּ לִלְשֹׁנֵנוּ נַגְבִּיר *Qui dicunt: propter linguam noſtram robuſti erimus, ſ. praevalebimus*, nihil eſt, quod linguis noſtris perficere non queamus; eloquentia noſtra facile perſuadebimus, quidquid voluerimus. שְׂפָתֵינוּ אִתָּנוּ מִי אָדוֹן לָנוּ *Labia noſtra nobiscum ſunt,* nos adjuvant, *quis nobis dominus?* Lingua noſtra omnia efficere poſſumus, ut, qui innocentes ſunt, criminoſi videantur; neque quisquam eſt adeo probus, cui lingua noſtra non ſit pertimeſcenda. Tam invictis igitur armis muniti, quid nobis timendum eſt? cujusnam imperium et vires formidemus?

6. Promittit ſibi Davides ſalutem a Iehova, et quo efficacior ſit ſermo, Iehovam ipſum facit loquentem, et ſalutem promittentem. מִשֹּׁד עֲנִיִּים *Propter vaſtationem afflictorum,* commotus calamitate afflictorum, quam video. מֵאַנְקַת *Propter gemitum ſ. ejulatum*, ut ſcilicet opem eis feram:

feram: ac fi dicat: adhuc fum vifus connivere, nunc tandem furgam. אָשִׁית בְּיֵשַׁע יָפִיחַ לוֹ *Ponam in falute in quem fufflat* fcil. *fufflans* f. *impius*, i. e. qui faftu impiorum opprimitur. In his verbis interpretandis difficultus oritur e verbi יָפִיחַ ambiguitate, quod alii I) ad פַּח, *laqueus*, referunt, ut fignificet, *laqueum injicere*, *illaqueare*. Poteft autem, hac fignificatione admiffa, duplici modo explicari. 1) KIMCHI: מי שהרשע יפיח לו ויסבב ללכדו והוא העני אני אצילנו מידו ואשיתנו בישע וכן יפיחו קריה פירושו ישימו פח *Illum, cui improbus laqueos disponit, quemque ambit, ut eam capiat, i. e. afflictum, eripiam ex iftius poteftate, et in tuto conftituam. Eadem* laqueos disponendi *fignificatione verbum* פּוּחַ *occurrit Proverb. XXIX, 8. homines profani* יָפִיחוּ קִרְיָה, illaqueant *civitatem*. Quo ipfo loco tamen illa fignificatio perquam in dubio pofita eft, et a plerisque interpretibus rejicitur. 2) SIMEON DE MUIS ita vertit: *ponam in falute, laqueum injiciat illi:* quod hoc modo explicat: „Ironica eft conceffio, hoc fenfu: omnia experiatur Saul, nihil non tentet, moveat omnes machinas, tendat undique laqueos, ftruatque infidias, ego ipfum Davidem fervabo.“ Quae interpretatio hoc incommodo premitur, quod ex ea oratio eft imperfecta, quum non exprimatur, quis in tuto fit collocandus? ut taceam, fignificationem *laqueum injiciendi* perquam dubiam effe. Rectius itaque alii II) verbum noftrum ad פּוּחַ referunt, cujus primigenia poteftas eft in *fpirando*, cf. fupra not. ad Pf. X, 5. Sed hi etiam in varias partes discedunt. 1) Quum Proverb. VI, 19. XIV, 5. verbum פּוּחַ *eloqui* verti poffit [יָפִיחַ כְּזָבִים עֵד שָׁקֶר, *exfufflat*, i. e. profert, loquitur *mendacia teftis falfus*]; haud pauci, IARCHIO praeeunte, et hoc loco *loquendi* fignificationem adhibendam exiftimarunt; ut ita fit vertendum: *ponam* afflictos *in falutem; dicit* Iova *ei*, oppreffo; ut repetitio fit illius יֹאמַר יְהוָֹה, ad majorem auxilii promiffi certitudinem. Sed פּוּחַ, abfolute pofitum, non verti poffe *eloqui*, intelliget, qui illorum ex Prover-

biis

biis locorum rationem confideret. 2) LUDOVICUS DE DIEU, propria verbi notione retenta, ſic reddit: „*Ponam in ſalute; ſpiret ſibi*, nempe hoſtis. Diſtinctionem illam confirmat Rebia in בְּיֵשַׁע, et ſenſus congruit, q. d. Spiret hoſtis, quantum velit [ſicut Saul, Act. IX, 1. *ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, ſpirans minas et caedes*], non impediet, quo minus eos in ſalute ponam. Vel ſic: *ſpirabit ſibi* [hoſtis], prae ira et fremitu ob ſalutem illis collatam.“ 3) ALBERT. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Proverb.* XII, 17. p. 115. ita vertendum eſſe ait: „*Ponam in laxitate*, quae *reſpiret ſibi*, quae ampliſſimis gaudeat ſpatiis, bonisque: vel etiam: *ponam in laxitate; reſpirabit ſibi*, nempe oppreſſus omnis.“ 4) VENEMA: „*ponam in ſalute*, quae *reſpirationem ei praebeat.* יָפִיחַ לוֹ enim ad אֲשֶׁר pertinet, et per ellipſin *τοῦ* אֲשֶׁר cum יֵשַׁע connecti debet, ut ſenſus ſit: ſalutis ſtatum, in quo ponerentur, ipſis exſpiraturis laxitatem allaturum, qua *reſpirare* poſſent. Phraſis יָפִיחַ לָךְ Arab. eſt pro *reſpiratio ſit tibi*, Deus te omni felicitate mactet.“ Nobis facillimus videtur ſenſus, ſi 5) ſubaudito אֲשֶׁר ita vertatur: *in tuto conſtituam, in quem ſufflat*, ſcil. *ſufflans*, ſ. impius, i. e. qui opprimitur, quod Piſcator praeivit, quem et Dathius ſequutus eſt. יֵשַׁע propr. *locus amplus*, ſpatioſus, pro *ſecuritate*, cf. not. ad Pſ. IV, 1. p. 87. Alexandrinus interpres verba poſtrema, יָפִיחַ לוֹ ita reddit: *παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ*, quod AGELLIUS recte hoc modo interpretatur: „*libere defendam*, aperte tuebor, illi patrocinabor. Videtur hoc verbum proprium eſſe judicis, aut advocati, reum defendentis. Vulgatus *ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo* poſuit; *in eo* autem aut *ſalutari* intelligendum eſt; ut ſit, illud ſalutare, ſeu illam ſalutem aperte et manifeſte et clare tribuam, ut Symmachus tranſtulit: *τάξω σωτήριον ἐμφανές, ſtatuam ſalutare manifeſtum:* aut *in eo*, paupere accipiendum eſt, ut ſenſus ſit: libere et fiducialiter defendam et tuebor hujusmodi pauperes. Illud advertendum, Alexandrinum non legiſſe יָפִיחַ,

ſed

ſed אוֹפִיעַ, et quidem prima perſona.“ Quod ipſum etiam Michaelis et Koehlerus conjiciunt, atque confirmant eo, quod Alexandrinus Pſ. XCIV, 1., ubi in Hebraeo verbum הוֹפִיעַ legitur, eodem illo *παρρησιάζεσθαι* utitur. Accedit Syrus, qui vertit ܘܐܥܒܕ ܦܘܪܩܢܐ ܓܠܝܐܝܬ *et faciam ſalutem manifeſte*, quomodo הוֹפִיעַ et Pſ. LXXX, 2. XCIV, 1. interpretatus eſt.

7. Verba promiſſaque Iovae (אִמְרוֹת יְהוָֹה), quae ſuperius poſuit, auxilium, ſalutem, patrocinium afflictorum promittentia, ejusmodi eſſe dicit, ut omnino factis ipſis exhibenda ſint; nihil enim habent falſitatis, tanquam impurioris materiae admixtum, ſunt אֲמָרוֹת טְהֹרוֹת *eloquia munda*, hoc eſt vera, atque ab omni mendacii ſorde ac ſcoriis pura, ſuntque veluti כֶּסֶף צָרוּף *argentum eliquatum*, ſ. depurgatum, צָרַף enim eſt metallicorum, ſcorias igne ſeparantium, ut patet ex Pſ. LXVI, 10. Eſai. XLVIII, 10. Ierem. VI, 29. In exponendis verbis בַּעֲלִיל לָאָרֶץ difficultatem creat vocabulum prius, *ἅπαξ λεγόμενον*. I) Quidam pro nomine habent, quod ſignificatione cum בַּעַל, *dominus*, conveniat. Inter quos 1) primo nominandus Aben-Eſra, qui haec notat: מלת בעליל כפול הלמ״ד כְּדרך סגריר והוא מגז׳ בעל הארץ שהוא אדוניה ויהיה כסף צרוף כסף אדוני הארץ *Vocabulum* בַּעֲלִיל, *geminato Lamed, ad formam* סַגְרִיר (pluvia, Proverb. XXVII, 15.), *ejusdem cum* בַּעַל *ſignificationis eſt;* בַּעַל הָאָרֶץ *vero eſt* dominus terrae, *ſuntque igitur haec verba ſic capienda: argentum depuratum, argentum domini terrae.* Quem ſenſum VATABLUS ita expoſuit: „verbum Iovae eſt inſtar argenti puriſſimi, quod exacte ſummaque arte et cura omni faece purgatum eſt, non in uſum vulgarem, ſed principis terrae.“ Alia ratione 2) KIMCHI: הבית שרשית והלמד כפולה בשקל סגריר ופירושו אדון הארץ ושבה המלה כנגד השם יתברך שאמר בתחלה אמרות יי׳ אמרות טהרות אמר כי אמרותיו כסף צרוף מאדון הארץ שהוא השם יתברך שהוא צרף וזקק אותם ולמד לארץ כלמד

כלמד הרגו לאבנר השלישי לאבשלום או תהיה במקום הא חידיעה *Litera* Beth *in* בַּעֲלִיל *eſt radicalis*, *ac* Lamed *eſt geminata*, *ad formam* סַגְרִיר; *ſignificatur* dominus terrae, *quo* Deus *intelligitur*; *etenim quum ſub Verſus initio divina eloquia pura dixiſſet*, *nunc ſubdit*, *eſſe ea inſtar argenti ab ipſo* (Iova) *liquati et depurati.* Lamed *vero* ante ארץ *ſive* redundat, ut 2 Sam. III, 3. 1. Paral. III, 2., *ſive loco* He demonſtrativi *poſitum eſt.* II) Quum A. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Prov.* p. 475. verbo בעל, بعل, *turgendi* et *extrudendi* notionem vindicare ſtuderet; D. A. WALRAVEN, a Scheidio in Diſſertat. ad Cantic. Hiskiae p. 104. laudatus, noſtrum בַּעֲלִיל Participium paſſivum Conjugationis *Pihlel* eſſe putat, vertendumque: *terrae cum turgore extruſum*, quo indicetur nobilius illud argenti genus, quod ſponte ſua ex terra promicet et extrudatur, *ἄπυρον.* Quae interpretatio tamen fundamento prorſus eſt deſtituta, quum illa *turgendi* ſignificatio ſit commentitia, atque ſoli Schultenſii ingenio debeatur. Sed longe plerisque III) litera ב eſt praefixum nomini עֲלִיל in quo explicando tamen magna ſententiarum eſt diverſitas. 1) Haud pauci *catinum terrae*, i. e. terreum, ſignificari putant, Chaldaei interpretis auctoritate, qui בְּכוּרָא עַל אַרְעָא poſuit. De qua interpretatione I. H. VERSCHUIR in literis ad Venemam datis, hujusque Commentario p. 392. not. inſertis, haec diſſerit: „Vocabuli עֲלִיל, alibi nuspiam reperti, veram ſignificationem ignorantes interpretes ex verbo צָרַף, ſaepius de *metalli purgatione* uſurpato, illud exponendum conjecerunt de *catino*, ſeu inſtrumento, quo metalla purgantur, nec infelix videtur conjectura; namque Arabum عَلَّ et غَلَّ ſi conſulamus, apparet, notiones *fuſionis* et *fluxionis* in his verbis reperiri; potuit itaque עֲלִיל notare *χωνευτήριον*, *fornacem*, *catinum*, aut aliud inſtrumentum, in quo metalla eliquantur, fundun-

duntur, et conflantur; quemadmodum enim *χωνευτήριον* a *χέω* vel *χόω*, *fundo*, ita עֲלִיל a עָלַל, cui ineſt notio *fundendi* et liquoris *fuſi*. Sed in eo erraſſe videntur, quod vocem לָאָרֶץ putaverunt exprimere *materiam* catini *terream figulinam*, quaſi עֲלִיל לָאָרֶץ eſſet *catinus terreus*. Multis ſane haec verſio laborat incommodis: *primo* non apparet, quid hoc ad rem faciat, ut catinus dicatur ex terra paratus pro argento purgando, *dein* durum eſt, particulam ל ita accipere, ut notet materiam, ex qua vas aliquod paratum eſt, non enim Hebraei dicunt כְּלִי לְכֶסֶף pro *vaſe argenteo*, ſed כְּלִי כֶסֶף ſine ל; *denique* alienum eſt ab uſu vocis אֶרֶץ, ut notet *argillam*, ex qua teſtacea parantur. Quid ergo? mihi nil aliud ſuppetit, quam ut phraſis כֶּסֶף צָרוּף בַּעֲלִיל לָאָרֶץ reddatur *argentum*, *purgatum in χονευτηρίῳ in uſum terrae*, ſeu incolarum terrae; ita enim abſolute vox אֶרֶץ ſumitur, veluti Geneſ. XI, 1, ל non *genitivi*, ſed *dativi*, ſignum erit, nec illud additamentum לָאָרֶץ ſupervacuum eſt, ſenſus bene ſe habet: ſubinnuitur, puriſſima Dei promiſſa hominibus aeque utilia eſſe, ac argentum purgatiſſimum.“ Quod quam quaeſitum ſit, ſponte quisque intelliget; taceo, ſignificationem *catini*, voci עֲלִיל tributam, perquam incertam eſſe, atque etymologicis tantummodo conjecturis niti. Quod ipſum valet 2) de H. E. G. PAULI ſententia, qui *catini* ſignificatum voci עֲלִיל vindicare ſtudet ex Arabum غَلَّ *immiſit*, *indidit* rem rei, ut illa indicetur *vas cui quid inditur*, ut verba בַּעֲלִיל (אֲשֶׁר) לָאָרֶץ ita ſint exponenda: *in catino* qui *terrae imponitur*, i. e. obtegitur, uti facere ſolent chymici ad calorem continendum. Nova eſt 3) NIC. GUIL. SCHROEDERI ſententia, quam Verſchuir l. c. attulit. Suſpicatur ille, עֲלִיל proprie notaſſe *venam fontis jugiter manantis* ab غَلَّ, עלל, *haurire iterum iterumque*, et inde translatum eſſe ad *venam metallicam* in terra latentem; ut עֲלִיל לָאָרֶץ ſit *vena*, quae eſt *terrae*, id eſt,

quam

quam terra in ſuo ſinu habet, et *argentum purgatum in vena terrae* ſit argentum nobilius, quod ipſa terra in ſuis venis ad plenam maturitatem perduxit, et a ſcoriis purgavit; quoniam autem vel ſic aliquid ſordium praeſtantiori tali argento adhaerere ſolet, ideo addit: מְזֻקָּק שִׁבְעָתָיִם, *percolatum ſepties.* Verum illa *venae metallicae* ſignificatio, quam nomini עֲלִיל tribuit Schroederus, etymo perquam incerto nititur. 4) Quum in Talmude עִלָּה *laudare, laudibus efferre* ſignificet; quidam inter Hebraeos interpretes a Iarchio et Salomone Melechide commemorati, בַּעֲלִיל לָאָרֶץ explicant: במשובח שבעפר ובעליון שבו כי כורי חמצרוף יעשה אדם מן העפר המשובח *in laudatiſſimo praeſtantiſſimoque argillae genere, etenim ea catini, in quibus argentum purgatur, ſolent conſici.* Verum אֶרֶץ de *argilla*, ex qua teſtacea ſiant, non uſurpari, recte ſupra Verſchuir monuit. *Catini argillacei* ſignificationem WEPLERUS quidem (in *den Philolog. und krit. Fragmenten*, Part. I. p. 38.) linguae Arabicae uſu firmare ſtuduit, ad Corani Cap. XIII, Vs. 18. provocans, ubi propheta, de metallis igne excoquendis loquutus dicit, *ſpumam auferri, ſed quod hominibus inſerviat, remanere* فِي الارض, quod Weplerus *in catino teſtaceo* vertendum opinatur, quum tamen *in fundo*, ſcil. *vaſis* ſit reddendum, qua ſignificatione nomen illud ſaepiſſime apud Arabes occurrit. *Catini* notio plane eſt commentitia. 5) Antiquiores Hebraei interpretes, inter quos IARCHI, פירשו בעליל במקום הנראה והנגלה כאמרם בין שנראה בעליל ואמרו מאי משמע דהאי עליל לישנא דגלויי הוא *vocem* בַּעֲלִיל *manifeſti* et *conſpicui* ſignificatione accipiunt, quemadmodum hoc Tractatus Talmudici de *initio anni* (ראש השנה) loco: *ſive manifeſte* (בעליל) *luna conſpiciatur, ſive non manifeſte.* Sic igitur כֶּסֶף בַּעֲלִיל לָאָרֶץ eſſet argentum nativum, *ἄπυρον*, quod ſponte ſua e terra promicat. Sed tale argentum cur *ſepties percolatur*, quod ſtatim ſubjungitur, non facile intelligitur. 6) ALB. SCHULTENSIUS in

in *Origg. Hebrr.* L. I. C. VI. p. 104. ex Arabum علل, *repetitis vicibus haurire*, עֲלִיל *hauſtionem* vertit, totumque locum ſic reddit: *argentum conflatum iterum, tertio, ſaepius exhauſta terra*, i. e. argentum, ex quo omnes terreae particulae, omnes faeces ſordesque ſublatae ſunt. Idem probant Venema, Doederlein, Dathius, alii, explicantque ex antiqua ratione metalla purgandi, qua in partes minutiſſimas diſſecta, a partibus terreis purgabantur. Interpretatio etymologia extorta! 7) ANT. DRIESSEN in *Specim. Obſervatt. in quaedam V. T. loca*, Groning. 1774. (in *Sylloge Diſſertatt. ſub Schultenſſ. et Schroederi praeſidio defenſarr.* P. II. p. 1089.) hanc loci noſtri interpretandi rationem in medium protulit: „Apud Arabes Thema أرض binas habet ſignificationes, e diametro ſibi oppoſitas; notat enim *ſordibus infectum eſſe*, et contra, *purum, mundum eſſe*. Utrumque puto ex nomine אֶרֶץ, أرض, *terra* eſſe deductum, ut prius ſit, adhaerente terra ſordibusque obductum eſſe, quemadmodum in radice عفر ex notione *pulveris* vis eſt *pulvere obducendi*; alterum autem, *a terra, ſordibusque repurgatum*, et quaſi *deterratum* eſſe. Hinc אֶרֶץ eſſet nomen actionis, *ipſum metallorum a partibus terrae repurgandi actum* denotans, quod forſan antiquitus, ad diſtinctionem a vulgato אֶרֶץ aliis punctis vocalibus fuit elatum. Hanc notionem ſi adoptemus, omnia ſatis erunt liquida. *Verba Iehovae ſunt verba pura*

כֶּסֶף צָרוּף בַּעֲלִיל
לָאָרֶץ מְזֻקָּק שִׁבְעָתָיִם

Argentum conflatum in fornace,
Ad purgationem a terra eliquatum ſepties."

Sed voci בַּעֲלִיל *fornacis* notio ſine ratione affingitur, atque nomen אֶרֶץ, locis tam innumeris *terrae* notione occurrens, hoc ſolo loco alia ſignificatione uſurpari, vix cogitari poteſt. In vocis בַּעֲלִיל explicatione propius ad veritatem

tatem accedere videtur 8) L. D. MICHAELIS, dum, Coccejo praeeunte, ad fignificationem *faciendi, operandi* referens (quam verbum עָלַל apud Hebraeos obtinuiffe exempla complura probant), *officinam* vertit. Sed quod locum fic interpretatur: *argentum in officina terrae purgatum*, i. e. ἄπυρον (in *Supplemm.* p. 1915.); cum eo, quod fubjungitur, מְזֻקָּק שִׁבְעָתָיִם, non fatis congruit 9) Aptiffimus fenfus prodire videtur, fi עֲלִיל five *officinae*, five *operationis* notione adfumta, quae verbi Hebraici עָלַל ufu nititur (unde עֲלִילָה *opus*), verba noftra fic vertamus: *argentum purgatum in officina, f. operatione; quod ad terram attinet*, five, *ratione terrae*, partium terrearum, i. e. argentum fordibus terreis defaecatum. De illa praefixi *Lamed* vi jam faepius monuimus, et cf. STORRII *Obfervatt.* p. 283. feq. Veteres interpretes fententiae fummam tantummodo expreff erunt. Alexandrinus: *δόκιμον τῇ γῇ*· Vulgatus: *probatum terrae*; Hieronymus in fua verfione: *feparatum a terra*; Aquila: *χωροῦν τῇ γῇ*, *fecedens a terra*, fenfu haud dubie eodem; ὁ Ἑβραῖος in Hexaplis citatus: *τὸ ῥέον ἐν τῇ γῇ*, *argentum fluens in terra*, i. e. in ipfa terra liquatum. Syrus: ܣܐܡܐ ܓܒܝܐ ܕܒܚܝܪ ܒܐܪܥܐ *argentum felectum quod probatum* eft *in terra*. KOEHLERUS exiftimat, antiquos interpretes non legiffe בַּעֲלִיל, fubftantivum cum praepofitione, fed adjectivum, fortaffe בחור, vel נבחר הארץ, Syri potiffimum auctoritate permotus. Quod tamen a lectione recepta non folum longius recedit, verum et fenfum multo minus aptiorem videtur reddere, quam is eft, quem nos fupra e lectione recepta eruimus. מְזֻקָּק שִׁבְעָתָיִם *Percolatum*, defaecatum *feptuplum* i. e. KIMCHIO explicante, פעמים רבות כפולות כי מספר שבע ושבעה יבא בענין מספר רב *multoties, nam feptenarius numerus pro magno ufurpari folet*, exempla adfert Salomon Melechides Levit. XXVI, 24. *Percutiam vos* שֶׁבַע fepties *propter peccata veftra.* Cf. Prov. XXIV, 16. Genef. IV, 15.

8. אַתָּה־יְהוָה תִּשְׁמְרֵם *Tu, Iova, servabis* five *eos*, h. e. inopes, five, ut fuffixum cum Aben-Efra ad אמרות השם *eloquentia divina* referatur, *ea*, promiffa; factis comprobabis, vera effe, et ab omni falfitate remota. תִּצְּרֶנּוּ *Servabis eum*, h. e. unumquemque eorum, *eos*; nomen enim vel pronomen fingulare cum alio plurali junctum, *distributive* explicandum effe, notum. KIMCHI: לשון יחיד על כל עני ועני או על כל צדיק וצדיק *Singularis de unoquoque inope, vel probo eft explicandus.* Supervacanea itaque eft VOGELII crifis, qui in *Vatabli Grotiique Nott. in Pfalmos* a fe editt. p. 42. hanc adfperfit notulam: „Veteres interpretes variant. Chaldaeus legiffe videtur תצרמו vel תצרם. LXX. Vulgatus et Arabs praecedens תשמרם verterunt ad noftrum תשמרנו-תצרנו. Syrus legit תצרני. Sed optima erit lectio Chaldaei, five fuerit conjectura ipfius, five fit vera lectio; cum prius membrum eam poftulet, ipfaque in praecedentem orationem multo melius, quam mafforethica lectio quadret." Sed hos interpretes, Syrum fi excipias, fuffixa ideo permutaffe, ut oratio facilius fluat, facile quisque videt. Neque neceffe eft, ut *undecim* codicum Roffii auctoritate תִּצְּרֵנוּ *ferves nos* legamus, quod Michaelis et Dathius lectioni receptae praeferunt. Verborum ultimorum, מִן־הַדּוֹר זוּ לְעוֹלָם, fenfus poteft effe duplex. 1) Aut enim fic accipiendum eft: *ferves eum ab hac generatione*, i. e. ab hujus noftri feculi perverfis hominibus, qui inopes ac innocentes affligunt, eosque linguae viribus et calumniis opprimunt; aut 2) durationem tantummodo temporis fignificat, ab hoc feculo usque in aeternum nos tuearis.

9. סָבִיב רְשָׁעִים יִתְהַלָּכוּן *In circuitu impii ambulant.* Recte KIMCHI: הרשעים יתהלכון סביב לצדיקים להרע להם לפיכך צריך שתשמרם מהם. *Quoniam improbi homines circum pios obambulant, ut eos injuria afficiant, ideo neceffe eft, hos ab illis ferves.* In explicandis verbis כְּרֻם זֻלּוּת לִבְנֵי אָדָם magna diverfitas eft. Ut ab antiquiffimis ordiamur, 1) Alexandrini fic vertunt: κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπο-

ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· pro tua altitudine extuliſti, ſublevaſti multum *homines*, maximam inopum curam geris. Cujus verſionis non facile rationem idoneam reddideris, niſi interpretem illum in ſuo codice aliter legiſſe ſumas, quum verbum זָלַל, quod cum Arabico ذَلَّ convenit, alias ταπεινοῦν vel ἀτιμοῦν reddere ſoleret. HUBIGANTIUS eum כרמך לויח, *ſecundum altitudinem tuam adhaeſiſti*, ſ. multam curam habuiſti, legiſſe conjicit; ſed, ut ipſe ſubdit, incommode et mendoſe. Rectius AGELLIUS et SIMEON DE MUIS Alexandrinum דִּלִּיתָ in ſuo codice reperiſſe obſervant; quod verbum *ſublevandi* notione Pſ. XXX, 2. occurrit. In eandem cogitationem incidit etiam KOEHLERUS, qui codicis Alexandrini interpretis lectionem ita conſtituit: כְּרֻמְךָ דִּלִּיתָ בְּנֵי אָדָם. FISCHERUS tamen in *Specim. Clav. Verſſ. Graearr.* V. T. p. 56. etſi non neſcire ait, in Gloſſar. Heſych. gloſſam reperiri hanc, ad noſtrum haud dubie locum ſpectantem: ἐπολυώρησας· πολὺ ἔφυξας· nihilominus verbum hoc loco idem opinatur valere, quod εὐωρεῖν, *non curare, nullam rationem habere*, putatque Alexandrinum legiſſe זִלּוֹתָ. — 2) Chaldaei verſio eſt talis: *circum circum impii obambulant*, כַּעֲלוּקָא דְּמַצְצָא דְּבְנֵי נָשָׁא *ſicut ſanguiſuga, quae exſugit ſanguinem hominum*. „Quod quo referam," inquit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. L. V. C. XIX. (Tom. III. p. 786. ed. Lipſ.), „non ſatis ſcio, niſi impios, quorum viae ſunt obliquae et flexuoſae, ideo cum ſanguiſuga conferri poſſe putaverit ille interpres, quia hirudinum greſſus ſpecies eſt volutationis, quam voce maxime propria Graeci ἰλύσπασιν, et ἰλύσπωμα vocant, a verbo ἰλυσπᾶσθαι, quia, poſtquam priore parte proceſſerunt, poſteriorem ad illam ſe convolvendo trahunt, ita ut videantur arcuatim et annulatim progredi. — — Quod inceſſus genus, cum non poſſit non eſſe ſinuoſum, utcunque exprimit impiorum artes, qui non recto, ſed oblique et per ambages feruntur." Cauſſam vero illius inter-

terpretationis BOCHARTUS reddit hanc: „זולל, unde זלות, *vilitas*, non folum *vilem hominem*, fed et *epulonem* ac *comeffatorem* fignificat. Hinc זלות *vorare* et *epulari* reddidt, tanquam Infinitivum verbi זלל. Quomodo fit חנות, *mifereri*, a verbo חנן, Pf. LXXVII, 10. Item pro כרם, per *res*, id eft, *cum exaltatur*, legit כדם, per *daleth*. Sic כְּדָם זלות fonaret: *ficut fanguinem vorare*, id eft, *ficut fanguinem vorans*, vel, *ficut quae fanguinem vorat filiorum hominum*. Prout Infinitivus faepe pro Participio fumitur, ut Iof. III, 17. *Stabant facerdotes* etc. *in medio Iordane* הכן, *firmari*, id eft, מוכנים *firmati*. Habac. II, 15. *Vae potum danti focio fuo*, *et etiam* שכר, *inebriare*, i. e. inebrianti. Haec porro verba, כדם זלות, *ut quae fanguinem vorat hominum*, fic accepta funt ab illo interprete, quafi pertinerent ad *fanguifugae* defcriptionem.“ Cujus Bochartianae obfervationis fi meminiffet KOEHLERUS, eum vix fcripfiffe putem (in *Repertor*. P. III. p. 75.), Chaldaeum רִם ejusdem cum רִמָּה, *vermis*, fignificationis exiftimaffe. 3) Aquila fic vertit: κατὰ τὸ ὕψος εὐωνισμένοι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων *quanta eft eorum fuperbia atque infolentia*, *tantus erit contemtus eorum apud omnes*, ut FISCHERUS l. c. explicat, qui interpretem hunc זלות aut זָלוּת legiffe putat. 4) Syrus: *Circumeunt impii etam bulant*, ܐܝܟ ܪܘܡܐ ܕܫܝܛܐ ܕܒܢ̈ܝ ܐܕܘܡ *ficut altitudo vilis filiorum Edom*, quafi אֱדֹם etuliffet. Sed KOEHLERUS illum ܐܢܫܐ, *hominis*, fcripfiffe cenfet. 5) IARCHI locum noftrum hoc modo interpretatur: מקנאתם שעינם רעה בגדולתי שנלקחתי מאחרי הצאן למלך וזהו פתרון כרום זלות לבני אדם כשמתרומם איש הזולל בעיני בני אדם וזהו דוגמא האמור במקום אחר אֶבֶן מָאֲסוּ הַבּוֹנִים הָיְתָה לְראשׁ פִּנָּה „Impii invidia crepant, quum homo infimae fortis evehitur [in cujus perniciem tunc undique confpirant], quod certe in me, qui ex paftore rex fum factus, quotidie experior. Etenim זְלוּת לִבְנֵי אָדָם, *vilitas filiis hominum*, eft ejusmodi homo, qui ab aliis vilis

lis aeſtimatur. Quemadmodum Davides Pſ. CXVIII, 22. de ſe ait: *lapis, quem architecti reiecerunt, factus eſt lapis angularis.*“ Eodem ſenſu verba noſtra accipit Aben-Eſra, niſi quod ita vertit: quum exaltantur *viri vilitatis*, nam ad זֻלּוּת ſubaudiendum eſſe vult אַנְשֵׁי. Profert ſimiles ellipſes ex Ieſ. III, 25. *Viri tui enſe cadent* וּגְבוּרָתֵךְ *et viri fortitudinis tuae in proelio*, atque ex Ezech. II, 8. et Pſ. CIX, 4. Poſſit tamen hoc loco abſtractum pro concreto poſitum eſſe. Plerisque placet 6) KIMCHI explicatio: כשיתרוממו הרשעים הוא זלות ושפלות לבני אדם *cum exaltantur impii, vilitas eſt hominibus*, jacent ceteri homines; ut hic ſit ſenſus, florere impios et libere ſe diffundere, cum exaltantur homines nihili, quibus graſſanti malo ſe opponere, et unumquemque intra officii ſui fines coërcere, nulla cura eſt. זֻלּוּת eſt הפך הכבוד *oppoſitum honoris*, ut Kimchi inquit, ſive, ut SALOMON MELECHIDES explicat, קלות ובזון *vilipendium et contemtus*, qui et locum parallelum adfert Prov. XXIX, 2. בִּמְשֹׁל רָשָׁע יֵאָנַח עָם *cum dominatur improbus, ſuspirat populus.* Adde Vs. 16. בִּרְבוֹת רְשָׁעִים יִרְבֶּה־פָּשַׁע *cum praevalent improbi, praevalent peccata.* In eundem ſenſum Symmachus: (ubique obambulant improbi) *ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, cum hominum viliſſimi evehuntur.* Senſus tamen non minus aptus prodibit, ſi 7) cum Geſenio in Lexico זֻלּוּת *tremoris* notione capias, collato Arabum زَلْزَالٌ a زَلْزَلَ *commovit, tremore affecit*, quomodo verbum זָלַל et Jeſai. LXIV, 1. capiendum fuerit. A reliquis omnibus recedit 8) I. D. MICHAELIS, cui רֻם eſt Infinitivus verbi רָמַם, *verminare* (a רִמָּה, *vermis*), coll. Exod. XVI, 20. וַיָּרֻם תּוֹלָעִים. Hinc totum verſum ſic vertit: *ubique improbi obambulant, ac ſi vilitas*, i. e. nequiſſimi *hominum, vermium inſtar proreperet* (*Ueberall gehen Ungerechte herum, als wenn die Schande der Menſchen dem Gewürm gleich auskröche*). Quod et Mendeli fil. atque Muntinghio placuit. Verum *verminandi* notio illo Exodi loco perquam incerta eſt. Imago autem ipſa parum elegans eſt, et neſcio quid inſoliti habet.

PSAL-

PSALMVS DECIMVS TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Davides, aut ſi quis alius, qui hoc carmine loquens inducitur, magnis quibusdam aerumnis conflictatus, ac veluti circumventus ingentibus periculis, ad Iovam cum extraordinaria aliqua animi vehementia recurrit, ejus auxilium imploraturus; quod ſub finem certiſſime ſe ſperare diſertis verbis teſtificatur.

De tempore et occaſione hujus Pſalmi RUDINGERUS ita disſeruit: „Referri poteſt hic Pſalmus ad exilia, quae ſub Saule pertulit, quorum miſeriis et curis continentibus fractus (et non proeliorum cladibus, ut aliqui putant; quae et cum Rex eſſet, nulla geſſit infeliciter) queretur ad Deum, quod tam diu differat auxilium ſuum, et petet ab eo liberationem a Saule et perſecutionibus hujus. — In magna quidem aegritudine, et quae paene exanimarit eum, haec precatum poetam, verba Pſalmi oſtendunt. Et ſi Saulici temporis Pſalmum facimus, vel ad Miſpehenſe tem-

tempus, vel antequam ad Achim regem Gatham cum exercitu ſeu cohorte deſcenderet, referri poterit; ad Miſpeheſia tamen magis. Quodſi particulae: *quousque; perpetuo; quamdiu;* in primo et ſecundo Verſu urgentur, nulli tempori convenientior erit, quam ei, quod exilium e terra Iſraëlica tertium, id eſt, ad Achim regem fugam ſecundam, proxime praeceſſit; tum enim aliquot annorum exilium pertulerat, neque ullum locum in terra Iſraëlica reperit amplius, cui ſe crederet, cum in deſertiſſimas ſolitudines ter eum jam eſſet perſequutus Saulus cum exercitu, neque apud Moabitas conſiſtere potuiſſet. Poſt tertiam igitur expeditionem Sauli, cum non reperiret, quid ſaceret, haec orare potuit, inprimis quod eſt in Verſu ſecundo. Simpliciſſimum tamen fuerit, hunc etiam Pſalmum *Abſolonicis* aggregare.“ Sed quam vagae ſint conjecturae iſtae omnes, quum nulla earum argumento aliquo *certo* in carmine obvio nitatur, unusquisque intelliget ipſe. Nos quidem nulli dubitamus cum de Wettio noſtrum ſacere quod Iarchi tradit, contineri hoc Pſalmo communes totius populi oppreſſi preces. Videtur autem huic et Pſalmis pluribus aliis ſimilis argumenti *Davidis* nomen praepoſitum, quod rex ille, multis ipſe aerumnis et periculis conflictatus, talis cogitaretur, qui totius populi ſui perſonam commode ſuſtineret.

2. עַד־אָנָה

2. עַד־אָנָה יְהוָה תִּשְׁכָּחֵנִי נֶצַח *Usquequo, Iova, oblivifceris mei prorfus?* curam mei abiicies, differes auxilium ac talem te mihi exhibebis, ac fi mei prorfus effes oblitus? עַד־אָנָה תַּסְתִּיר אֶת־פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי *Quousque abfcondes faciem tuam a me,* h. e. non me dignaberis adfpectu, imo vultum a me avertes. *Avertere* autem *faciem*, irati cujuspiam eft, cum affligi finit, neque refpicere vult afflictum.

3. עַד־אָנָה אָשִׁית עֵצוֹת בְּנַפְשִׁי *Quamdiu ponam confilia in anima mea?* confilia inibo apud me? *Ponere confilia in animo* dicitur, qui confilia quaerit, quibus periculum evadat. Senfus eft: quousque anxius, et dubius rerum agendarum apud me confilia inibo, ut rationem inveniam, quo a tot periculis liberer? יָגוֹן בִּלְבָבִי יוֹמָם *et dolorem in corde meo interdiu?* quam ultimam vocem KIMCHI fic interpretatur: אפי׳ היום שאדם מתעסק בצרכי העולם ושוכח יגונו אני לא כן כי רבות אנחותי *Interdiu etiam, quando alioquin mortales, negotiis addicti, fuarum curarum oblivifci folent; nam usque adeo multi funt dolores mei, ut ex animo numquam recedant.* Eum fenfum AMYRALDUS paraphrafi ita expreffit: non folum de nocte, quo tempore filentium et tenebrae omni genere moleftarum idearum miferos mortales terrent atque conturbant; fed etiam de die, qui folet mentem a moleftis cogitationibus nonnihil abducere, femper plenus fum angorum et formidinum acerrimarum. Sed videtur potius fignificari *toto die.* — עַד־אָנָה יָרוּם אֹיְבִי עָלָי *Quamdiu exaltabitur hoftis fuper me?* i. e. ut recte KIMCHI interpretatur, שהוא מושל בי, *mihi* et fortunis meis *dominabitur?*

4. הַבִּיטָה *Refpice,* כנגד מה שאמר הסתיר את פניך ממני *oppofitum eft illi quod carminis initio dixerat, abfcondis faciem tuam a me,* ut Kimchi obfervat: quafi diceret: tu, qui hactenus vifus es vultum a me avertiffe: nunc tempus eft, ut ad me oculos et aures convertas. הָאִירָה

עֵינַי

עֵינַי *Illumina* me reſpiciendo *oculos meos*, tot miſeriis ac calamitatibus, veluti tenebris, obcaecatos. „Ratio forſan hujus metaphorae eſt,“ inquit SIMEON DE MUIS, „quod in rebus proſperis et ad voluntatem fluentibus, omnia apparent lucida, ac ſplendida magis, quippe ſpiritibus ipſis tunc lucidioribus; contra vero in calamitatibus, ſpiritibus perturbatis, oculi caligant; ideoque tunc adſpectus omnium rerum ſqualidior, et videntur cuncta tenebris involvi.“ פֶּן־אִישַׁן הַמָּוֶת *Ne dormiam* dormitionem ſ. ſomnum *mortis;* ante הַמָּוֶת ſubaudiendum eſt שֵׁנַת, ut recte obſervat Aben-Eſra, כי שמות בכח הפועלים *ſiquidem nomina in vi* ſeu virtute *verborum,* h. e. nomina verbalia in ipſis verbis includuntur. Senſus itaque eſt: tenebras dispelle tribulationum mearum, quae me prope enecant, ne eis ſuccumbam. Alius interpretationis verborum הָאִירָה עֵינַי פֶּן־אִישַׁן הַמָּוֶת VATABLUS mentionem facit: „dona mihi vigilantiam et cautionem, ne imprudens incidam in manus hoſtis mei et interficiar, dormiam, non eum ſomnum, quo reparantur vires, et membra feſſa levantur, ſed qui eſt mors.“

5. פֶּן־יֹאמַר אֹיְבִי יְכָלְתִּיו *Ne dicat hoſtis meus: praevalui ei,* ne me cadente glorietur, et ſe viciſſe gaudeat, et inſultet victo, proſtratumque etiam ſuperbis arrogantibusque verbis obterat. יְכָלְתִּיו, Aben-Eſra monente, pro יְכָלְתִּי לוֹ poſitum eſt, ut Nehem. IX, 28. וַיִּזְעָקוּךָ pro וַיִּזְעֲקוּ אֵלֶיךָ, *clamarunt ad te.* צָרַי יָגִילוּ כִּי אֶמּוֹט *Neque inimici mei exultent, ubi motus fuero.* Verbum מוט, *moveri, vacillari,* ſaepe in Pſalmis uſurpari ſolet, cum in diſcrimen aliquod et periculum maximum quispiam adducitur; metaphora ab iis ſumta, qui in praerupto et lubrico loco verſantur, ut, ſi ab anguſta ſemita vel tantillum pes exceſſerit, praecipites ruant. Senſus itaque eſt: ne, ſi praeceps in periculum ac diſcrimen vitae ruero, inimici mei laetentur.

6. וַאֲנִי

6. וַאֲנִי בְּחַסְדְּךָ בָטַחְתִּי *Ego vero in mifericordia*, bonitate, *tua fiduciam pono*, fpero; quafi diceret: ita, obfecro, mecum age, ut precatus fum, nam ego fpero in te. לִבִּי בִּישׁוּעָתֶךָ *Exultabit cor meum in falute tua,* i. e. quum falutem mihi attuleris. אָשִׁירָה לַיהוָה כִּי גָמַל עָלָי *Cantabo Iovae, quod mihi retribuit*, pro fiducia in eo pofita, quod opem mihi tulit. Loquitur, quafi jam beneficio fperato potiretur, et ex malo emerfiffet, ut certus omnino, non defuturum Iovam. Vel fenfus eft: tunc, quum mihi Iova opem tulerit, laudes ejus canam, quod beneficia in me contulit.

PSAL-

PSALMVS DECIMVS QVARTVS

CVM

QVINQVAGESIMO TERTIO.

ARGVMENTVM.

Queritur, omnia plena esse impiis et contemtoribus Dei, qui potentia ad tenuiorum perniciem abutantur, quorum ingenium pluribus describit, ita tamen, ut in eos invehatur, et divinam ultionem praedicat, piis contra salutem precetur ac polliceatur.

Epigraphe ad Davidem auctorem hunc Psalmum refert. Quum vero ex toto carmine appareat, poetam non valuisse, impiorum illorum hominum, de quibus queritur, potentiam reprimere; plerique eorum, qui inscriptioni fidem adhibent, de conscceleratis et perditis hominibus, qui, dum Saulus regnum obtinebat, bonis omnibus infesti erant, virtutem omnem pessum dabant, flagitia evehebant, Psalmum conqueri existimant. Quibus accensendus est REDDIN-

GIUS

GIUS [1]) qui ſtatuit, „Davidem carmen hoc compoſuiſſe, cum, vita paſtoritia vix relicta, in aulam regis ſe contuliſſet, ubi omnis generis crimina patrabantur, et aulici, effraenae voluptati, petulantiae, aliisque flagitiis dediti, vitam degerent, a Deo plane alienam. Novum ſane et inauditum pio ac ſimplici paſtori ſpectaculum! non mirum ergo, Davidem carminibus ſuis de hujusmodi hominum perverſitate queſtum eſſe, ut ſimul occaſionem haberet obteſtandi, ſe toto corde Deum ſuum culturum, et medios inter peſſimos iſtos homines omnipotentis et fidelis ſui tutoris aſſeclam conſtanter permanſurum eſſe.“ Verum enimvero quo minus ad Davidem aut ejus aetatem Pſalmum referamus, omnino vetant quae Verſu ſeptimo leguntur preces, velit Iova ſuum populum in patrias ſedes reducere, quae manifeſte exilii tempora arguunt, quibus Hebraeus populus a barbaris hoſtibus, Iovae contemtoribus, miſere oppreſſus erat, de quorum crudelitate Verſus quartus queritur. Nos quidem olim, ut inſcriptionis fidem tueremur, ſumſimus, Pſalmum hunc, excepto Verſu ſeptimo a Davide in Sauli aula degente [2]) compoſitum

1) In *Obſervationibus Philologico-Criticis de Pſalmis bis editis*, Franequer. 1795. p. 6.

2) Illi enim tempori, quo Saulus adhuc regnaret, nullo modo convenire Sionis mentionem Vs. 7., quisque ipſe intelliget; ſiquidem hujus montis ſanctitas ſub Davi-

poſitum, poſtea vero, cum priſca carmina in templo publice decantari et ſerioribus temporibus accommodari ſolerent, hic illic mutatum, atque novo etiam Verſu, ſeptimo, auctum fuiſſe [3]). Sed vere monuit de Wette, ſumi id pro mero arbitrio, nec tantam eſſe inſcriptionis auctoritatem, ut ejus tuendae gratia talis conjectura ſit admittenda.

Quum hoc carmen in hac ipſa poematum ſylloge hic illic mutatum recurrat (LIII.); duplex

Davidico regno demum conſpicua eſſe coepit, altumque de illo monte ſilentium ſub Saulo erat.

3) Similem de hocce carmine ſententiam attulit VENEMA, qui auctorem ejus, qualem nunc habemus, non *Davidem* eſſe putat, ſed alium aliquem divinum vatem in ipſo exilio Babylonico; Davidi autem eſſe attributum, non ex errore ab illis, qui titulis ornarunt Pſalmos, nec ut ad Davidis leges poeticas Pſalmum eſſe compoſitum indicaretur, ſed ex aliqua Davidis oda deſumtum, ac in aliam formam eſſe concinnatum, et tempori praeſenti accommodatum. „Cui et inde robur accedit, quod idem hoc canticum tempore Epiphanico fuerit cum aliqua variatione, iſti tempori congrua, a divino aliquo viro reviſum, et cum Eccleſia communicatum, locum inter Pſalmos tenens LIII. Quid autem in hoc Pſalmo ſit, aut eſſe potuerit a Davide et qua occaſione factum, tanti non eſt inquiſiviſſe.“ Ad exilium Babylonicum carmen noſtrum plerique ex Hebraeis interpretes referunt; inter quos KIMCHI: זה המזמור הוא על לשון הגלות ונבל הוא מלך בבל שישראל בידם וחושב בלבו בהריעו לישראל כי אין אלהים ואין שופט ודין בעולם לשלם לאיש כמעשהו *Hic Pſalmus ad exilium eſt referendus:* Inſipiente (Vs. ו.) *Babyloniae rex innuitur, qui Iſraelitas ſubegit, atque, dum malis eos afficeret, nullum Deum, nullum judicem exiſtere cogitavit, qui hominibus facta aliquando ſit repenſurus.*

plex exoritur quaeſtio, *una*, de cauſa hujus repetitionis, *altera*, utrum illorum genuinum ſit, aut prius editum. Qua de re quamvis certi quidquam nemo definiverit, veri ſaltem ſimile conjectura quid aſſequi poſſimus, tentandum eſt. Atque haud pauci quidem a Davide ipſo duplicem recenſionem factam eſſe exiſtimant. In quorum numero eſt AMYRALDUS [4]), qui „ego," inquit," nullum aliud in ea repetitione myſterium eſſe ſuſpicor, niſi quod, cum David poëmata ſua recenſeret, ut, quod viſum eſſet in his immutaret, verba aliqua ad hoc odarium addidit, aliis quibusdam omiſſis, quae ad tempus recenſionis non aeque accommodata videbantur. Quod poſteaquam ab eo factum eſt ad compactionem horum Canticorum in unum corpus, collector, quisquis eſt, neutrum illorum ſupprimere; ſed utrumque, quemadmodum vel primum ſcriptus, vel reviſus et interpolatus fuerat, conſervare atque edere voluit." Ad hanc claſſem et REDDINGIUS eſt referendus, cui ex locutionibus exquiſitioribus, in Pſ. LIII. obviis, atque ex inſigni mutatione, quae ibi Vs. 6. occurrit, maxime probabile fit, Pſalmum XIV. prius editum eſſe, eo tempore et occaſione, quo antea dictum eſt, poſtea autem a Davide ipſo, Abſalonicis vexationibus [5]) retextum, quae poſte-

4) In Argumento ad Pſ. LIII.

5) RUDINGERUS eo tempore Psalmum a Davide compoſi-

poſterior editio legatur Pſ. LIII., cui etiam Verſus ultimus ſit additus, quem tamen Iudaei ſerioris aetatis etiam priori editioni adjunxerint. Illum Verſum autem ſatis arguere tale tempus, quo Davides exul a Zione remotus vagaretur, quod accidit tum, cum impius Abſolomus, excuſſo omni ſenſu humanitatis, patrem acerbiſſimo odio perſequeretur. Verum Davidem carmen, ante plures annos diverſo plane conſilio et ſenſu confectum, recoquiſſe, equidem mihi per-

poſitum arbitratur. „Ut breviter dicam," inquit p. 129., „de tempore Pſalmi conjecturam meam, *Sionii* mentionem neque propheticam, neque prolepticam, neque attextam puto eo tempore, quo decantatus fuit: ſed ſimpliciter eſſe hiſtoricam. Non igitur neque de Saulicis, neque de Hebronicis, neque de Iſraeliticis initiis, atque ne externis quidem hoſtibus ullis Pſalmum interpretor. Sed de *Abſalonico* tempore hunc etiam, ita ut σύγχρονος ſit Pſalmo inprimis XII. et XXXVI, qui hunc omnino explicat, atque etiam quinto, et ceteris ejus temporibus pluribus." Ad Abſalonicas turbas HENSLERUS quoque carmen refert. Verum *captivitatis* nomen in eam, quam Davides ab Abſalomo vexatus arripuit, fugam, recte non quadrat. Et ſi vel maxime concedamus, *captivitatem* pro quavis calamitate gravi, aut miſera et afflicta conditione ab Hebraeis dictam eſſe (coll. Iob. XLII, 10.); certe hic dictionis uſus ſub exilio demum Babylonico obtinere coepit. Neque vero Abſalonicis temporibus generalis illa, quae in Pſalmo deſcribitur, corruptio convenit; nam univerſa Davidica domus, legiones Crethi et Plethi, omnes Gethaei ſexcenti viri, Ethai Gethaeus, Sadoc, Abiathar, univerſi Levitae, et Chuſai Arachites, 2 Sam. XV. Vs. 18. ſeqq. memorati, qui Davidem ſequuti fuerunt, probitate ac fidelitate clari erant.

perſuadere nullo modo poſſum. EICHHORNIUS [6]) hanc ejusdem Pſalmi repetitam deſcriptionem repetit inde, quod noſtrum Pſalmorum volumen poſt rempublicam Cyri beneficio reſtitutam ex pluribus minoribus carminum antiquorum ſyntagmatibus ſit congeſtum. Quo in labore fieri potuiſſe, ut collector, immemor, carmen in ſylloge ſua jam extare, illud repeteret. Eum vero errorem potuiſſe eo facilius admitti, quum brevis eſſet Pſalmus, atque eo loco, ubi primum legitur, ſatis longe remotus. Equidem hanc ejusdem Pſalmi repetitionem non per incuriam, ſed conſilio potius a noviſſimis collectoribus factam eſſe ſuspicor, quod, quum utriusque exempli discrepantias non putarent contemnendas, hanc ſidem et diligentiam lectoribus praeſtare vellent, ut utrumque repraeſentarent.

Ad illud tempus, quo Senacheribus, Aſſyriorum rex, Iudaeam bello infeſtaret atque Hieroſolymis etiam minitaretur, hocce carmen THEODORETUS [7]) retulit; in quam ſententiam noſtra

6) In *Iſagoge ad Vet. Teſt.* P. III. p. 425. Eichhornio adſtipulatur DATHIUS in Argumento Pſalmi LIII.

7) Is poſtquam hiſtoriam ex 2 Reg. XIX. ſive Ieſaj. XXXVII. expoſuiſſet, in hunc Pſalmum ita commentatur: *Σφόδρα τοῖς τοῦ Σενναχηρεὶμ καὶ τοῦ Ῥαψάκου λόγοις συμβαίνει τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον. ἐκεῖνοι γὰρ ὡς μὴ ὄντος τοῦ Θεοῦ, προϊσταμένου τῆς Ἰουδαίας, ἀπατᾶσθαι ἔλεγον τὸν Ἐζεχίαν. ἦν δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Σενναχηρεὶμ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα διεφθαρμένα, ἤγουν ὁ βίος καὶ ἡ πολιτεία, ὡς μηδὲ τὸν Θεὸν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς*

ſtra aetate PAULUS incidit, qui praeterea, illud non improbabile Ieſaiae tribui poſſe, exiſtimat

τοῖς ἕνα γ' οὖν τῆς ἀρετῆς ἐπιμελούμενον· πάντα γὰρ εἰς φαυλότητα ἐξέκλιναν. τί δέ; οὐκ ἔργοις αὐτοῖς οὗτοι γνώσονται τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, οἱ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀντὶ ἄρτου δαπανῶντες καὶ κατεσθίοντες; καὶ πάντες γνωρίσουσιν ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὸν πολεμοῦντα αὐτοῖς κἀκεῖθεν ὁ φόβος αὐτοῖς ἐλεύσεται, ὅθεν οὐ προσεδόκησαν. ποῦ γὰρ ἂν ᾠήθησαν ὅτι ὑπὸ ἀγγέλου ἀναιρεθήσονται; ὅτι ὁ Θεὸς κήδεται τῶν Ἰουδαίων· καὶ οἱ μυκτηρίσαντες τὴν βουλὴν τοῦ πτωχοῦ καὶ ταπεινόφρονος Ἐζεκίου, Θεῷ μᾶλλον ἢ ὅπλοις θαῤῥήσαντος, νοήσουσιν, ὅτι ὁ ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ ἀναρτήσας τὴν μὴ καταισχύνουσαν ἐλπίδα ἐκτήσατο. τίς γὰρ ἄλλος ἢ ὁ Θεὸς καὶ τοὺς ἀπομείναντας ἐν τῇ Σιὼν σώσει, καὶ τὰς ἤδη αἰχμαλωτισθείσας φυλὰς, ἐπαναγάγῃ, ὥστε κοινὴν εὐφροσύνην γενέσθαι ταῖς δώδεκα φυλαῖς; ὧν ῥίζα καὶ ἀρχὴ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ἐχρημάτισεν, ὁ καὶ Ἰσραὴλ μετονομασθεὶς ὥστε ἀπ' αὐτοῦ καὶ ταύτας Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζεσθαι. Exordium Pſalmi ſermonibus Senacheribi et Rabſaces optime congruit. Illi enim, quaſi Deus non eſſet defenſor Iudaeae, deceptum eſſe ajebant Ezechiam. Erant autem eorum, qui cum Sennacheribo militarent, ſtudia corrupta, nimirum vita ac mores, ut ne vel unum quidem inter illos Deus reperiret, qui virtutem coleret. Omnia enim in pravitatem declinaverant (Vs. 1. 2. 3.). Quid vero? nonne ex ipſo rerum eventu cognoſcent Dei potentiam, qui abſumunt populum ejus, ſicut eſcam panis, et devorant (Vs. 4.)? Sane cognoſcent omnes ex operibus eum, qui adverſus eos dimicat; et inde veniet illis tremor, unde futurum non credebant. Qui enim ſuſpicati eſſent, ſe ab angelo eſſe perdendos (Vs. 5.)? Deo enim curae ſunt Iudaei; et qui deridebant conſilium inopis et modeſte de ſe ſentientis Ezechiae, in Deo magis, quam in armis, ſpem ſuam collocantis, intelligent, eum, qui unius Dei praeſidio ſe committit, habere ſpem, quae non confundit (Vs. 6.). Quis enim praeter Deum, et eos, qui in Sione manerent,

 ſalvare

mat [8]). Verum huic ſententiae Verſus undecimus, qui *captivitatem Iſraelis* memorat, repugnat; quum Senacheribus etiamſi quasdam Iudae urbes cepiſſet, tamen Iſraelem non in ſervitutem redegerit, et extra patriam abduxerit.

Ceterum utriusque illius editionis discrepantiae ut uno quaſi obtutu conſpici poſſint, ipſum carminis textum, varietatibus Pſ. LIII. ſubjunctis annotationi praemittere commode viſum eſt.

לַמְנַצֵּחַ לְדָוִד [a]

א אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ אֵין אֱלֹהִים
הִשְׁחִיתוּ הִתְעִיבוּ עֲלִילָה [b]
אֵין עֹשֵׂה־טוֹב׃

VARIANS LECTIO PS. LIII.

a) לַמְנַצֵּחַ עַל־מָחֲלַת מַשְׂכִּיל לְדָוִד
b) וְהִתְעִיבוּ עָוֶל

ſalvare poſſet et convertere captivitatem tribuum, quae jam erant in ſervitutem redactae, ut eſſet communis laetitia duodecim tribubus, quarum radix et princeps patriarcha Iacob appellatus eſt, qui et Iſrael eſt cognominatus, ita ut ab eo ipſae tribus Iacob et Iſrael nomen acceperint (Vs. 7.).

8) Paulo adſtipulatur IACOBI, qui in Vs. 1. et 4. noſtri Pſalmi quandam cum Ieſ. I, 4. 7. ſimilitudinem ſibi deprehendere videtur.

2 יְהוָֹה [c] מִשָּׁמַיִם הִשְׁקִיף עַל־בְּנֵי־אָדָם
לִרְאוֹת הֲיֵשׁ מַשְׂכִּיל
דֹּרֵשׁ אֶת־אֱלֹהִים׃

3 הַכֹּל סָר [d] יַחְדָּו נֶאֱלָחוּ
אֵין עֹשֵׂה־טוֹב אֵין גַּם־אֶחָד׃

4 הֲלֹא יָדְעוּ כָּל [e]־פֹּעֲלֵי אָוֶן
אֹכְלֵי עַמִּי אָכְלוּ לֶחֶם
יְהוָֹה [f] לֹא קָרָאוּ׃

5 שָׁם פָּחֲדוּ פָחַד [g]
כִּי אֱלֹהִים בְּדוֹר צַדִּיק [h]׃

6 עֲצַת־עָנִי תָבִישׁוּ [i]
כִּי יְהוָֹה מַחְסֵהוּ [k]׃

7 מִי יִתֵּן מִצִּיּוֹן יְשׁוּעַת [l] יִשְׂרָאֵל
בְּשׁוּב יְהוָֹה [m] שְׁבוּת עַמּוֹ
יָגֵל יַעֲקֹב יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל׃

c) אֱלֹהִים
d) כֻּלּוֹ סָג
e) כֹּל abeſt.
f) אֱלֹהִים
g) Addit. לֹא־הָיָה פָחַד
h) כִּי־אֱלֹהִים פִּזַּר עַצְמוֹת חֹנָךְ
i) Pro his verbis tantummodo הֱבִשֹׁתָה legitur.
k) כִּי־אֱלֹהִים מְאָסָם
l) יְשֻׁעוֹת
m) אֱלֹהִים

---

1. אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ אֵין אֱלֹהִים *Dicit nequam homo in corde ſuo: non eſt Deus*, homines ſceleſti et impii nullum exiſtere Deum judicem cogitant, qui res humanas

curet,

curet, et ſcelera hominum puniat. נָבָל fere vertunt *ſtultus* ſive *inſipiens*, neque ſine ratione, quum Deut. XXXII, 6. *ſapienti* opponatur *populus* נָבָל *ſtultus*, וְלֹא חָכָם *nec ſapiens*. Verum non quamlibet ſtultitiam, ſed quae cum ſcelere ſit conjuncta, hoc nomine ſignificari, ex pluribus locis manifeſtum eſt. Sic *vitium* oblatum Dinae, filiae Jacobi (Geneſ. XXXIV, 7.), *ſtuprum virginis* (Deuteron. XXII, 21.), *ſacrilegium* (Ioſ. VII, 15.) נְבָלָה dicitur, quae non tam *ſtultitiae*, quam perditae *nequitiae*, et perverſitatis facta fuere. Hinc et Abigail de viro ſuo, qui durus et malitioſus eſſet, 1 Samuel. XXV, 25. dicebat, *juxta nomen ſuum ſe habet*, נָבָל *vocatur*, וּנְבָלָה עִמּוֹ *et nequitia* ſ. perverſitas *cum eo*. Ut igitur folium, cui ſuccus ſuus defecit, item cadaver, eo quod exceſſerit vita, נָבֵל, *marcidus, exſuccus* dicitur, ſic et nihili homo, cui deſit recta ratio, nec bonae mentis vel mica inſit, נָבָל dicitur. Latine commode *nequam* reddideris. *Veteres enim*, teſte GELLIO *Noct. Att.* VII, 11., nequam *dixerunt, hominem nihili neque rei neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἄσωτον, ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν dicunt.* De ſenſu dictionis אֵין אֱלֹהִים cf. not. ſupra ad Pſ. X, 4. — הִשְׁחִיתוּ *Corruperunt*, depravare ſolent, ſubaudi דַּרְכָּם *viam ſuam*, ex Geneſ. VI, 12. (הִשְׁחִית כָּל־בָּשָׂר אֶת־דַּרְכּוֹ) niſi cum עֲלִילָה conjungere malis, ut Zephan. III, 7. הִשְׁחִיתוּ כֹּל עֲלִילוֹתָם *corruperunt omnes actiones ſuas*, male et perverſe egerunt. הִתְעִיבוּ עֲלִילָה *Abominandum reddiderunt opus*, abominanda facinora perpetrare ſolent. „Omnes verſiones antiquae עֲלִילָה in Plurali exprimunt; in verſione Syriaca et Vulgata affixum inſuper additum eſt, ac ſi in textu fuiſſet עֲלִילוֹתָם. Et recte quidem, quoad ſenſum, ſic legeremus; Davidem vero ita ſcripſiſſe (quod forte ob metrum facere non potuit), id ex his verſionibus probari nequit. Pro vulgata lectione facit locus Pſ. LXVI, 5., ubi ſimiliter ſing. num. emphatice adhibetur, etiamſi praeceſſerat Plur. מִפְעָלוֹת." REDDING. Verbo הִתְעִיבוּ Syrus atque

atque Alexandrinus particulam ו praemittunt, quam et editio altera exhibet. Sed concilior oratio videtur illa omiſſa; nec Pſ. LIII. legitur in viginti codicibus a Kennicotto collatis. Pro vocabulo medio עֲלִילָה in editione altera עָוֶל, *iniquitas*, poſitum eſt; quod utrum conſulto factum ſit, an librarii errore, hodie vix dici poterit. Davidem, cum prima vice hoc carmen ederet, vocabulo עֲלִילָה aulicorum actiones univerſe notaſſe, in ſecunda vero editione peſſimum filium, qui omnia contra jus fasque perpetraret, nomine עָוֶל accuſare *injuſtitiae*, Reddingii obſervatio eſt arguta magis, quam veri ſpecie ſe commendans. Quidquid autem ea de re ſtatuas; certe multo aptius videtur עֲלִילָה, quum in dictione הִתְעִיבוּ עָוֶל *ταυτολογία* parum elegans inſit. — Sub finem verſiculi in Alexandrina verſione *οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός* additur, quod, quamvis Vulgatus etiam exprimat, tamen per incuriam ex comm. 3. huc translatum eſſe, cognoſcitur ex eo, quod nec in verſionibus ceteris, nec in codicibus manuſcriptis reperitur.

2. Fingit Deum e ſummis coelis in homines deſpicientem, et ſpeculatum eorum vitam, ut videret, num quis recta intelligentia valeret, et ipſius eſſet ſollicitus, hoc enim ſignificat dictio דֹּרֵשׁ אֶת־אֱלֹהִים, quam I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 479. quaeſite *palpans Deum* interpretatur, i. e. Deum, quem ipſa ubique praedicat natura, vel invitus tandem ex operibus agnoſcens, coll. Actor. XVII, 17. Verum locutione illa in genere pietatem totius animi erga Deum, et ingenuum, quo ille recte colatur, ſtudium, exprimi, ſatis patet ex locis 2 Chron. XXII, 9. (ubi de Ioſaphato rege dicitur דָּרַשׁ אֶת־יְהוָה בְּכָל־לְבָבוֹ) Hoſ. X, 12. Amos. V, 6. 2 Chron. XIV, 3. 6. al. cf. AURIVILLII Diſſertat. *de varia per particulas conſtructione verbi* דָּרַשׁ §. IV. p. 434. ed. Goetting. Et fruſtra Michaelis huic interpretationi opponit, inter atheos et irreligioſos neminem talem hominem quae-

ſitu-

ſiturum eſſe; quum vates manifeſte de iis loquatur, qui, ut eo tutius ſlagitiis ſe addicere et in quaevis ſcelera praecipitare poſſint, primum obſirmant apud ſe, quantum poſſunt, non eſſe Deum, etſi id penitus perſuadere nequeant, id quod eo de ſe produnt, quod divinae ultionis metu identidem exanimantur (Vs. 5.).

3. הַכֹּל סָר *Numquid omnes deflexit?* Subaudi מהדרך הישר *a via recta,* ut Aben-Eſra monet. Quidam, a Kimchio memorati, סָר ſignificatione cum Chaldaico סְרִי, *foetuit,* convenire putant, quod congruat ei, quod proxime ſequitur, נֶאֱלָחוּ. His adnumerandus eſt HAMMONDUS, qui verbum סור a *recedendi, declinandi a via* notione, metaphorice etiam uſurpatum credit de *vino,* quando aceſcit aut emoritur. „Ita, inquit, Hoſ. IV, 18. סָר סָבְאָם potus *eorum receſſit,* i. e. acidus factus eſt. Tale vinum Graecis vocatur *οἶνος ἐξεστηκὼς, vinum quod ex ſeipſo exceſſit;* et CICERONI [*Offic. III.* 23.] *vinum fugiens.* Ita hic, *omnes acidi facti ſunt.* Hunc ſenſum ſuadet ſequens verbum נֶאֱלָחוּ, *putidi facti ſunt,* quod de *carne* dicitur, ut hoc de *potu.*" — In editione altera ponitur affirmative כֻּלּוֹ־סָג. Quum סְיָג apud Chaldaeos et Syros *ſepem* ſignificet, ALBERT. SCHULTENS in *Commentar. ad Proverb.* XIV, 14. hanc dictionem ſic vertit, *omnis quiscunque ille ſpinoſe diſſeptus;* nimis etymologiam premens. I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 1723. mallet vocabulum סָג ad *ſcoriae* notionem referre, et ſic vertere: *omnes ſunt adulterinum metallum,* ut fortius verbum de induſtria ſit poſitum pro Pſalmi XIV. סָר. — I. B. KOEHLERO in Obſervatt. ad Pſ. LIII. (in *Repertor.* P. VIII. p. 233.) primigenia verbi סוג poteſtas in *ſeparando* eſſe videtur, unde tam *ſepimenti,* quam ſcoriarum notio deſcenderit; ut verba noſtra ita ſint vertenda: *omnes ſepararunt ſe,* ſubaudi: *a via recta.* Ego notionem התאחרות והתנכרות, *retrocedendi atque abalienandi,* quam Salomo Ben Melech in *Michlal-Iophi* ad Pſ. LIII. ex communi

muni ſeptentia verbo סוג tribuit, retinendam cenſeo, quae Arabico ساج, *lentiore gradu inceſſit,* unde سوجان *abitio et adventus,* quodammodo firmatur; quomodo סָג optime cum סָר congruet. Koehlerus סָג vocabulum minus uſitatum, a Davide ſcriptum putat, pro quo poſtea notius סָר ſit repoſitum. — יַחְדָּו נֶאֱלָחוּ *Una,* i. e. ad unum omnes, *corrupti ſunt,* נשחתו, ut Aben-Eſra interpretatur. Verbum אָלַח CROMAYER ad Iob. XV, 16. recte cum Arabum إِلْتَخَ contulit, *acuit, ſeu in acorem verſum fuit lac.* Cf. Schultenſium ad loc. illum. Alexandrinus ἠχρειώθησαν, *innutiles facti ſunt,* reddidit, ad ſenſum, uti Druſius obſervat, non male, nam et *rancida* inutilia ſunt ad uſum hominum, et ἀχρεῖος vocatur in ea lingua *homo nequam,* qui nec ſibi nec aliis utilis eſt; ut poſſis vertere: *nequam facti ſunt.* — אֵין עֹשֵׂה טוֹב אֵין גַּם־אֶחָד *Non eſt, qui faciat bonum, non eſt vel unus.* Quae verba quum de generis humani univerſi perverſitate agere videantur, ad quam etiam Paulus in Epiſtola ad Romanos III, 10 — 12., cum aliis quibusdam ex tribus hisce Verſibus prioribus refert; magnopere interpretes laborarunt, quomodo haec commata concilianda ſint cum Verſu quarto, ubi *populi Dei* mentio ſit, quem hoc genus ἀθεὸν abſumat. Quem nodum ut ſolvant, alii reſtrictius accipiunt. Ex his Pſeudo Hieronymus in Pſ. LII. ad eos reſtringit, quos vates ſuperius dixerat. „Non de omnibus“ inquit, „ſed de his omnibus tantum, qui Deum negant, propheta dicit.“ Verbum hoc, ut bene GATACKERUS monuit, in *Adverſarr. Miſcell. poſthum.* Cap. XVIII, p. 610., frigidum nimis foret, ſi diceretur, atheorum, impiorum, flagitioſorum hominum neminem quemquam bene agere. Quod ipſum valet de his, qui Michaelem ſequuti, ad בְּנֵי־אָדָם, Vs. 2., haec reſtringunt, quibus *homines impios* deſignari putant; quae illius dictionis ſignificatio linguae uſu nequaquam poteſt probari.

Alii

Alii rectius ad *gentes exteras,* quae Ifraeliticum populum opprimerent, haec referunt, cui interpretum claffi et ZACHARIAE poteft accenferi, qui de gentium, a veri Dei cultu alienarum, perverfitate hic agi obfervat, quod עַמִּי, Vs. 4., דּוֹר צַדִּיק, atque יִשְׂרָאֵל, cui genus ἄθεον opponitur, manifefte Ifraeliticus populus indicatur. Qui Davidi carmen tribuunt, *populum Iovae,* atque *pium genus* (דּוֹר צַדִּיק) meliorem populi Hebraei partem, quae a peiore illa male tractaretur, dici volunt, a cujus vexationibus ut liberaretur, petat. Ita HENSLERUS, qui fenfum et nexum horum Verfuum hunc in modum conformat: Davidem poftquam Vs. 1. dixiffet, exiftere perverfos homines, qui Deum plane non curent, atque in quaevis fcelera fefe praecipitent, Verfu fecundo generale hoc enuntiatum proferre, fpeculari Iovam humanum genus, num quis inter eos fit, qui ipfum recte colat et veneretur; hinc ita pergere: *hi omnes a recta via deflexerunt, ne unus quidem inter hos, qui recte faciat;* digito quafi illam fceleftorum turbam monftrans, ut ה ante כֹּל fit δεικτικῶς accipiendum; quibus apte deinceps fubjungatur, fore, ut Iova in illorum fcelera animadvertat. Sed recte GATACKERUS obfervare videtur, „*filiorum hominum,* בְּנֵי־אָדָם, nomine minime neceffe effe, aut gentes univerfas aut gentium univerfarum mortales fingulos defignari; fufficere, quod *filii* fint *hominum,* et *confpectui divino fubjecti* de quibus poeta conquerendi caufam habuerat. Sic Hymn. IV. 3. *Filii hominum, quousque gloria mea ignominiofe a vobis habebitur?* cum Saulis affectas et aulicos duntaxat alloqueretur; et ne quis ibi בְּנֵי־אִישׁ non אָדָם pofitum cauffetur; Hymn. XII, 1. qui locus huic geminus: *Serva, Domine, nam defiit benignus; nam defecerunt veraces de filiis hominum;* cum de eisdem verba faceret, ubi diferte Pifcator, *filiis hominum,* i. e. Saulis confiliariis, Synecdoche generis.“ Ceterum patet, hyperbolen in his effe agnofcendam, ut hoc velit: tam longe lateque graffatam fceleris hujus contagem, ut vix unus, aut nec unus

etiam

etiam ab ea purus reperiatur, ut si Deus ipse omnituenti oculo despexerit, disquisierit, vix unum aliquem, aut ne hunc quidem inventurus sit, peste ista immunem et integrum. Cf. Ierem. V, 1.

Post hunc Versum in Codice quodam Hebraeo, Lugduni Batavorum in Bibliotheca publica asservato, qui numero 649. a Kennicotto designatus est, haec addita leguntur: קֶבֶר פָּתוּחַ גְּרוֹנָם לְשׁוֹנָם יַחֲלִיקוּן חֲמַת עַכְשׁוּב תַּחַת לְשׁוֹנָם אֲשֶׁר פִּיהֶם אָלָה וּמִרְמָה מָלֵא קַלּוּ רַגְלֵיהֶם לִשְׁפֹּךְ דָּם׃ מַזָּל רַע וּפֶגַע רַע בְּדַרְכֵיהֶם וְדֶרֶךְ שָׁלוֹם לֹא יָדָעוּ אֵין פַּחַד אֱלֹהִים לְנֶגֶד עֵינֵיהֶם׃ *Sepulchrum patens est guttur eorum, lingua sua blandiuntur; venenum aspidis sub lingua eorum, quorum os execratione et fraude plenum est, velocesque pedes ad effundendum sanguinem. Infaustum sydus malusque eventus in viis eorum, nec viam pacis cognoscunt. Non est timor Dei ante oculos eorum.* Atque e vetusto Anglicanae Ecclesiae Hebraico Psalterio eundem locum afferri a Lindano in libro *de optimo genere interpretandi scripturas,* auctor est LUCAS BRUGENSIS in *Notationibus in Biblia Sacra* ad h. l. Quod additamentum genuinum qui putant, inter quos KENNICOTTUS etiam in *Differtat. Gener. in V. T.* §. 84. 9. p. 203. ed. Bruns., hisce fere nituntur argumentis: 1) *primo,* quod Paulus, Apostolus, Rom. III, 13 — 18., postquam Psalmi nostri Versum 2. et 3. attulisset, eadem illa commata, tanquam de uno eodemque loco desumta subjungit: *τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν· καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν· οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.* 2) *Deinde,* quod eadem haec in versionis Alexandrinae codice Vaticano reperiuntur, ac, teste Bar-Hebraeo (a Brunsio ad Kennicott. Dissert. p. 205. e Manuscripto Huntingdoniano adducto) in *Horreo Mysteriorum,* in nonnullis exemplaribus vetustis

ſtis Graecis extiterunt, atque a Iuſtino quoque Martyre in Dialogo cum Tryphone exhibentur, quod, ut Brunſius obſervat, eo magis memoratu dignum eſt, quod Iuſtinus, Strothio animadvertente (in *Repertor. Literar. Bibl.* P. II. p. 85.), loca e ſacris libris deprompta, non ex memoria citare, ſed accurate exſcribere ſolet. 3) Idem illud additamentum legitur in verſionis Arabicae, e Graeca factae, recenſione tam *Syriaca* (Rom. 1614. in quaternis), quam *Aegyptiaca* (in Polyglottis Pariſſ. et Londinn. edita) *); neque non 4) in verſionis vulgatae codicibus fere omnibus, atque a Ruffino, Auguſtino et poſterioribus Pſalmorum Latinis enarratoribus, agnoſcitur et exponitur. Sunt tamen plura, ex quibus apparet, totum illum locum minime ad Pſalmum noſtrum pertinere. Quod enim 1) *primum* attinet codicem illum Hebraeum Lugdunenſem; de fide ejus et auctoritate multum derogatur, quod verſione latina atque gloſſis latinis eſt inſtructus, atque, ut Kennicottus ipſe in Clavi Codicc. ait, exeunte Seculo XIV. a Chriſtiano exaratus. Eum vero codicem non eſſe diverſum a Pſalterio illo hebraico Anglicano, cujus Lindanus atque Lucas Brugenſis mentionem faciunt, maxime probabile eſt non tantum ex eo, quod additamentum illud in codice nullo alio eorum, qui adhuc detecti atque collati ſunt, niſi in Lugdunenſi illo reperitur, et eodem plane, quo a viris iſtis adducitur, modo; verum etiam ex iis, quae IO. CHRISTOPH. WOLFIUS refert in duobus *Biblioth. Hebraicae* locis. Unus extat Tom. II. p. 315. ubi, codices recenſens Hebraeos adhuc extantes, „*Mechliniae,*“ inquit, „apud Io. Clementem quondam fuit *Pſalterium Hebr.* dictum *Anglicanum* ideo, quod in Anglia extabat, et ex Thomae Mori familia ad laudatum Clementem pervenit. Hoc *Guil. Lindanus* ex alterius relatione pro correctiſſimo perperam habuit,

*) De qua utraque editione conſulenda eſt EICHHORNII *Iſagoge* in V. T. P. I. p. 538. 542. edit. ſec.

buit, ceu oſtendit *Bened. Arias Montanus* poſt Praeſationem de varia in hebraicis litteris lectione, qui αὐτόπτης confirmat, nec antiquum eſſe librum, nec ab aliquo hebraeae linguae gnaro, ſed a ſcriba latinas eleganter pingendi litteras non ignaro, octoginta aut ad ſummum centum abhinc (i. e. inde ab an. 1571.) annis depictum adeo corrupte, ut vix ullum verbum integritatem ſuam retinere videatur. Capitales litterae aliquot in initiis Pſalmorum aureae ſunt, ſed quae latinam magis, quam hebraicam formam referant." Cum eo codice unus eſſe videtur ille, de quo Wolfius, T. IV. p. 93.: „Inter codices Scaliger. Biblioth. Leid. extat — — *Pſalterium*, ornamentis aureis diſtinctum, cum vocalibus et accentibus rubro colore depictis. Ab altero latere verſio latina vocum difficiliorum, ab altero gloſſae quaedam leguntur. Sed hae quidem non niſi ad Pſalmum XLVII. procedunt." Videtur ille codex poſt Clementis mortem ad Ioſ. Iuſt. Scaligerum, atque ab eo in Bibliothecam Lugdunenſem perveniſſe. BRUNSIUS quoque in *Annall. Helmſtadienſſ.* Anni 1782. p. 107. Leidenſe Pſalterium cum Anglicano illo idem eſſe, pro certo habet *). Maxime ſuſpectum itaque additamentum iſtud redditur vel eo, quod in uno tantummodo codice, et in tali quidem exſtat, qui a Chriſtiano ſcriptus, et Vulgatae haud dubie eſt accommodatus. Quae ſuſpicio magis adhuc firmatur hac Lucae Brugenſis obſervatione: „Quae in illo Anglicano Pſalterio leguntur, fictitia et ſuppoſititia eſſe non dubitant, nimirum quae nec ſcite juxta Hebraicam Grammaticam ſcripta ſint. Quod quum oſtendere conati ſint quidam, hoc tantum nos addemus, illud ipſum Pſalterium aſſerere, hos Verſus in Hebraeo non legi. Sunt enim Latinae quaedam

*) Quid IACOBI ſibi velit, cum in Nota ad h. l. cod. Kennicott. 694. unum eſſe ait cum Vaticano 649., me non intelligere, ingenue fateor. Sed videtur codicem hebraeum Lindani atque Vaticanum graecum confudiſſe.

dam annotationes in ejus margine adfcriptae, quae circa hunc locum hoc habent modo: *Sepulcrum*] *Tres ifti Verfus in Hebraeo non habentur. Apoftolus autem de Deuteronomio, Pfalterio, et caeteris Scripturarum locis hoc teftimonium texuit.* Sunt fere Hieronymi in Commentariis verba. Quid amplius defideres, quam teftimonium illius exemplaris, quod refragari exiftimabatur? Sed ne forte dicas, annotationes illas ab indocto quopiam adjectas, qui quid hoc libro Hebraice fcriptum effet, aut legere non potuerit, aut non intelligere; in altero margine Latinam is ipfe fcripfit explicationem, et quidem Hebraicis dictionibus qualitercunque accommodatam, ut praecedentium et fubfequentium, ita et iftorum Verfuum. Videtur igitur adeo parvi exemplar illud feciffe, ut, quamvis in eo verfus illos effe non ignoraret, non ideo negandum putaret, in Hebraeo non haberi. Neque vero ifta ex relatu dico; ipfe deprehendi: exemplar namque illud commodato nobis mifit, qui eo utitur, Franc. Raphelengius, Plantini gener.“ 2) Quod autem *Alexandrinam verfionem*] attinet, additamentum illud in nullo ejus codice reperitur, nifi in Vaticano, et in eo quidem non in textu, fed ad marginem, hoc addito Scholio: *οὐδαμοῦ κεῖνται τῶν ψαλμῶν· πόθεν δὲ ὁ ἀπόστολος εἴληφεν αὐτοὺς, ζητητέον· nusquam exftant in Pfalmis, undenam vero Apoftolus excerpferit eos* (Verficulos), *quaerendum eft.* Quod fatis arguit, adfutum effe illum locum Vaticano codici a quopiam ex Epiftola ad Romanos. „Infuper,“ Brugenfis inquit, „ab omnibus paene Graecis exemplaribus praetermittuntur, nec tantum impreffis, verum etiam manufcriptis, Parifienfi S. Victoris, Tornacenfi S. Martini. Nec Sereniffimus Dominus Cardinalis Sirletus in fuis in Graecum Pfalterium Annotationibus, Vaticanis codicibus legi notavit, cum tamen id praefertim agat, ut vulgatum Graecorum Pfalterium ex Vaticanis exemplaribus corrigat. Similiter neque illi quidquam annotarunt, qui illuftriffimi Cardinalis Granvellani juffu, Graeca Argentoraten-

ratenfium Biblia ad Vaticana exemplaria duo contulerunt." 3) Neque in Chaldaica Paraphrafi illi verfus leguntur. 4) Tum ab antiquis Pfalmorum tractatoribus, Arnobio inter Latinos, Chryfoftomo, Theodoreto et Euthymio inter Graecos non agnofcuntur; quamvis enim in Arnobii textu leguntur, in Commentario tamen ab eo ita praetermittuntur, ut nec vidiffe, nec noviffe appareat. 5) Apoftolum vero totum illum locum ex variis V. T. locis contexuiffe, jam optime obfervavit HIERONYMUS, cujus verba ex *Prooemio Libri* XVI. *Commentariorum in Iefaiam* adfcribere operae pretium fuerit. Euftochii quaeftio erat: Quomodo verum effet, quod Hieronymus fcripferat, Apoftolos ea tantum de LXX. interpretibus ponere teftimonia, quae cum Hebraeo confonarent, fi qua autem ab aliis addita funt, omnino negligere; *cum XIII. Pfalmi octo Verfus qui leguntur in Ecclefiis, et in Hebraeo non habentur, Apoftolus Paulus Romanis fcribens ufurparit?* Huic quaeftioni Hieronymus his tandem refpondet verbis: *Itaque omnem Scripturam mente perluftrans, animadverti, ficut omnis paene ad Romanos epiftola de Veteri ftructa eft Inftrumento, fic et hoc teftimonium de Pfalmis et Efaia effe contextum. Nam duo primi Verfus:* fepulcrum patens eft guttur eorum; linguis fuis dolofe agebant, *quinti Pfalmi* [Vs. 10.] *funt; illud autem, quod fequitur,* Venenum afpidum fub labiis eorum, *centefimi tricefimi noni Pfalmi* [Hebr. CXL, 4.] *eft. Rurfumque cum dicitur,* Quorum os maledictione et amaritudine plenum eft, *de nono Pfalmo* [Hebr. X. 7.] *fumtum eft. Tres autem Verficulos, qui fequuntur,* Veloces pedes eorum ad effundendum fanguinem: Contritio et infelicitas in viis eorum: Et viam pacis non cognoverunt, *in Efaia Propheta* [LIX, 7. coll. Proverb. I, 26.] *reperi, quos in XVI. explanationis ejus libro, quem nunc dictare cupio, expofiturus fum. Nec in hoc cuiquam videatur effe diverfum, fi quod in fuis locis numero dicitur fingulari, ab Apoftolo pluraliter dicatur, qui fcribebat ad pluri-*

plurimos, et in unum ſenſum multa cogebat exempla. Arbitror ſolutam quaeſtionem tuam, et noſtram regulam ſuper translatione Veteris Inſtrumenti concuſſam magis eſſe, quam motam; et non tam Apoſtolum de Pſalmo tertio decimo ſumpſiſſe, quod in Hebraico non habetur, quam eos, qui artem contexendarum inter ſe Scripturarum Apoſtoli neſciebant, quaeſiſſe aptum locum, ubi aſſumtum ab eo teſtimonium ponerent, quod absque auctoritate in Scriptura poſitum non putabant. Denique, omnes Graeci tractatores, qui nobis eruditionis ſuae in Pſalmos commentarios reliquerunt, hos Verſiculos veru annotant, atque praetereunt, liquido confitentes, in Hebraico non haberi, nec eſſe in LXX. interpretibus, ſed in editione vulgata, quae Graece κοινὴ dicitur, et in toto orbe diverſa eſt. Κοινὴ vero iſta editio, eodem Hieronymo docente, in Epiſtola ad Suniam et Fretelam, Alexandrinae verſionis *pro locis et temporibus et pro voluntate ſeriptorum corrupta editio* erat, cui opponitur correctus et ab interpolationibus purgatus textus, quem Origenes in Hexaplis edidit.

4. הֲלֹא יָדְעוּ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן *Nonne ſciunt omnes facinoroſi?* ad quod alii ſubaudiunt, *Deum eſſe;* alii *me eſſe judicem.* Simpliciſſimum mihi videtur *vel* cum Salomone Ben-Melech interpretari: אין להם דעה ובינה *nulla ſcientia,* intelligentia, *praediti ſunt*; ſive, ut MUNTINGHIO placet: num iſti mente praediti ſunt, ac non potius deſipiunt et delirant prorſus? *vel,* cum VENEMA, verbum ידע *poenas luendi* ſignificatione accipere, qua Iud. VIII, 16. Iob. XXI, 19. Ieſai. IX, 8. Hoſ. IX, 7. uſurpari SCHULTENSIUS oſtendit in *Operib. Minorr.* p. 48., ex ſimili, qui apud Arabes obtinet, loquendi uſu, quo ſynonymum Hebraico ידע, علم, *novit, ſcivit,* non in Corano tantummodo (ut Sur. XL, 72. XXVI, 48. 49.), verum apud alios quoque ſcriptores, *poenas luendi* notione adhibetur, ut apud ABULPHARAGIUM, *Hiſt. Dynaſt.* p. 530. قبل ان ياتكم العذاب بغتة وانتم تعلمون *antequam vos poena de*

de improviſo obruat, et luatis, proprie *cognoſcatis:* יֵדְעוּ Alexandrinus interpres in *futuro* *γνώσονται* expreſſit, quaſi יֵדְעוּ enuntiaſſet, quod ipſum in codice Caſſellano, tribusque aliis, a de Roſſio collatis, reperitur, atque a Michaele, Dathio, Henslero, aliis, recepto textui praefertur. Aquila tamen maſorethicam lectionem exprimit; dum *μὴ οὐκ ἐπέγνωσαν πάντες* ponit. Sed prorſus ſupervacanea PFANNKUCHII eſt conjectura, יֵדְעוּ commutantis in ירעו, a רעע conquaſſare, ſive רוּעַ, *terrere,* ut vertendum ſit: *nonne tandem frangentur facinoroſi?* Ceterum vocula כָּל ante פֹּעֲלֵי Pſ. LIII. in hodiernis codicibus longe plerisque omiſſa eſt, quamvis ibi in verſionibus antiquis, ſi Hieronymum excipias, atque codicibus XXXIII. Kennicottianis et XXXIII. Roſſianis, nec non in libris quibusdam editis expreſſa reperiatur. — Dictionem פֹּעֲלֵי אָוֶן I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 43. *fabros doloris* reddere mallet, adſcita ſignificatione vocis أون apud Arabes uſitata; ſed bene obſervat Reddingius, *vanitatis* notionem, apud Hebraeos uſu receptam, ad omnis generis *nequitiam* translatam eſſe. Neque cum COCCEIO aliisque אָוֶן hoc loco ad *deorum falſorum cultum* referre velim, quum poeta, ut in toto carmine, ita praeſertim in hemiſtichio altero, de eorum, qui poteſtate praediti eſſent, vexationibus potius conqueratur. — In verborum אֹכְלֵי עַמִּי אָכְלוּ לֶחֶם interpretatione diſſentitur. 1) Quidam ex Hebraeis, a Kimchio commemorati, de verbo ad verbum reddentes: *comedentes populum meum comederunt panem*, ſenſum hujus inciſi, et ejus, quod ſequitur, יְהוָה לֹא קָרָאוּ, hunc in modum conformant: לפי שהם אכלו עמי ועדיין אכלו לחם כלומר כי לא מתו ולא נענשו חשבו כי לית דין ולית דיין לפיכך לא יי׳ יקראו *Propterea quod illi comedunt populum meum, nec tamen adhuc deſierunt comedere panem, id eſt, quoniam non perierunt, nec poenas dederunt; in animum induxerunt, non eſſe judicium nec judicem* (nullum ſcelerum vindicem),

ac propterea Deum non invocant, i. e. Deum non colunt, quem non arbitrantur fe cernere; aut, quod in idem recidit, in fceleribus perfeverant. Sed illam phrafeos אָכְלוּ לֶחֶם interpretationem alicui probari vix putem, utpote ex qua fenfus exilis nec poeticae orationis elegantia fatis dignus prodire videatur. Anteponenda haud dubie 2) ABEN-ESRAE et KIMCHI interpretatio: אוכלי עמי כמו שיאכלו הלחם [*annon mente praediti funt?* quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum] *qui populum meum comedunt, ficut devorant panem?* כלומר כאילו הם לחם למאכלם, *quafi diceret, perinde ac fi in cibum illis effent, ut* ABENDANA addit. Particulam כ vero, fimilitudinem indicantem, haud raro omitti, faepius jam obfervavimus. יְהוָה לֹא קָרָאוּ *Iovam non invocant*, id eft, ut Iarchi explicat, לא חשבוהו *eum non reputant*; nullam prorfus Dei curam habent, nihil ab ipfo exfpectant, nihil petunt. Nifi cum VENEMA, cui et Muntinghe atque Iacobi adftipulantur, ita reddere malis: *Iovam Nihil appellant*, h. e. non effe Deum, vel, nullius effe potentiae. Et certe vocula לֹא, ut Subftantivum, fignificatione *Nihili*, haud raro ufurpatur, ut Iob. VI, 21. הֱיִיתֶם לֹא *facti eftis nihil*, Pf. LXXIII, 25. לֹא חָפַצְתִּי *nihil defidero*. Celerum fenfum totius verfus optime AGELLIUS videtur expreffiffe: „His verbis praecipue in judicum illius populi ac principum inhumanitatem et faevitiam, qua pauperes vexabant, invehitur, tamquam adeo cupiditate et avaritia excaeecati effent, ut rem, quae illis notiffima effe debebat, nempe juftum et rectum judicium, et quae ad officium ipforum maxime pertinebat, ultro ignorarent. Tantane, inquit, in vobis juftitiae aequitatisve ignorantia eft, adeone ftupidi eftis, ut rem, quae ad veftrum munus maxime fpectat, nefciatis, et populum meum injuria, fraudibus, dolis opprimatis?" Iisdem paene verbis Michas III, 2. feqq. in Ifraelitarum principes et gubernatores invehitur, ubi inter alia: *carnem populi mei comeditis, eumque deglubitis et offibus difcerptis ea uti carnis frufta divifa in ollam vel ahe-*

num

num ingeritis. — REDDINGIUS hemiſtichia hunc in modum dividit:

הֲלֹא יָדְעוּ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן אֹכְלֵי עַמִּי
אָכְלוּ לֶחֶם יְהוָה לֹא קָרָאוּ

Quae ſic vertit:

Nonne poenas luent omnes illi improbi, qui populum meum vexant?

Laute vivunt, Iehovam non invocant?

Sed אכל לֶחֶם, *panem comedere*, uſurpari pro *laute vivere*, nemo facile ſibi perſuadebit. Quod ipſum valet de PFANNKUCHII interpretatione: *qui maximis Dei beneficiis ornati* (אכל לחם, in abundantia eſſe, bonis frui), *ſummum numen non curant.*

5. שָׁם פָּחֲדוּ פַחַד *Tunc trepidabunt pavore.* Quum particula שָׁם plerumque in deſignando *loco* uſitata ſit; Aben-Eſra, cui haud pauci adſtipulantur, ſic interpretatur: במקום שאכלו שם עמי, *in eo ipſo loco, quo populum meum devorarunt, pavore contremiſcent*, ſive, ut KIMCHI expreſſit: במקום גדולתם וגאותם, *eo ipſo in loco, ubi quondam ſummis ornati honoribus, inſolenter ſe extulerant.* Verum quum שָׁם quoque, ut Arabum ثَمَّ, de *tempore* uſurpari ſoleat, ut Pſ. IV, 5. Prov. VIII, 27. Hoſ. II, 17. *tum, deinde, aliquando;* hoc etiam loco ita capiendum videtur, atque totius commatis interpretatio, GEIERO et SCHARFENBERGIO praeeuntibus (in Not. ad CAPPELLI *Crit. S.* P. II. p. 743.), ita inſtituenda: *tunc trepidabunt pavore, quando Deus in piorum gente* erit, tunc, cum Deum adeſſe piis viderint, ſe vero ope ex auxilio deſtitutos, tremore corripientur. Quare minime opus videtur, הֲלֹא cum Koehlero ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetere. — Alii hunc in modum: „*At metuent aliquando, et trepidabunt*, ſubaud. cum in mediis ſucceſſibus ipſorum poenae divinae ingruent; *neque enim Deus pios ſuos cultores deſerit.*" Sed ex noſtra interpretatione nil ſubandire neceſſe eſt. Poſterioris hemiſtichii, אֱלֹהִים בְּדוֹר

 צַדִּיק

צַדִּיק *Deus erit in gente pia, ſ. inter gentem piam,* ſenſum recte KIMCHI enarrat: עִמָּהֶם יִהְיֶה וּבְעֶזְרָתָם *aderit eis et auxilium eis praeſtabit.* Alexandrinus reddidit: ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος, quod manifeſte reſpondet editioni alteri Pſ. LIII., ubi ſic legitur: שָׁם פָּחֲדוּ פַחַד לֹא־הָיָה פָחַד, *illic trepidabunt timore, ubi nullus timor,* ubi nulla timoris cauſa, ubi nil erat timendum (Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 886. ed. Dath.), ſubito terrore correpti, ut Proverb. XXVIII, 1. *Fugit impius nemine perſequente; juſtus autem quaſi leo confidit.* Aben-Eſra poſt פַּחַד ſubaudiendum vult כָּמוֹהוּ, *ſicut ille,* hoc ſenſu: *timebunt timore tanto, cui ſimilis non extitit alius;* quod duriuſculum videtur. Ceterum haec Pſalmi LIII. varietas haud obſcure prodit ſerioris manus emendationem, quae conciſam Pſalmi noſtri XIV. phraſin pluribus vocabulis clariorem reddere ſtuduit; ſed parum feliciter, ut patet ex his, quae ſupra in prioris editionis verba diſſeruimus; niſi forſan ſingulus ille veteris carminis Verſus ſeriori aetati ita ſit accommodatus, ut ea mutatio ad res aut facta nobis ignota reſpiciat. Qua quidem in conjectura magis adhuc confirmor hemiſtichii poſterioris diſcrepantia multo inſigniori, quum pro Pſalmi decimi quarti verbis his: כִּי אֱלֹהִים בְּדוֹר צַדִּיק in Pſ. LIII. haec legantur: כִּי אֱלֹהִים פִּזַּר עַצְמוֹת חֹנָךְ *etenim Deus diſpergit,* ſive diſpergere ſolet *oſſa obſidentium te,* i. e. omne robur hoſtium imminuit, diſſipat, evanidumque reddit. Verbum פִּזַּר uſurpatur de *diſperſione, ſ. diſſipatione,* veluti *ovium,* Ierem. L, 12.; *hoſtium,* Pſ. LXXXIX, 11. CXII, 9.; *fugitivorum,* aut in *captivitatem* hinc inde abductorum, Ioel. IV, 3.; *oſſium,* Pſ. CXLI, 7. Atque ſic et h. l. oſſa hoſtium dicuntur diſſipanda, *vel* metaphorice, ut robur omne hoſtium, quod alias per *oſſa* ſolet indicari, cf. Pſ. VI, 3. XXXII, 3. XXXVIII, 4., a Deo frangatur atque debilitetur; *vel* proprie, quatenus hoſtium cadavera proſtrata, atque a feris volucribusque abſumta in loco proelii commiſſi, dilaniata ac diſcerpta jacent undique. Cf. Ezech. XXXIX, 15. — חֹנָךְ *Obſidentis*

is te, h. e. uniuscujusque hoftium, caftra adverfus te ponentium Singularis חוֹנָה, *caftra ponens*, distributive accipiendus eft, cum Vs. anteced. hoftes in plurali numero effent commemorati. Ceterum quod affixum attinet, notandum eft 1), per apoftrophen fermonem converti ad pios Iovae cultores; et 2) refolvendum effe in hunc modum: חוֹנָה עָלֶיךָ, *caftra ponentis contra te.* Praeterea et haec punctorum anomalia accedit, quod pro חוֹנְךָ, vocali fuffixi ad literam praecedentem revocato, pofitum fit חֹנָךְ, aeque ut loco אִתְּךָ, *tecum* in paufa ponitur אִתָּךְ. Vid. NIC. GUIL. SCHROEDERI *Inftitt. ad fundam. Ling. Hebr.* Reg. CLXXVI. b. ε. ב. — Iarchius et Kimchi affixum ad Hierofolymam referunt; quafi pofitum effet, *nationum* החונות עליך *quae caftra metantur adverfus te, offa Iehova diffipabit;* quorfum Kimchi allegat locum fimilem Zachar. XIV, 3. *Exibit Deus, et pugnabit adverfus gentes illas,* ubi mox Vs. 5. fequitur: *omnes fancti* עִמָּךְ *tecum*, fubaud. Hierofolyma. Qua tamen ratione foemininum effet adhibitum, חוֹנֵךְ. Meminit alius adhuc interpretationis, ut חוֹנְךָ deducatur a radice חָנַךְ *initiavit*, quae forma nominis prorfus infolens, quem fenfum gignat, non fatis poteft percipi. — REDDINGII interpretatio, חוֹנֶיךָ (fic enim, in plurali, veterum auctoritate, cenfet efferendum) vertentis: *qui tibi propitii funt, amoris affectione in te propenfi, qui tuas partes fequuntur,* quam notionem verbum חָנָה et חָנַן tam apud Arabes, quam apud Hebraeos obtinet, dubito, an aliis fit placitura. — Alexandrinus fic vertit: ὁ θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων quod Vulgatus fequitur: *offa eorum, qui hominibus placent,* cum quibus et Syrus convenit, licet is aliter dispungat: ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܒܕܪ ܓܪܡܝܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܫܦܪܝܢ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܗܬܘ *quia Deus dispergit offa eorum, quoniam ii, qui placent hominibus, pudefacti funt.* Hos interpretes pro litera finali ךְ vocis חנך legiffe cum ף Phe finali חָנֵף, *hypocrita* (hypocritae autem funt ἀνθρωπαρέσκοι,

κοι, quum hominum captent laudem et gloriam), poft Brentium fufpicatus eft CAPPELLUS *Crit. S.* L. IV. Cap. V. p. 606. ed. Halenf., qui tamen addit ipfe: „Nifi quis forte fufpicetur, eos deduxiffe hanc vocem a חנן, quod fignificat *gratiofum* effe, ita ut ך finale fit affixum fecundae perfonae, q. d. *gratificantium tibi.* Quod et inde eft verofimile, quod Chaldaeus, Aquila, Symmachus atque Hieronymus manifefte noftram lectionem exprefferunt (אֲרוּם אֱלָהָא מְבַדֵּר תְּקוֹף מַשְׁרְיַת חַיָּבַיָּא *quoniam Deus disfipans robur exercituum,* f. *caftrorum, peccatorum;* Aquila: *ὅτι ὁ Θεὸς ἐσκόρπισεν ὀστὰ παρεμβεβληκότων σου.* Symmachus: *ὁ γὰρ Θεὸς διασοκρίπσει ὀστᾶ τῶ παρεμβαλλόντων περὶ σέ.* Hieronymus: *quoniam Deus difperfit offa circumdantium te*). Ceterum CLERICUS in *Arte Crit.* P. III. Sect. I. Cap. XVI. p. 254. quae in Pf. LIII. exftant verba genuina a poeta ipfo profecta cenfet, quae vero Pf. XIV., vitiata vetuftate atque manca comparere. KOEHLERUS contra in *Repertor.* P. VIII. p. 234. quae Pf. LIII. leguntur, librariorum five ofcitantia five intempeftiva mutandi cupiditate ex genuina lectione Pfalmi XIV. orta exiftimat. Exftitiffe tamen eas mutationes jam tum, cum haec carmina colligerentur, manifeftum eft inde, quod verfiones antiquae magna ex parte utroque loco, Pf. XIV. et LIII., receptam lectionem exprimunt. Quae mihi vero omnis inter utrumque carmen diverfitatis caufa videatur, in Argumento declaravi.

6. עֲצַת עָנִי תָבִישׁוּ *Confilium egeni*, f. *afflicti*, quo a Iova auxilium exfpectat; fiduciam, quod in Deo ponit, ut ex hemiftichio altero apparet, *pudefacere foletis,* fannis ac illufionibus deridetis, ita ut pudorem ipfi incutere, et confilium hoc ejus ridiculum reddere annitamini quam maxime. כִּי יְהוָה מַחְסֵהוּ *Quod Iova perfugium ejus,* quod Iovam fibi protectorem elegit, fub quo fe tutum effe, et a malis omnibus liberatum iri confidit. Sunt tamen, qui כִּי *fed* vertant, neque id male; profano impiorum rifui enim fic gratiofum piorum, quo femper apud Iehovam fruun-

fruuntur, praeſidium oppoſitum erit. Ceterum pro ſecunda perſona, תָּבִישׁוּ, Dathius mallet legere tertiam, יָבִישׁוּ, quam Syrus et Arabs exprimunt, vel הבישו, quod unus Kennicotti codex exhibet. Verum illi liberius vertiſſe videntur, atque unici codicis ſingularis lectio ſcribae haud dubie errori originem debet. — In Pſ. LIII. eorum, quae modo explicavimus, verborum loco, haec leguntur: הֱבִישֹׁתָה כִּי־אֱלֹהִים מְאָסָם *pudore afficies*, ſ. deludes eos, ſubaudi: tu, piorum gens, ab impiorum turba antea oppreſſa et vexata (Vs. 5.), *nam Deus eos reprobavit.* Pro הֱבִישֹׁתָה Dathius et hic, Alexandrini atque Vulgati interpretis auctoritate (*κατῃσχύνθησαν*, *confuſi ſunt*), in tertia perſona הוֹבִישׁוּ efferre mallet.

7. מִי יִתֵּן מִצִּיּוֹן יְשׁוּעַת יִשְׂרָאֵל *Quis dabit*, utinam aliquis praeſtaret (ſolent enim Hebraei ita Optativum exprimere, cf. not. ad Deut. V, 26.), *e Sione*, ubi Iovae ſedes erat, *ſalutem Iſraelis*, i. e. utinam Iova Iſraelitico populo opem et auxilium praeſtaret! Pro יְשׁוּעַת legitur in Pſalmo LIII. in hodiernis codicibus plerisque in plurali יְשֻׁעוֹת, ſenſu eodem manente. Quae mutatio an librario, qui literam ו errore transpoſuerit, ſit tribuenda, aut conſulto facta, nemo facile dixerit. KOEHLERUS יְשׁוּעַת genuinum eſſe cenſet, quod etiam in altero loco ſit retinendum, atque eo magis quidem, quod Veteres, Chaldaeo excepto, ſingularem illic expreſſerint. — בְּשׁוּב יְהוָה שְׁבוּת עַמּוֹ וגו׳ *In reducendo*, quando reduxerit *Iova captivitatem populi ſui*, i. e. populum ſuum captivum, abstracto poſito pro concreto, *exultabit Iacob, laetabitur Iſrael.*

PSAL-

PSALMVS QVINTVS DECIMVS.

ARGVMENTVM.

Docetur, qui ſint veri Iovae cultores, et ejus favorem ac tutelam ſibi promittere poſſint. Interpretes fere, ſtatuunt, Pſalmum factum eſſe tum, cum arcam in tabernaculum Sionium introduxit David *), et ut ante, regnum, in arce ibi, ita tum ſacerdotium, ad Moriam conſtituit, ut hac occaſione populum hoc Pſalmo ad verum Iovae cultum veraeque pietatis et juſtitiae ſtudium adhortari voluiſſe videatur. — MICHAELIS atque DOEDERLINIUS proceribus inprimis et magiſtratibus, TOBLERVS **) autem et PAULUS ſacerdotibus atque cultus ſacri miniſtris vitae morumque exemplar hocce carmine propoſitum eſſe putant. Sed eſt ejus, aeque ac Pſalmi primi, argumentum generale prorſus, nec facit ad ejus intelligentiam, ſi certo alicui hominum ordini applicamus.

1. מִי

*) Vid. 2 Sam. VI, 12. et 1 Chron. XVI, 1.

**) In *den Anmerkungen zur Ehre der Bibel*, Particula III. p. 81.

1. מִי יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ *Quis commorabitur*, i. e. ut recte Chaldaeus expreſſit, מַן חֲמֵי לְמִדַּר *quis dignus eſt, ut commoretur in tabernaculo tuo*, in loco ſancto, ubi Iovae cultus, Davidis tempore, celebrabatur, in tentorio Moſaico, ſive ad arcam foederis, cui Davides tentorium tetenderat, templo nondum extructo, vid. 1 Paral. XV, 1. In verbo יָגוּר interpretando argutatur VENEMA, dum ſic reddit: *quis in tuo tentorio cliens diverſabitur?* quod Arabibus verbum جار in conjugatione tertia ſignificat: *in fidem et clientelam recepit.* Sed fruſtra hic emphaſis captatur, quum גּוּר, ex hemiſtichiorum parallelismo, merum ſit verbi שָׁכַן ſynonymum. — מִי יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ *Quis habitabit in monte ſanctitatis tuae*, in monte tuo ſancto, poſterius enim ſubſtantivum adjectivi loco ponitur, ut Pſ. XI, 4. הֵיכַל קָדְשׁוֹ. Intelligitur autem vel mons *Sion*, arcae ſacrae, Davidis tempore, domicilium, vel *Moria* mons, templo extruendo deſtinatus.

2. Inducitur jam Iova reſpondens, et declarans, quem ſecum habitare ſinat: הוֹלֵךְ תָּמִים *Ambulans integer*, vitae ſcelerisque purus. תָּמִים enim uſurpatur de omni, quod *perſectum eſt*, ſive *quantitatem* ſpectes, de eo, quod omnibus partibus ſuis conſtat, veluti *annus*, Levit. XXV, 30., *dies*, Ioſ. X, 13.; ſive *qualitatem*, de eo, quod macula omni et labe caret, ut *hoſtiae* Iovae offerendae (in Levitico paſſim). Unde transfertur ad *animum rectum* et probum, ut h. l. et Geneſ. XVII, 1. *ambula coram me, et eſto* תָּמִים *perfectus.* Prorſus itaque convenit cum Latinorum *integer*. KIMCHI: אם תמים הוא תואר ר״ל הולך בדרך תמים ואם הוא שם ר״ל הולך בתמימות *Si* תָּמִים *eſt* adjectivum, *poſitum erit* pro בְּדֶרֶךְ תָּמִים [quae ipſa locutio plena occurrit Pſ. CI, 6. *ambulans in via integra miniſtrabit mihi*]; *ſi vero* ſubſtantive *accipiatur, pro* בְּתָמִימוּת *erit;* ſive pro בְּתָמִים, ut Pſ. LXXXIV, 12. *nullum denegabit bonum* לַהֹלְכִים בְּתָמִים *illis, qui in integritate ambulant.* Cf. Ioſ. XXXIV, 14. Iud. XIX, 16. 19. Notiſſimum

mum vero, praepoſitionem ב ſaepe omitti, adeoque ſubſtantivum nude poſitum, adverbiaſcere. — וּפֹעֵל צֶדֶק *Et faciens rectitudinem*, i. e. KIMCHIO interpretante, שכל מעשיו יעשה בצדק, *qui omnia, quae agit, recte* beneque *agit*. — וְדֹבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ *Et qui loquitur veritatem in corde ſuo*, i. e. verba, quae conveniant tam cum rebus, quam cum animi ſui ſententia; qui non aliud in corde habet reconditum, aliud ore prodit, ut faciunt bilingues iſti, Pſ. XIII, 3. KIMCHI: לא ימצא שקר בדבריו והאמת שידבר בפיו הוא בלבבו כי איננו אומר אחר בפה ואחר בלב *in cujus ſermonibus nil falſi reperitur; ſed qui vere ita ſentit ut loquitur, neque aliud loquitur, aliud ſentit.*

3. לֹא רָגַל עַל לְשֹׁנוֹ *Non obtrectat lingua ſua*, nominis famam aliorum non laedit, nec lingua ſua inſidias ſtruit ullas, vel falſa affingendo, vel vera prodendo aut exaggerando ultra veritatem, aliumque in ſenſum detorquendo. Verbum רָגַל in Conjugatione *Cal* hoc tantummodo loco occurrit; in *Piel* ſignificat *explorare* urbem aut regionem, ut *Aegyptum*, Geneſ. XLII, 30., *Ierichuntem*, Ioſ. VI, 25. (a רֶגֶל, *pes*, quod exploratores *circumeundo* atque *ambulando* quaerere ſolent), hinc *traducere* aliquem, quomodo ſervus Mephiboſethi herum ſuum יְרַגֵּל, 2 Sam. XIX, 27. Convenit itaque ut ſono, ita et ſenſu cum רָכִיל, quod apud Hebraeos *negotiatorem*, apud Chaldaeos *obtrectatorem, calumniatorem* ſignificat. Sic quoque SALOMON BEN MELECH verbum noſtrum interpretatur: ענין המלשינות והרכילות ונפשר שיהיה מלשון רגל לפי שהמלשין והרכיל הולך תמיד ומספר דברים מזה לזה *Significat* calumniari *atque* detrectare alicui. *Videtur eam notionem a nomine* רֶגֶל *accepiſſe, quod calumniatores et detrectatores continuo circum ambulare, atque res ab uno ad alium deferre ſolent.* Chaldaeus: לָא אֲכַל קוּרְצִין בְּלִישָׁנֵיהּ *lingua ſua non calumniatur.* Syrus: ܠܐ ܢܟܠ ܒܠܫܢܗ *non fraudulentus lingua ſua;* et Alexandrinus: ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ· *non decepit*, aut *egit doloſe lingua*

gua ſua. Aben-Eſra hoc verbum refert לגלות המסתרים כדרך המרגלים *ad manifeſtationem ſecretorum, quomodo facere ſolent exploratores.* Etenim quemadmodum hi ea regionis alicujus loca, quae praeſidiis nuda ſint, explorare, modosque nocendi perſpectos aperiunt aliis; ita verbo רָגַל, ex Aben-Eſrae mente, deſignantur ejusmodi inſidiae, quibus aliquis alius infirmitatem expiſcatur, eandem calumnioſe divulgat, aliisque occaſionem ipſi nocendi ſuppeditat. — PAULUS verbum רָגַל in *Clavi,* p. 70. edit. ſec. interpretatur: 1) *pede aliquid facere;* 2) *conculcare, proterere.* Hinc nomen ſubſtantivum רָגָל (ita enim h. l. vult enunciandum) *malum, infortunium,* ſignificare ait, idque Arabum رجل *calamitas,* et رجل, *contuſio, inſolentia* confirmari opinatur. Ut igitur vertendum ſit: *cujus ſuper lingua non infortunium,* noxa. Vel, ſi verbum retineas: *qui non conculcat ſuper lingua ſua.* Verum רָגַל ſimpliciter *ambulare,* non *pedibus proterere* ſignificare veriſimile eſt. Particula עַל hic inſervit conſtructioni verbi רָגַל, idem valens quandoque ac ב, denotatur enim detrahendi, ſive calumniandi inſtrumentum. Cf. NOLDII *Concordantt. Particular.* p. 554. ſeq. — לֹא עָשָׂה לְרֵעֵהוּ רָעָה *Non fecit,* non facere, inferre ſolet, *proximo,* ſ. ſocio *ſuo malum.* Per רֵעֶה, *ſocium,* ſ. *proximum,* non tantum intelligit eos, quibuscum familiaris uſus intercedit, ſed omnes omnino homines, inter quos communis ſocietas debet eſſe. Recte KIMCHI: רעה וקרובו הוא שיש לו משא ומתן עמו או שכנו ובאמרו לא עשה לרעהו רעה איננו אומר כי לאחרים עשה אלא דבר הכתוב על ההווה כמו לא תזנה איש את־עמיתו איננו אומר כי מותר לו להונות אדם אחר שהוא נכרי שאיננו עמתו וכן לא־תענה ברעך עד שקר איננו אומר כי באחר שאיננו רעו מותר להעיד שקר אלא לפי שמשאו ומתנו ועסקיו עמו וכן הוא מנהג הלשון בהרבה מקומות i. e. רֵעֶה *et, in ſequenti inciſo,* קָרוֹב, *deſignat omnem, quocum res et ratio nobis eſt, ſive qui eundem eum nobis vicum colit. Cum igitur dicit:* proximo ſuo malum

malum non folet inferre, *nequaquam innuit,* aliis (praeter proximum) inferre; *fed eadem hujus loci eft ratio, atque illius,* Levit. XXV, 17. Nemo proximum injuria afficiat, *quo minime alienigena affligi permittitur* [Cf. enim Levit. XVII, 33. 34.]. *Sic cum* Exod. XX, 16. *praecipitur* ut non teftemur falfum adverfus proximum, *non fequitur inde, quod liceat teftari falfum contra alium; fed mos loquendi talis Scriptorum Sacrorum, quo per* proximum *defignant eum, quicum nobis negotium eft.* Valet igitur utrumque vocabulum fimpliciter idem, quod Latinorum *alter.* — וְחֶרְפָּה לֹא־נָשָׂא עַל־קְרֹבוֹ *Et opprobrium* f. ignominiam *non elevat fuper proximum fuum*, i. e. ut SALOMON BEN MELECH interpretatur, לא הטיל עליו שום דבר חרפה *probro eum non afficere folet*, five, ut Aben-Efra: לא עשה דבר שיחרפו בו קרוביו *nihil facit, quo alius probro afficiatur*, non in caufa effe folet, ut propinquus defpiciatur ab aliis, fed famam ejus femper falvam cuftodire annititur. IARCHI: אם עבר קרובו עבירה שיש בה עונש ענשו במשפט ולא נשא עליו חרפתו שיהא פתחון פה למחרף *Si alius quidpiam commiferit, quod dignum fit poena, ipfe illum caftigat in judicio, nec calumniatori occafionem illi detrahendi praebet;* etiamfi prudenter emendare eum annitatur, ftudiofe tamen declinat ejus defpectum et vilipendium. Vox חֶרְפָּה (propr. *τὸ carpere, decerpere,* coll. Arab. خرف, cf. ALB. SCHULTENS ad Iob. XXVII, 15.) notat vel dictum vel factum, quo alicujus famae vel exiftimationi detrahitur et nocetur. Sic Goliath 1 Sam. XVII, 26. maledictis fuis Ifraelitico populo intulit חֶרְפָּה, *opprobrium.* לֹא־נָשָׂא, qui *non elevat,* i. e. non producit, ut Exod. XXIII, 1. לֹא תִשָּׂא שֵׁמַע שָׁוְא *ne proferas* f. fpargas *rumorum falfum.* Cf. Exod. XX, 7. Ezech. XXXVI, 15.

4. נִבְזֶה בְּעֵינָיו נִמְאָס *Contemtus* eft *in oculis ejus reprobatus.* Quod Chaldaeus fic interpretatur: דְשָׁט בְּאַנְפּוֹי וּבְסִיר *qui defpectus in adfpectu fuo et contemtus.* Quem Aben-

Aben-Eſra ſequutus, verba noſtra hunc in modum explicat: נבזה קשור בעיניו גם נמאס והטעם כי עובר כל מצוה השם ששמר וכל טוב שעשה נבזה ונקל הוא בעיניו כנגד מה שהוא חייב לעשות לכבוד בוראו *Utrumque, et* נִבְזֶה, *et* נִמְאָס, *cum* בְּעֵינָיו *eſt conſtruendum, ut ſenſus ſit, hominem pium quicquid recti bonique fecerit, atque divinis juſſis conſentaneum, nihili tamen aeſtimare, comparatis cum his, quae teneatur facere creatoris ſui in gloriam.* Verum quum in eo, quod proxime ſequitur, inciſo, manifeſta ſit antitheſis; praeferenda haud dubie Iarchii interpretatio: מי שהוא נבזה ברשעו נמאס בעיניו של צדיק *qui contemtus eſt propter impietatem, apud pium reprobus eſt*, eum pius averſatur; ſive, quod praetulerim: *contemtus eſt in oculis ejus reprobus*, h. e. ſive, qui ob ſcelera ſua deſpicabilis factus, atque contemni meretur, ſive, qui a Iova propter malitiam repudiatur. Sic Ierem. VI, 30. *argentum* נִמְאָס *reprobum* vocantur principes pravi (Vs. 28.), כִּי־מָאַס יְהוָה בָּהֶם *quod Iova eos reprobavit.* Subdit noſter: וְאֶת־יִרְאֵי יְהוָה יְכַבֵּד *qui vero Iovam colunt, eos honorabit*, i. e. magni facere, atque in pretio habere ſolet. — In explicandis verbis נִשְׁבַּע לְהָרַע וְלֹא יָמִר difficultatem interpretibus creat dictio לְהָרַע, quae num *ſocio*, an vero *ad malefaciendum* ſit vertenda, ambigitur. Atque I) prius illud quidem praeivit Alexandrinus: *ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀθετῶν·* quod ſic expreſſit Vulgatus: *qui jurat proximo ſuo et non decipit.* In eundem ſenſum Syrus, qui ſic reddit: ܕܝܡܐ ܠܚܒܪܗ ܘܠܐ ܡܕܓܠ *jurat ſocio ſuo nec mentitur.* Idem ſequuntur e noſtratibus ZACHARIAE, SCHULZIUS, KOEHLERUS, DATHIUS (*qui jurat alteri, nec mutat*), alii. Verum huic interpretationi obſtat *primo*, quod *ſocius* ubique in Codice Hebraeo רֵעַ, ſive רֵעֶה, nusquam רַע, dicitur; *deinde*, quod ex Hebraico loquendi uſu ponendum fuiſſet ſive לְרֵעֵהוּ (ut ſupra Vs. 3.), quod ipſum MUNTINGHE olim et hic in codd. extitiſſe, ſed a librario quodam vel oſcitantia, vel vocabulum in ſen-

fenfum allegoricum detorquendi ftudio, in לְהָרַע mutatum cenfet), five לְרֵעוֹ, five לְרֵעוֹ. Ad eandem hanc claffem eorum, qui dictionem noftram ad רָעָה, five רֵעָה, *affociavit*, referunt, pertinet quoque Symmachus, cujus talis eft verfio: ὀμόσας ἑταῖρος εἶναι, καὶ μὴ ἀλλαγεὶς, *qui juravit, amicum fe fore, et non mutavit.* Quae interpretatio arrifit DURELLIO atque MOSCHIO, cui (in libro, cujus epigraphe eft: *der Bibelfreund*, P. V. 305.) לְהָרַע Infinitivus eft Conjugationis *Hiphil* verbi רעע, quod quamvis plerumque *conquaffare* denotet, tamen hic, ut verba alia *imperfecta*, (veluti בָּרָה et בָּרַר, *eligere* 1 Sam. XVII, 8. Ezech. XX, 38., שָׁסָה et שָׁסַס, *diripere*, Hof. XIII, 15. 1 Sam. XVII, 53.); communem habere putat fignificationem cum רֵעָה, *focium, amicum effe*, quemadmodum Prov. XVIII, 24. לְהִתְרוֹעֵעַ ab interpretibus haud paucis eodem cum הָרַע fenfu accipitur; quod tamen minime eft neceffe, ut Schultenfius ad eum locum oftendit; quare hoc loco ifta fignificationum permutatio, utpote nullo alio exemplo indubio nixa, non videtur admittenda; atque id eo minus, quod II) לְהָרַע reliquis omnibus, quibus occurrit, locis, manifefte eft Infinitivus Conjugat. *Hiphil* (a verbo רוּעַ) *malefacere.* Vid. Genef. XXXI, 7. Levit. V, 4. Ierem. IV, 22. XXV, 29. Zachar. VIII, 14. Ita quoque Aquila: ὀμόσας τοῦ κακῶσαι, καὶ οὐ σφάλῃ. Vel fic tamen integri hemiftichii fenfus non uno modo explicari folet. 1) Interpretes ex Iudaeis tantum non omnes לְהָרַע, *ad malefaciendum*, reciproco fenfu de voto intelligunt jejuniorum et abftinentiae, quibus corpus maceretur, Chaldaeo praeeunte, qui fic vertit: דְיוֹמֵי לְאַבְאָשָׁא לְגַרְמֵיהּ וְלָא מְשַׁלְחֵף, *qui juravit male habere corpus fuum, neque mutat.* Quod Aben-Efra fic explicat: נִשְׁבַּע להרע נפשו כמו לצום כי יבאיש הבשר *Iuravit malo afficere fe ipfum, veluti jejunando, quod carnem macerat.* Quae interpretatio minime probari poteft, quia Hebraei illud per נָדַר, *vovere*, non נִשְׁבַּע, tum *affligere propriam carnem* per עִנָּה נֶפֶשׁ (Num. XXX, 14. Ruth. I, 21.), *caftigare animam*, non

non per הָרַע, fignificare folent; ut taceam, talia officia a poeta hic enumerari, quae fint erga proximum. Quare 2) alii vertunt: *qui jurat in damnum fuum*, et hunc locum de fidei conftantia intelligunt, ut cum vir probus quid juraverit, etiamfi poftea contingat, id illi moleftum et damnofum effe, praeftet tamen, neque ullo periculo ab eo, quid juraverit, animum deflectat. Hunc fenfum vero fi vates exprimere voluiffet, fcribendum ipfi fuiffet לְהָרַע לוֹ, five לְנַפְשׁוֹ. Nos quidem olim 3) verba נִשְׁבַּע לְהָרַע contracte pofita cepimus pro loquutione plena נִשְׁבַּע לְהָרַע אוֹ לְהֵיטִיב (Levit. V, 4.), quafi haec jurisjurandi formula fuerit, hunc in modum interpretanda: *juravit ad malefaciendum aut benefaciendum*, five, *ut male aut bene faciat* ei Iehova, i. e. fidem fuam adftrinxit hac interpofita jurisjurandi formula, *male mihi Deus faxit*, male mihi fit, fi umquam promiffum fallam, five: *ita me Deus iuvet*, hoc vel illud faciam; ut hic effet loci fenfus: fi exfecratione fe devinxerit, fe quidquam facturum, numquam fallit. Jam tamen id nimis quaefitum nobis videtur, malumusque cum de Wettio לְהָרַע pro frequentiori לְרַע capere, hoc fenfu: *et malo*, improbo quoque *fi juraverit*, promiffum fervat. Simili plane modo לְהָעָם *populo pro* לָעָם legitur 2 Chron. X, 7., et plura alia exempla fervati ה articuli poft praefixa בְּ, כְּ, לְ collegit GESENIUS in *dem ausführl. Lehrgeb.* p. 198. וְלֹא יָמִר *Neque mutat*, i. e. conftans eft in fervandis promiffis.

5. כַּסְפּוֹ לֹא נָתַן בְּנֶשֶׁךְ Qui *argentum fuum non dat*, non exponit *ad foenus*. Ufuram a populari exigere, lege prohibuit Mofes, Exod. XXII, 24. Levit. XXV, 36. collat. Deuteron. XXIII, 19. 20. Ezech. XVIII, 8, 13. *Foenus* autem apud Hebraeos a *mordendo* נֶשֶׁךְ *dicitur*, quod tecte hominem mordet, rodit et conficit res ufuraria; five quod ad ufuram dans, eo pacto dat, ut aliquid de bonis ejus, cui dat, tamquam morfu auferat. — וְשֹׁחַד עַל־נָקִי לֹא לָקָח *Munus adverfus innocentem nullum accipit*, quod recte IARCHIUS interpretatur: ושוחד לא לקח

לקח על עני להרשיעו בדין להטות משפטו, *munus non accipit contra pauperem, ut in judicio illum condemnet, ad pervertendam caufam fuam*, non finit fe pecunia aut mercede corrumpi, fi judex fedeat, ut innocentem condemnet. Addit Iarchius: ועוד פירשוהו רבותינו לא לקח שוחד על נקי לנקותו בדינו קל וחומר שאינו לוקה שוחד להטות המשפט *Sunt ex viris doctis noftratium, qui fic exponant: non accipit munus, ut jus innocenti fervet, ac multo minus, ut illum condemnet.* Kimchi hanc interpretationem fequitur, quod jam dictum fit, *proximum malo non afficit,* ut non neceffe fuerit addi, *munera propter innocentem non accipit*, priore fenfu. Sed prima expofitio, utpote fimplicior, et magis prompta praeferenda videtur; cui praeterea convenit Exod. XXIII, 6. *Ius pauperis ne pervertatis;* atque Deut. XVI, 19. *Iuftitiam ne violate, perfonarum refpectum numquam habete, nec munera accipite. Munera enim excoecant fapientum oculos et pervertunt res juftorum.* — Subjungitur epiphonema et conclufio carminis: עֹשֵׂה אֵלֶּה לֹא יִמּוֹט לְעוֹלָם *Qui facit haec,* his rebus qui ftuduerit, *non movebitur umquam,* i. e. dignus eft, qui femper tecum diverfetur atque in domo tibi facrata commoretur. Sive: non labetur, non praeceps ruet, fed ftabili firmoque veftigio ftabit, Deo eum adjuvante et continente.

PSAL-

PSALMVS SEXTVS DECIMVS.

ARGVMENTVM.

Poeta in extremo discrimine ac dimicatione fortunae et vitae ardentes ad Iovam preces fundit, velit ipſum conſervare, periculumque ab ipſius capite propulſare; quibus conſolationem miſcet, a fiducia, quam in Iova ponat, petitam, prolixe teſtatus de eo, quod ſolum eum verum Deum colat, ipſumque et verum cultum eius ſummum bonum eſſe ſtatuat; tum ab omni falſorum deorum cultu ſe abhorrere profitetur, ſibique gratulatur, quod Iovae beneficio e populo ejus ſit. Non dubitat autem hac in fiducia ſe exaudiri, et conſervatum iri; qua ſpe erectus, tanquam perfunctus periculis eſſet, divinam benignitatem, quae beata hac vita ulterius ipſum frui ſinat, laeto animo celebrat; quod huic poetae eſt familiare.

Inſcriptio Davidi hoc carmen aſſignat; nec reperitur in eo quidquam, quod ut fidem illi denegemus, nos moveret. Tempus vero atque conſilium carminis inveniendi tutiſſima via erit

Philiſthaeum Regem tutus tum fuit Davides, neque potuit de ullis periculis a populo hujus queri; neque Saul, neque ex Saulicis quisquam, eo perſequi Davidem audere potuit. Quare ego Pſalmo potius LVI. συγχρονὸν noſtrum putem, quum Davides, a Ionatha certior factus de implacabili Saulis odio, ad Philiſtaeum regem prima vice confugiſſet [4]), ubi agnitus ſtatim a Regis miniſtris, et ad Regem adductus, admonitum hunc eſſe Davidem, Philiſthaeorum hoſtem infeſtiſſimum, a Rege ſibi metueret, atque aegre tantum, dementiae ſimulatione, evaderet, pro qua liberatione Iovae Pſ. XXXIV. gratias agit, adeo ut haud longe antea noſter compoſitus eſſe videatur.

Quatuor poſterioribus hujus carminis Verſibus Petrus [5]) et Paulus [6]), Apoſtoli, Ieſum Meſſiam, ab inferis excitandum, a Davide adumbratum crediderunt. Quorum auctoritas apud interpretes ex Chriſtianis longe plerosque tantum valuit,

4) Vid. 1 Sam. XXI, 11—16.

5) Act. II, 25. ſeqq.

6) Act. XIII, 34. ſeq. Neque *accommodaſſe* illos tantummodo, ſive deflexiſſe ad Ieſum, quae ſenſu vero et proprio de *Davide* dicta exiſtimaſſent, ut noſtra aetate Theologorum haud pauci contendunt, inter quos praecipue ECKERMANNUS eſt nominandus (vid. Ejus *Theologiſche Beiträge*, P. I. Faſc. II. p. 98. ſeqq.); verum perſuaſiſſimum ipſis fuiſſe, Pſalmum *unice* et *vere* de *Ieſu* agere, manifeſte patet ex rationibus, quibus evincere ſtudent, de *Davide* carmen *non* poſſe accipi.

valuit, ut *Meſſiam* in hoc carmine loqui ſtatuerent, qui primum in malis, quibus urgeatur, fiduciam ſuam in divina benignitate repoſitam declaret, deinde (Vs. 4. et 5.) Iovae ſacerdotem ſe eſſe profiteatur, et denique a Deo ſe e mortuis revocatum, corpusque ſuum a corruptione ſervatum iri confidat. „Quae interpretatio,“ ut veriſſime RUPERTI animadvertit, „non modo ab orationis poeticae, Ebraeorum inprimis, indole et natura abhorret, ſed ne notioni quidem Meſſiae, qualem Judaei ab omni tempore ſibi informabant, reſpondet. Hi enim Meſſiam ſibi heroem, victorem regemque potentiſſimum, non ſacerdotem, vel hominem, cum adverſa fortuna multisque aerumnis conflictantem fingebant [7]).“ Sed multo minus probari poſſunt illi, qui hocce carmen, ut Pſalmos plures alios, ſenſu literali, aperto et hiſtorico, de Davide, myſtico vero,

7) Meſſiam ex morte in vitam rediturum eſſe, Judaei numquam exſpectarunt: ואלמשיח ימות ויلי אבנה ואבן אבנה וקד בין אללה מותה קאל לא יכהה ולא ירוץ עד ישים בארץ משפט וכו׳ *Morietur autem Meſſias, regnabuntque poſt ipſum filius et nepotes. Moriturum enim ipſum indicat Deus* [vaticinio Ieſaiae XLII, 4.]: *Non caligabit, nec frangetur, donec ponat in terra judicium* etc., inquit MAIMONIDES in Diſſertatione ſermone arabico ſcripta et Commentario in Talmudis Tractat. פרק חלק praemiſſa, in qua de Religionis Iudaicae fundamentis agit. Extat illa in Diſſertatt. Maimonidis praeliminaribus, quae ED. POCOCKIUS ſub titulo *Portae Moſis*, Oxon. 1655. junctim edidit; ubi locus excitatus legitur p. 159. 160.

vero, allegorico et ſublimi de Chriſto accipiunt. Quae interpretandi ratio, qua una eademque oratione, diſpari ſenſu accepta, plures ſimul eventus, disjunctos tempore, natura diſſimiles deſignari ſtatuatur, ab omnibus rectae interpretandi artis praeceptis ita aliena eſt, ut qui in Graeco aut Romano aliquo ſcriptore adhibere illam velit, is in communem prudentiorum reprehenſionem incurreret. Quod autem in aliorum ſcriptorum interpretatione omnes repudiarent, idem cur in ſacri codicis explicatione admittatur, nulla idonea cogitari poteſt ratio [8]).

---

1. שָׁמְרֵנִי אֵל כִּי־חָסִיתִי בָךְ׃ *Cuſtodi me, Deus, nam confugi ad Te.* Significanter אֵל, quod *fortem* notat, videtur poſitum. Senſum Aben-Eſra exprimit: שמרני כי אתה יי׳ והטעם גבור שתוכל להושיעני *Tuere me, quia tu Iova es, cui facultas eſt, ſalutem mihi praeſtandi;* ſerva me, tu, qui ſolus potes me ſervare, quia nihil non potes. Quare Aquila etiam *ἰσχυρέ* poſuit. Ratio tutelam Dei

8) Multam operam in hujus Pſalmi explicationem contulerunt I. D. MICHAELIS, in libro, quem inſcripſit: *Critiſches Collegium über die drey wichtigſten Pſalmen von Chriſto, den 16ten, 40ſten und 110ten.* Frnf. et Goett. 1759, 8.; GUIL. FRIDER. HUFNAGEL in Diſſertat. ſuper Pſalmo XVI., Erlang. 1787.; CHRIST. THEOPH. KUINOEL in *Vaticiniorum Meſſianorum verſione et interpretatione vernacula,* p. 22.; et GEORG. ALEX. RUPERTI in *Pſalmo XVI. varietate lectionis et perpetua annotat. illuſtrato*, in *Commentatt. Theologg.* Vol. I. II. Lipſ. 1794. 95.

Dei orandi et exorandi ſubjicitur haec: *quia ad te confugi,* quia tuo praeſidio nitor, in te ſpem omnem conjeci. Quis autem bonus deſerat eos, qui ſuae ſe ſidei commiſerint?

2. אָמַרְתְּ לַיהוָה *Dixiſti Iovae,* ſubaudiendum נַפְשִׁי, *anima mea,* ex communi interpretum ex Hebraeis ſententia, quod idem cum illo: *ego dixi.* Praeivit Chaldaeus: מַלֵּילְתְּ אַנְתְּ נַפְשִׁי *loquuta es, tu anima mea.* Hoc autem quum a noſtro loquendi more magnopere abhorreat, noſtratium plures cupide arripuerunt, quod in libris manu ſcriptis atque editis haud paucis, a de Roſſio enumeratis, reperitur, אָמַרְתִּי, idque in receptaë lectionis אָמַרְתְּ locum reſtituendum exiſtimarunt. Provocant praeterea ad Alexandrinum, Vulgatum, et Syrum, qui primam perſonam vertendo expreſſerunt. Verum rectiſſime SCHNURRERUS in *Animadverſſ. ad quaedam loca Pſalmorum* Faſc. I. (in Ejus Diſſertatt. junctim editt. p. 121.) monet, argumenta illa tantam vim minime habere, ut a lectione recepta ſit recedendum. „Nam quod attinet antiquos interpretes, quanquam illi habent *dixi domino,* exinde tamen non ſatis tuto conficitur lectionis in ipſorum codicibus diverſitas; ſed ſenſum potius expreſſiſſe videntur ejusdem, quae in vulgatis exemplis extat, locutionis, quam in ſua verſione preſſe imitari non poterant ſine ſumma obſcuritate. Librorum autem, et ſcriptorum et editorum, qui vocem אָמַרְתִּי habent, auctoritas parum valet in hac cauſa, quum ex utriusque lectionis natura et indole haud obſcure intelligi queat, utra ſit antiquior altera et praeferenda. Eſt enim lex critica, raro fallens, e duabus lectionibus praeferendam eſſe eam, ex qua alterius origo probabiliter poſſit cognoſci. Iam vero qui factum ſit, ut dictio אָמַרְתִּי degenerarit in alteram אָמַרְתְּ, multo ſane duriorem et difficiliorem, vix ulla probabilis cauſa afferri poteſt: quis enim haeſiſſet in voce tam facili atque perſpicua? contra vero, hac poſita, non poterat non illa facillime ſe offerre et quaſi obtrudere libra-

librariorum ingenio. Unde 'conſequitur, praeferendam hic eſſe lectionem duriorem atque inuſitatam, cujus tamen, niſi nos omnia fallant, ſimillimum exemplum deprehenditur Pſ. CXXXVII, 5. [*Si oblitus fuero tui, Hieroſolyma*, תִּשְׁכַּח יְמִינִי *obliviſcatur* anima mea, *dextrae meae*]." Haec Schnurrerus. Atque ſolenne eſſe Hebraeis, ut nomine femineo נֶפֶשׁ, *animae*, ad perſonam tam aliorum quam ſui ipſius deſignandam utantur, manifeſtum eſt ex Pſ. XLII, 6. XLIII, 5. [מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי וַתֶּהֱמִי עָלָי *Quid conturbaris anima mea, et tumultuaris apud me?*], et Thren. III, 24. [*Sors mea eſt Deus*, אָמְרָה נַפְשִׁי *dicit anima mea*]. Idem loquendi uſus apud Arabes obtinet, qui pro formula illa frequenti ipſis uſu, qua amorem erga aliquem ſummum teſtificari ſolent, إنّي فدأٌ لك *ego redemtio tua ſum*, i. e. tu mihi vita carior es, etiam dicunt فدا لك نفسي *redemtio tua anima mea*, ſive فدتك نفسي *redimat te anima mea*. Vid. SCHULTENSIUM ad *Haririi Conſeſſ.* II. p. 82. atque ad *Excerpta ex Hamaſa*, p. 326. Iam vero cur quis, ſe ipſum alloquutus, nomine illo נֶפֶשׁ notiſſimo omiſſo, verbum ſolum, ad quod illud ſubaudiendum ſit, ponere non poſſit, ego profecto non video. Exemplum noſtri ſimillimum occurrit in hoc Atnabitae, veteris poetae, verſiculo, quem ABULFEDA in Anall. T. I. p. 306. in medium profert, ubi ſe ipſum, ſive *animam ſuam*, omiſſo tamen ejus nomine, alloquitur:

وقولي كلّما جشأت وجاشت
رويدك تحمدي او تستريحي

Dico, quoties pavida trepidat: acquieſce! celebraberis [ob fortitudinem], *aut requieſces* [ſi moriendum fuerit]! Ubi ſimiliter, ut in noſtro Pſalmo, verba feminina adhibita vides, omiſſo nomine نفس, ad quod illa referenda ſunt. Eſſe autem nomen illud vere ſubaudiendum, ex hoc Merzuckii ad Hamaſam Scholio ita manifeſtum eſt, ut nulla du-

dubitatio ſuperſit: جاشت النفس وجشاءت بمعني واحد حميت من الفزع وارتفعت

Utraque elocutio جاشت النفس et جشاءت *ſignificat: incaleſcit prae metu et efferveſcit.* Quae quum ita ſint, ſupervacaneam eſſe patet PAULI conjecturam in *Clavi* ad h. l. ſuspicantis, verba שָׁמְרֵנִי אֵל כִּי־חָסִיתִי בָךְ ſententiae loco in ſuperiore monimenti parte ſcripta, et deinde ejus titulum אָמַרְתְּ לַיהוָה, *verba ad Iovam*, ſeorſim appoſitum fuiſſe. Sed multo minus placet RUPERTII ſententia, qui vocibus aliter diviſis, ſic legendum jubet: אֹמַר טַל יְהוָה *dicam* h. e. celebrabo *benignitatem Iehovae;* טַל, ſive טַל, et in ſtatu conſtructo טַל, convenire putat cum Arabum تول et تولة, *faſcinus, philtrum, blanditia, gratia, comitas, benignitas.* אֲדֹנָי אַתָּה *Dominus meus tu es!* Pro אֲדֹנִי I. D. MICHAELIS cum Alexandrino et Syro אֲדֹנִי, *dominus meus*, efferendum ſtatuit, quod, quum אֲדֹנָי aequipolleat *τῷ* יְהוָה, fere identica ſit propoſitio, *dico Iovae, tu es Iova.* Sed optime monet SCHNURRERUS: „Identicum profecto non eſt, ſi dicatur: *Iehovae dico, tu es Iehova;* idem enim hoc valet, ac ſi dixeris, o Iehova, te Iehovam, h. e. Deum, a me colendum profiteor: quapropter veterum quoque interpretum nonnulli hoc modo, et recte quidem, expreſſerunt." — In verbis טוֹבָתִי בַּל־עָלֶיךָ interpretandis in *duas* potiſſimum partes interpretes abeunt, aliis nomen טוֹבָתִי *active*, aliis *paſſive* accipientibus. I) *Priore* modo, *bonum, quod ipſe faciat*, ſive, a *loquente profectum*, intellexit Alexandrinus, qui ſic vertit: *τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις*, quod Vulgatus ſequitur: *quoniam bonorum meorum non eges.* Ita quoque ex Hebraeis *Ioſephus* KIMCHI a filio commemoratus: הטובה שאני עושה אינה עליך כלומר אינה מגעת עדיך *Bonum, quod facio, minime ad te pertinet.* Benefacta mea haud ejus generis ſunt, ut ex iis fructum aut emolumentum percipias, aut ut iis favorem tuum promerere poſſim. Quae ſententia huic

loco

loco parum concinna eſſe videtur. II) Plerique טוֹבָתִי *paſſive*, de *bono, quo poeta afficitur*, accipiunt, quamvis nec hi conſentiant. 1) Quum particula עַל haud raro *debitionem* indicet (veluti Eſr. X, 12. עָלֵינוּ לַעֲשׂוֹת *Nobis incumbit, ut faciamus*, Proverb. VII, 14. זִבְחֵי שְׁלָמִים עָלָי *ſacrificia euchariſtica mihi incumbunt*, debeo); IARCHI verba noſtra ita explicat: טובות שאתה עושה לי לא עליך הם לגמלני כי לא בצדקתי אתה מטיב לי, *bona, quae mihi impertis, non teneris mihi conferre, nec enim meritis vicem reddis.* Quod et KIMCHI ſequitur: הטובה שאתה עושה לי אינו מוטל עליך לעשות אלא הכל חסד מאתך *Bonum, quod mihi praeſtas, non tu praeſtare cogeris officio, vel debito aliquo, ſed ad bene mihi faciendum tua clementia te adduxit.* His forſan Aquila eſt accenſendus: *ἀγαθωσύνη μου οὐ μὴ ἐπὶ σέ· bonitas mea,* felicitas, qua fruor, *non eſt ſuper te,* mihi conferre non tenebaris. 2) GEIERUS עַל ſignificatione *ſuper* accipit, atque ſic vertit: *bonum meum non eſt ſupra te,* h. e. omnis mea felicitas in te ſolo reſidet, nihil tibi praefero, aut ſupra te aeſtimo. Sed rectius 3) SYMMACHUS ſenſum expreſſiſſe videtur: *ἀγαθόν μου* (al. *μοὶ*) *οὐκ ἔστιν ἄνευ σου·* quod Hieronymus ſic reddidit: *bonum mihi non eſt ſine te.* A quo nec Chaldaeus abſonus eſt: טִיבְתִי מִתְיְהִיבָא בַּר מִנָּךְ *bonum meum non conceditur niſi a te.* Invenerunt autem hi in ſuis codicibus pro עָלֶיךָ minime בִּלְעָדֶיךָ, ut poſt Agellium Michaelis et alii ſuſpicati ſunt; verum acceperunt particulam עַל ſignificatione ſatis uſitata *praeter.* Eodem modo SCHNURRERUS verba noſtra interpretatur: „*felicitas mea nihil quidquam eſt praeter te.* Eſt hic עַל, quod COCCEIUS in *Lexico* vocat *acceſſionis* et *adjunctionis,* cujus uſus cognoſcitur ex locis ſequentibus, Geneſ. XXXII, 12. Exod. XXXV, 22. Iud. XII, 1. XV, 8. Ezech. XVI, 37. Amos III, 15. Quemadmodum enim te tali homine, qui praeter Iovam alium quempiam, fictitium Deum, veluti Baalem, ſalutis ſuae auctorem coleret, bene hebraice dici poſſet: טובתו הבעל על יהוה; ita viciſſim qui Iovam

ſo-

ſolum veneratur, omnisque ſuae felicitatis verum ac unicum fontem et auctorem putat, certe dicere poteſt: טוֹבָתִי בַּל עָלֶיךָ." Eundem ſenſum expreſſit Syrus: ܘܛܘܒܬܝ ܡܢܟ ܗܝ *et bonum meum a te eſt.*

3. Verba לִקְדוֹשִׁים אֲשֶׁר־בָּאָרֶץ הֵמָּה I) nonnulli conjungunt cum Verſu praecedente, atque 1) alii quidem ita, ut pendeant ab אָמַרְתְּ. Ita KIMCHI: אחרי שהכנעי אל והאמרי לו אדני אתה הכנעי גם כן לקדושים ואדירים ואמרי כל חפצי להדבק בהם וללמוד ממעשיהם לאהבת אותם ועל הדרך הזה אמרו רבותינו ז"ל את יהוה אלהיך תירא לרבות תלמידי חכמים *Poſtquam coram Deo te ſubmiſeris eique dixeris: tu es Dominus, etiam coram ſanctis te ſubmitte, et dic: omne ſtudium meum collocatum eſt in eo, ut his adhaeream, exemplumque eorum ſequar.* Cfr. *ſimile illud magiſtrorum noſtrorum: Iovam Deum tuum cole, ut honorentur diſcipuli ſapientum.* Qui ſenſus etſi iis quae proxime ſequuntur, ſatis conveniat, tamen non talis eſſe videtur, quem poeta exprimere voluit; qui haud dubie praepoſita voci לִקְדוֹשִׁים particula ו indicaſſet repetendum eſſe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum אָמַרְתְּ. — 2) Ex aliorum ſententia verba noſtra pendent a טוֹבָתִי, Vs. praeced., quod quum alii *active*, alii *paſſive*, ut ſupra vidimus, acciperent, nova interpretationis diverſitas oriatur neceſſe eſt. α) Atque IOSEPHUS quidem KIMCHI qui טוֹבָתִי de bono accipit, quod ipſe poeta facere Verſum noſtrum ita enarrat: טובה שאני עושה וגו — — — כי לא יועיל לך אלא לקדושים אשר בארץ הזה לאהבתי אותך אני אוהב אותם שהם קדושים ואני מטיב להם Quorum verborum ſenſus ſimulque nexus cum Verſu praecedente ſic exprimendus videtur: *Quid eſt, quod mea opera fieri poſſit, quod tibi aliquid conducat? Celſior infinito es, quam ut meis beneficiis fruaris. Attamen quoniam tu Dominus, et omnia mea tibi debeo, erit interim omnis meus amor, omne ſtudium, in ſanctos, qui hic in terra mecum degunt, inſignes pietate, et praecla-*

ros virtutibus homines. Hi beneficiis a me poſſunt affici, his illa ſtudioſe impendam. β) IARCHI vero, qui טוֹבָתִי de bono intelligit, quo poeta afficitur, verba noſtra ita explicat: *bona, quae in me confers, minime mihi conferre teneris, ſed impertis mihi* בשביל הקדושים אשר המה קבורים בארץ אשר התהלכו לפניך באמת *propter ſanctos, qui ſepulti jacent in terra, et ſincere coram te ambulaverunt.* 3) Cum בַּל־עָלֶיךָ in Verſu praecedente, noſtri hemiſtichium prius conjungit TELLERUS (in *Praeteritis in quatuor hymnos Davideos,* 1773.) hoc ſenſu: *Nihil ſupra te optimatibus, qui in terra ſunt.* — Nec minus inter ſe diſſentiunt, qui hoc Verſu II) ſeorſam ſententiam exprimi ſtatuant. A) Plerisque noſtrae aetatis interpretibus hic locus, uti nunc in codicibus manu ſcriptis et editis legitur, talis eſſe videtur, ex quo ſenſus bonus nullo modo queat elici, quique igitur veterum verſionum ope in melius ſit reſtituendus. Id vero alii aliter inſtituunt. Atque haud pauci quidem 1) *Alexandrinum* ducem ſibi eligunt, qui ſic vertit: Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ, ἐθαυμάστωσε πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς. Quod Vulgatus ſequutus: *Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in iis.* Alexandrinus vero quomodo in ſuo codice Hebraeo legerit, iterum diſſentiunt. — α) FERRANDUS: „LXX. Senes legiſſe videntur: לקדושים אשר בארצו המה האדיר כל חפצי בם id eſt, *ſanctis, qui* (ſunt *ipſi*) *in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.* Auguſtinus legit *mirificavi* pro *mirificavit*: Euſebius autem ac Theodoretus legunt *ejus* pro *meas*. Utraque lectio vitioſa eſt.“ Ex Ferrandi igitur ſententia in Alexandrina verſione pro θελήματα αὐτοῦ reponendum eſt θελήματα ΜΟΥ, quomodo etiam Montefalconius et Clericus (in Commentar. ad h. l.) exhibent, quamvis non conſtet, utrum per errorem hoc factum ſit, an ex auctoritate librorum. — β) I. D. MICHAELIS Alexandrinum ſic putat legiſſe: לִקְדֹשִׁים אֲשֶׁר בְּאַרְצֹה מְהַאֲדִיר כֹּל חֲפָצָיו בָּם, *in ſanctis ſuis, qui ſunt in terra ejus* ſepulti, *miracula*

edit

edit eos refuscitaturus, nam *maxime illis delectatu* quam legendi et interpretandi rationem ceteris omnib praeferendam cenfet. Cui fententiae tamen SCHNU: RERUS recte opponit; 1) „parum credibile effe, in u eodemque loco adhibitas fuiffe ab auctore Pfalmi duaru vocum formas infolitas inufitatasque בָּאַרְצָה et הָאַדִּיר quas folitis בָּאַרְצוֹ et מַאַדִּיר majorem vel vim vel elega tiam habere, ne per fomnium quidem cogitari poff Neque vox חפציר multum probabilitatis habere videtu nam חֵפֶץ, fenfu *voluntatis, delectationis* adhibitum, ha umquam in numero multitudinis poni folet, adeoque fc bendum erat, ex conftanti linguae ufu, חֲפָצַי. 2) Por verbum האדיר minus recte conjungi cum praefixo ל, e altero loco Efai. XLII, 21. facile cognofcitur. 3) Rurf et illud verendum, ne, quae verbis לקדשים בארץ paru dubitanter tribuitur, fignificatio mere arbitraria fit, a que ex noftra tantum loquendi confuetudine ducta; e enim bene quidem hebraice dixeris, defunctos effe אֶרֶץ חֹשֶׁךְ Iob. X, 21., בְּאֶרֶץ תַּחְתִּית, Ezech. XXXI, 18., אֶרֶץ תַּחְתִּיּוֹת, ibid. XXXII, 18., vel בְּתַחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ Pf. LXII 10., fed illam formulam, qua dicerentur effe בָּאָרֶץ בְּאֶרֶץ יְהוָה apud Hebraeos in ufu fuiffe, id vero ne u eo quidem exemplo demonftrari poffe exiftimaverim. 4 Denique, quod praecipuum eft, ipfe etiam fenfus hau admodum magnam videtur habere commendatione Quid enim? num fancti tantum homines a Deo in vita reducendi, non impii pariter et profani omnes? Eg vero putaverim, fanctorum fi fit praedicanda felicita commemorari debere, non quae communia his cum rel quis hominibus omnibus, fed quae priva ipfis fint, et f comparata, ut cum iis, qui fanctorum nomine non ve niunt, communicari nulla ratione poffint." Haec Schnu rerus. — γ) KOEHLERUS in Alexandrini codice He braeo fic fcriptum fuiffe exiftimat: קְדוֹשִׁים אֲשֶׁר בְּאַרְצוֹ הֵמָּה יַאְדִּיר יְהוָה כָּל חֲפָצוֹ בָּם *In fanctis, qui in terra ip fius funt, miracula edit Iova; omnis ejus oblectatio i*

ii

iis eſt. Quod Alexandrinum vero in ſuo codice יְהוָה reperiſſe ſtatuit, id fecit auctoritate non modo editionis Aldinae et Complutenſis atque Theodoreti, verum etiam duorum codicum Pariſienſium, a STARKIO commemoratorum (in *Davidis aliorumque Poetarum Hebraeor. Carminn. Libb. V. p.* 30.), quibus accedit exemplum manuſcriptum verſionis Pſalmorum Alexandrinae, quod SCHNURRERUS poſſidet. In quibus omnibus poſt *ἐθαυμάστωσε* additum eſt *ὁ κύριος.* Et Hubigantus quidem, ut Schnurrerus monet, defendit lectionem יְהוָה, tanquam veram et genuinam; ſed rectius ſtatuiſſe Michaelem, qui gloſſam, ſive additamentum eſſe putarit. Arabicae certe verſionis auctorem in exemplo graeco, quo ipſe ad vertendum uſus eſſet, vocem *κύριος* hoc loco non habuiſſe videri. — 2) KNAPPIUS coll. 2 Theſſal. I, 19. lectionem atque interpretationem hujus commatis ita conformandam ſtatuit: לִקְדֹשִׁים בְּאַרְצֹה מָה יַאְדִּיר כֹּל חֲפָצָיו בָּם *In ſanctis,* qui *in terra ipſius* ſepulti jacent, *quam magnificum ſe exhibet!* a morte eos ad vitam revocans, et in ſedes beatorum eos traducens: *nam maxime illis delectatur.* Verum ſi poeta dicere voluit, *Iovam in ſanctis magnum ſeſe exhibere,* ita ponendum ipſi erat: הִתְאַדֵּר בִּקְדֹשִׁים. Neque nomen חֵפֶץ; ſenſu *voluntatis, delectationis* adhibitum, numero multitudinis uſurpari ſolet, ut jam ſupra monitum eſt. — 3) DOEDERLEIN in *Scholiis ad Libros Poeticc.* h. l. hanc legendi et interpretandi rationem commendat: לִקְדֹשִׁים אֲשֶׁר־בָּאָרֶץ הֵמָּה וְאָדִיר כָּל־חֶפְצִי־בָם *Sanctos beatos in terra praedico* (quaſi אֲשֶׁר poſitum eſſet pro אֲאַשֵּׁר, nec inſolentem dictionem eſſe, probat ex Pſ. XLI, 3. וְאֻשַּׁר בָּאָרֶץ) *commercia habeo, iis delector,* intimo eos amore amplector. אָדִיר ad verbum דור, *commorari,* Pſ. LXXXIV, 11. refert. Declarare autem Meſſiam, ſe verum Dei cultorem verſaturum eſſe cum populo Iudaico, neque gentium profanitati umquam litaturum; ſe patriae et divinae genti ſalutis praeconem futurum, eamque propenſiſſima voluntate proſecuturum eſſe. Sed

Sed אֲשֶׁר pro אֲאַשֶׁר poſitum eſſe, nemo facile ſibi p‹ ſuadebit. — 4) SCHNURRERUS antiquitus hoc modo ſc: ptum fuiſſe exiſtimat: רוֹשִׁים אֲשֶׁר־בָּאָרֶץ הֵמָּה אָדִיר וְכָל־חֶפְצִי בָם, *et ſanctos*, qui *in terra* ſunt, quod at net, *magnifacio eos, et unice illis delector.* Per partic lam ל voci קְדֹשִׁים praefixam indicari ſtatuit nominativı abſolute poſitum, veluti Eſai. XXXII, 1. Eccleſ. IX, 4. אָדִיר ipſi eſt prima perſona Futuri *Hiphil*, pro אַאְדִיר, אַאֲדִיר, quemadmodum Iob. XXXII, 11. אָזִין dictum pro אַאֲזִין. „Quum vero,“ addit, „litteram ו voci ירי praefixam abeſſe volumus, utimur nos auctoritate non ı lum Aquilae Symmachique, ſed Alexandrini etiam Vulg tique interpretis, quorum utrumque, ſi Vav adfuiſſ verbo potius futuri temporis quam praeteriti in verten uſurum fuiſſe, credibile eſt. Et quamquam in verſio Syriaca exiſtit illud Vav, vidimus tamen Pſalmorum tra lationem Arabicam, ex Syriaca factam (Londini, in M ſeo Britannico, inſignita num. 5469.), in qua copula a אדירי pariter omiſſa eſt, voci autem כל rectiſſime prae xa. Hanc certe commendationem habere videtur lec propoſita, ut non modo nihil peregrini ſuperſit in ſerm ne, ſed ſponte etiam nunc fluat oratio, ſenſusque cı illis, quae ſtatim ſequuntur, cohaereat aptiſſime.“ HENSLERUS pro חֶפְצִי Alexandrini auctoritate חֶפְצוֹ, que pro וְאַדִּירֵי, Theodotionem ſequutus, וְאַדִּירִי leg‹ dum cenſet, totumque verſum ita interpretandum: *Sa ctis, qui in* hac *terra verſantur*, nil ſupra te (quod commate praecedenti ſubaudit); *et Magnus* ille *meus hementer eis delectatur.* Nomine אַדִּיר ſummum num hic appellatum putat, ut Pſ. XCIII, 4. Ieſai. XXXIII, Quemadmodum vero addito ſuffixo Habac. I, 12. קְדֹשִׁי ‹ currit, ita et hic אַדִּירִי dici potuiſſe. Neque in ſub perſonarum mutatione quidquam Hebraeis poetis inſ‹ ti ineſſe. Aptiſſime denique huic ſententiae, quae ex I interpretatione prodiret; *Iova ſanctos*, ſibi deditos, *mines ſummo amore proſequitur*; in verſu ſequente ſubji

alii vero, qui eum negligunt, ipfi fibi dolores contrahunt. 6) PAULUS, in *Clavi Pfalmorum,* וְאַדִּירֵי mutato in וְאַדִּירִי, quod ipfi eft futurum verbi נדר *vota facio* (coll. Arab. نذر), cum י paragogico, five fuffixo pro נִי, verfum noftrum ita interpretatur: *Sanctiffimo*, h. e. Deo (plural. majeft.), *qui in hac terra*, in Palaeftina eft (הֵמָּה id quod הָיוּ, ut Pf. IX, 21.), vel, *qui hujus terrae dominus eft* (ב pro על), *vota facio*, five, *me addico et devoveo, vehementer illo delector.* — 7) RUPERTI tenebras Masoretharum, ut autumat, ignorantia huic Verfui obductas, hac vocalium accentuumque mutatione dispellere conatur:

לִקְדֹשִׁים אָשֶׁר [f. אשֶׁר] בָּאָרֶץ
הֵמָּה וַאֲדִירִי כָּל־חֶפְצִי בָם

„*Piis Dei cultoribus felicitas eft,* h. e. cultores Dei felices funt, *in terra,* h. e. in Palaeftina; *eos et magnifacio, unice illis delector.* De voce אֶשֶׁר vel אשֶׁר vid. Michaelis *Bibl. Orient.* T. XI. p. 202. T. XIX. p. 154. et *Supplemm. ad Lexx. Hebrr.* p. 130. 140. אָדִיר contracte pro אַאֲדִיר (ut אָזִין Iob. XXXII, 11. et forte אַחַר Iob. XIX, 26. et אֲשֶׁר Pf. X, 6. CXLIV, 12.) cum praefixo ו, quod paffim *etiam* fignificat, et cum paragog., nifi illud י cum כל jungere malis, ut וְכָל חֶפְצִי בָם, *praevalet*, h. e. magna eft *oblectatio mea in illis*, ἀρχαϊκῶς dictum fit pro *magnopere illis delector.*" Cui interpretationi tamen obftat primo, quod haec fententia: *eos etiam magnifacio,* ex linguae Hebraeae ufu, ita exprimenda fuiffet: וְהֵמָּה אֲדִירֵם *eosque*, quod attinet, *magni facio eos*, deinde, quod *Jod* paragogicum non nifi in Verborum *ultima He* futuris apocopatis adhiberi folet; vid. SCHROEDERI *Inftitt. Ling. Hebr.* Sect. IX. Reg. CLXVII. c. — Eft vero hic locus non ita comparatus, ut textum mutare opus effet. Poteft enim B) *lectio recepta* non uno modo explicari. 1) STORRIUS in *Obfervatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 295. in nota, poftquam obfervaffet, nominibus, abfolute pofitis, faepe *Lamed* praemitti (ut Iob. VI, 4. לָמֵס,

לָמַס *quod attinet ad contabeſcentem,* etc.), hanc loci noſtri interpretationem in medium affert: *quod attinet ad ſanctos, qui in terra ſunt; illuſtres,* magni (ſcil. ſunt; particula *Vau* enim in hujusmodi loquendi forma utramque ſententiam conjungit, vid. Pſ. CXV, 7. Prov. XXIII, 24. 1 Sam. XXV, 27. aliisque locis quam plurimis), *quibus unice delector,* h. e. ſancti, qui in terra ſunt, magni ſunt, quibus unice delector. Forte etymologia vocis אֶרֶץ *(humilitas)* reſpicitur: ſancti, qui in terra, igitur *humili loco,* ſunt (cf. Coh. V, 1.), tamen magni et *alti* ſunt, meaeque deliciae. Neque huic interpretationi obſtat, quod וְאַדִּירֵי in ſtatu conſtructo poſitum eſt, qui ante pronomen relativum (vel expreſſum, vel ſubauditum, ut Ieſ. XXIX, 1.) ſaepius obtinet.“ Haec Storrius, qui itaque *Iovae* haec verba eſſe cenſet. Cujus ſententiae tamen ſubſcribere dubitamus, quod in toto carmine ſolus poeta loquitur. 2) Nos quidem olim locum ita interpretati ſumus: *Sanctos, qui in terra ſunt, quod attinet, amplitudines,* ſ. magnitudines *omnis meae propenſionis in iis;* Adjectivo אַדִּיר ſenſu neutro accepto, ut אַדִּירִים proprie ſint *ampla, magna;* quemadmodum רַע *malum,* hinc ſubſtantive *adverſitatem* (Proverb. XX, 14.), טוֹב *bonum,* hinc *felicitatem* (Iob. VII, 7.), יוֹתֵר *reliquum,* hinc *reliquias,* חָצֵר, *cingens,* hinc *atrium* deſignat. Vocem אַדִּיר autem non de *illuſtri* aut *magnifico* tantummodo, ſed de quacunque re *ampla* et *frequenti* uſurpari, patet ex eo, quod Exod. XV, 10. de *aqua* dicitur, pro רַבִּים. Verum habet phraſis אַדִּירֵי כָּל־חֶפְצִי inſoliti quid et minus concinni. Quare nunc malim אַדִּירֵי, ſtatum conſtructum, pro אַדִּירִים poſitum capere, cujusmodi exempla GESENIUS in *dem ausführlichen Lehrgeb.* p. 680. adducit שִׁפְעַת 2 Reg. IX, 17. et חַיַּת infra LXXIV, 19.; vel eſt ex hemiſtichio praecedente הָאָרֶץ ſubaudiendum, ut ita vertendus ſit Verſus: *Sanctos qui in hac terra ſunt, quod attinet, et eximios,* praeſtantes pietate et virtutibus huius terrae, *in his omnis mea delectatio.* Itaque ſenſus atque nexus erit talis:

Io-

Iovam ut folum Deum et unicum falutis meae auctorem veneror (Vs. 1.), atque ad eorum tantum hominum amicitiam aggregare me foleo, eos tantum in pretio habeo iisque delector, qui illum colunt, et infignes funt fua probitate (Vs. 2.); quum contra Iovae contemtores detefter, nec quidquam cum iis commercii habeam.

4. יִרְבּוּ עַצְּבוֹתָם אַחֵר מָהָרוּ] Interpretationis varietatem hic praecipue nomen עַצְּבוֹת efficit, cui quidem haud dubie *moleftiarum, dolorum* ineft fignificatio, verum et *idola* defignare poffit, ut עֲצַבִּים, quum Hebraeae linguae infolens non fit, eadem nomina et *foeminine* per וֹת, et *mafculine* per ים, inflectere. Atque I) de *idolis* vocabulum Hebraeum acceperunt e veteribus Chaldaeus et Symmachus, quos e recentioribus haud pauci fequuti funt. Ex his I. F. FISCHERUM nominaffe fufficiat, qui in *Clavi Reliquiar. Verff. Graecarr. V. T.* p. 45 ad voc. εἴδωλον in hunc locum fic commentatur: „Symmachus: ἐπληθύνθησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν, εἰς τὰ ὀπίσω ἐτάχυναν. *Augetur numerus deaftrorum eorum, avertunt fe a deo:* legit enim Symmachus, cui haec verba, quae antea Theodotioni tribuebantur, e duobus Codicibus bibliothecae Parifienfis Regiae feliciter reftituit Montefalconius, אָחוֹר pro Vulgato אַחֵר, quae lectio אַחֵר, quam et Chaldaeus interpres fequutus eft, mihi quidem magis, quam Vulgata, placet, fed ita, ut אַחֵר מָהָרוּ dictum fit pro אַחֲרֵיהֶם מִהֲרוּ, et Suffixum pertineat ad עַצְּבוֹת, per Synefin, hoc fenfu: *augeatur numerus deaftrorum barbarorum: fectentur deos alienos:* nam עַצְּבוֹת funt hoc loco *deaftri*, qui alibi dicuntur עֲצַבִּים; ut intelligenter praeter Symmachum interpretatus eft Paraphraftes Chaldaeus, qui habet צַלְמָנֵיהוֹן, id quod ipfa verborum συνάφεια fatis declarat; nam primo נִסְכֵּיהֶם oftendit, fermonem effe de *idolis*, non de *doloribus*, de quibus praeter alios accepit Aquila; vertit enim διαπονήματα. Deinde nec שְׁמוֹתָם poteft pertinere alio, quam ad *deaftros*." Eadem *idolorum* fignificatione adfumta, fed retento Vulgato אַחֵר, notione *Dei alieni*, I. D. MICHAE-

LIS vertit: *multa funt idola eorum*, vel (יַרְבּוּ) *multiplicant idola fua*, qui *alium* Deum *feftinanter fequuntur*. Cui interpretationi veriffime opponit TELLERUS, primo אַחֵר abfolute pofitum, nullo in loco defignare *Deum alium*, nifi quo Iova ipfe verba faciens illum alium fibimet ex adverfo ponat, velut Ief. XLII, 8. XLVIII, 11.; deinde, מָהַר, fi *feftinandi* fenfum habeat, non effe verbum tranfitivum, quod cum accufativo nominis jungi poffit, dicendumque potius fuiffe מָהֲרוּ אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים, ut Deut. VI, 14. [Sed eo loco adhibitum eft verbum הָלַךְ, talis enim eft: לֹא תֵלְכוּן אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים] Sed omnino huic interpretandi rationi, qua noftrum עַצְּבוֹת de *idolis* accipitur, obftat linguae ufus, qui de *idolis* conftanter עֲצַבִּים, numquam עַצְּבוֹת adhibere folet, quod pofterius vocabulum, quum femper *dolores* fignificet; II) ea notio et hoc loco fervanda eft, quam inter veteres etiam Alexandrinus cum Vulgato (*αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, infirmitates eorum*), Aquila (*διαπονήματα*), alius Graecus (*κακοπάθειαι*), et Syrus (ܒܐܣܘܗܝ), exprefferunt. Verum hi etiam, qui in hac notione tenenda confentiunt, discedunt tamen in reliquorum hujus incifi vocabulorum interpretatione. Ac primo quidem de voce אַחַר, quod 1) quidam aliter enunciandum putant, et α) alii quidem אַחַר cum Alexandrino (*μετὰ ταῦτα*), Vulgato (*poftea*), et Chaldaeo (מִן בָּתַר). Ita HENSLERUS, in *Obfervatt.* p. 30., qui praeterea יַרְבּוּ in Hiphil effert; ut hic prodeat fenfus: *illi dolorum multitudinem fibi parant; poftea*, aliquando, *accelerant* [*Iene bereiten fich der Schmerzen Menge; einft eilt fie daher!*]. Verum hunc fenfum fi poeta exprimere voluiffet, pofuiffet haud dubie verbum in futuro. β) SCHNURRERUS vero אָחוֹר effert, *retrorfum*, vid. Iefai. I, 4. XLII, 17. Symmachum (*εἰς τὰ ὀπίσω*) fequutus. Hinc יַרְבּוּ infuper in Hiphil enuncians, verba noftra fic interpretatur: *multiplicabunt dolores fuos, qui retrorfum feftinant*, quos oppofitos effe di-

dicit τοῖς קְדוֹשִׁים Vs. 3., hoc eſt, ejusmodi hominibus, qui toti ſunt Meſſiae addicti conſecratique. Plerique tamen 2) receptum אַחֵר retinent, quod tamen non uno modo interpretantur. α) Alii enim *alium Deum* intelligunt. Sic IARCHI: כל זה אמרו ליי׳ ירבו עצבותם של כופרים בך הממהרים וחרדים לעבודה אל אחר *Haec omnia ad Jehovam directa ſunt: multiplicabuntur dolores eorum, qui te negantes feſtinant trepidi ad cultum Dei alieni.* אַחֵר tamen, abſolute poſitum, de alieno Deo non uſurpari, ſupra jam monitum. β) KIMCHI אַחֵר collective de *hominibus* accipit, ſenſumque et nexum horum verborum ita declarat: אני אהיה דבק בקדושים ובאדירים וירבו עצבות הממהרים אל אנשים זולתם ללכת אדרכים אחרים שאינם דרכי השם *Ego ſemper me aggregabo ſanctis et illuſtribus; eorum vero, qui alios homines ſectentur, atque alia, quam divina, inſtituta, multae erunt moleſtiae.* γ) STORRIUS in *Obſervatt.* p. 434. vocabulum noſtrum *ſenſu neutro*, vi adverbii, *alio, aliorſum* ſignificare ſtatuit, ut vertendum ſit: *multiplices erunt dolores eorum, qui aliorſum*, h. e. non ad Iehovam, *feſtinant.* — Diſſentiunt vero de מָהַר quoque. Atque plerique quidem *feſtinandi* notione accipiunt. Sed quum ea ſignificatione alias tantummodo in Conjugatione *Piel* occurrat; *Cal* autem Exod. XXII, 15. *dotandi* notione uſurpetur [*Siquis virginem nondum deſponſatam pellexerit, et cum ea concubuerit;* מָהֹר יִמְהָרֶנָּה *dotando dotabit eam ſibi in uxorem*]; fuerunt, qui noſtrum מָהָרוּ 1) *donandi* ſignificatione accipiendum putarent. Ita SALOMON MELECHIDES in *Michlal Iophi:* מָהָרוּ ענין המתן ושליח ופירושו ירבו עצבות המוהרים לאל אחר כלומר שנותין לאל אחר מוהר ומתן ומקרבים קורבנות *Verbum* מָהַר donandi, munerandi *notionem hic obtinet, ut ſenſus ſit: multiplices erunt dolores eorum, qui alienum deum donis venerentur, qui ei donaria et munera offerant.* Cui interpretationi tamen jam BUCERUS oppoſuit, verbum et nomen illud nusquam ad donaria diis oblata transferri; ſed tantum de *dote* uſurpari, qua

 illo-

illorum populorum more, ſponſa quaſi emi ſoleret. 2) PAULUS in *Clavi* h. l. verbo מָהַר *quaerendi* ſignificationem tribuit, collato Arabum مهر, quod inter alia etiam notat: *ingenii acumine penetravit* quidquam. Unde hanc interpretationem producit: *multa ſibi parant mala*, qui *alium* felicitatis ſuae auctorem *quaerunt*. Sed quum verbum Arabicum ſolum *penetrare, perſpicere aliquid*, ſignificet, minime *quaerere*, haec notio nullo prorſus fundamento nititur. — 3) Aliam interpretationem in medium attulit RUPERTI, „*Plurimum ſibi contrahunt mali* (יִרְבּוּ), *qui aliud*, contrarium, *docent* et ſentiunt. Radix מהר Arabibus, Aramaeis et inprimis Aethiopibus proprie ſignificat *docere, erudire*, et hinc *ingenio acutum eſſe, ingenii acumine aliquid perſpicere*, unde ܡܗܝܪܘܬܐ, *doctrina, exercitatio*, ماهر et מָהִיר (Pſ. XLV, 2. Ieſai. XXXII, 4. Mal. III, 5. Eſr. VII, 6.) *prudens, peritus, doctus*.“ Sed ut taceam, frigidam eſſe hanc ſententiam: *qui docent aliud*; illam *docendi* notionem apud Hebraeos in uſu fuiſſe, nullo argumento conſtat. Quare ego 4) *feſtinandi* ſignificationem retinendam cenſeo, quum conjugationes *Cal* et *Piel* ſaepiſſime ſenſu conveniant. אַחֵר vero cum Storrio (vid. ſupra) *alium* ſcil. locum, i. e. *alio, aliorſum* verto, ut haec exeat ſententia: *multiplices erunt dolores eorum, qui aliorſum feſtinant.* בַּל־אַסִּיךְ נִסְכֵּיהֶם מִדָּם *Non libabo libamina eorum ex ſanguine*, Verbum נָסַךְ eſt ſacrificiale notatque *effuſionem libaminis* in honorem vel veri Dei (ut Num. XV, 5. 7. 10. XXVIII, 7. 2 Sam. XXIII, 16. 2 Reg. XVI, 13.), vel falſi, ut Ierem. VII, 18. XIX, 13. XXXII, 29. XLIX, 17. et hoc loco. Quod vero illa libamina *ex ſanguine* eſſe dicuntur, id alii *proprie*, alii *translate* accipiunt. 1) Priori modo IARCHI: אני לא אהיה כמותם לזרוק דם לעבודה זרה *Ego nequaquam, quemadmodum illi faciunt, ſanguinem effundam in deaſtrorum ſacrificiis*. Concinit Aben-Eſra, qui

qui *fanguine mixta* intelligit. Verba ejus funt: לא אסיך נסכיהם שהם מעורכים כרם זבחיהם. Id enim apud gentes aliquas in ufu fuit, ut fanguinem pro vino, aut etiam fanguinem vino mixtum, in quibusdam facrificiis libarent. De prifcis Latinis hoc teftatur FESTUS: *Affiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et fanguine temperatum, quod Latini prifci fanguinem Affir vocarent.* Ad eandem interpretum claffem I. D. MICHAELIS eft referendus, qui his verbis ad fceleftas conjurationes illas fpectari putabat, in quibus, ut plus fanctitatis atque horroris iis conciliarent, fanguinem humanum, vino permixtum, in pateris circumferri, et poft exfecrationem, horrendoque jurejurando interpofito, ab omnibus, atroci fcelere fe obftringentibus, guftari mos fuerit; quem nefarii foederis fanciendi ritum, pluribus olim populis communem, aliquot veterum auctorum locis illuftravit in *Colleg. Crit.* p. 207 feq. in *Commentar. in Epift. ad Hebraeos IX,* 18., et in *Jure Mof.* §. 70. RUPERTI ad facrificia humana, Molocho (Num. XVIII, 21. XX, 2. 3.), Saturno aliisque olim diis a variis populis oblata, refpici exiftimat. PAULUS מִדָּם pro מִהְיוֹת דָּם dictum accipit hoc fenfu: *libamina iis offerri non finam*, vetabo, *magis quam fi fanguis effet*, i. e. in eos, qui illis libabunt, feverius animadvertam, quam fi fanguinem hominum occiforum efferrent: ac fi Rex loquatur. 2) Alii vero *translate* verba noftra accipiunt. Inter hos KIMCHI: חלילה לי שאסיך נסכיהם שהם מדם כלומר נסכיהם איננו יין אלא דם שהוא גזל כי העולה והנסכים עם מעשים רעים לא יועילו *Abfit, ut libem libamina eorum fanguinea, neque enim ex vino conftant, fed rapinis. Holocaufta vero atque libamina cum malefactis nihil profunt.* Salomo Ben-Melech conferre jubet Prov. XXI, 27. זֶבַח רְשָׁעִים תּוֹעֵבָה *Impiorum facrificia nefaria funt.* Eodem SCHNURRERI fententia redit, qui *libamina* h. l. per fynecdochen dici monet pro univerfo genere facrificiorum, eaque *cruenta* vocari, quod aeque fint detefta-

bilia

bilia Deoque ingrata, ac ſi vini loco, quod fuerit lege divina ſancitum, ſanguis ad ea fuiſſet adhibitus. — Alexandrinus ſic vertit: οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, quod Vulgatus hoc modo reddidit: *Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus.* Quare Michaelis poſt Agellium ſuſpicatur, Alexandrinum in ſuo codice הכנים reperiſſe. Sed ex Ruperti ſententia Alexandrinus ſenſum receptae lectionis expreſſit, eamque ad ſceleris ſocietatem retulit, ut Michaelis fecit. — וּבַל־אֶשָּׂא אֶת־שְׁמוֹתָם עַל־שְׂפָתָי, quae verba Aben-Eſra recte explicat: ואפילו שמותם לא אזכירם בפי *quin etiam mihi erit religio, eorum hominum nomina proferre.* Suffixum enim non ad *idola* redit, ut ii volunt, qui עצבות ea ſignificatione accipiunt, verum ad homines iſtos perverſos, quaſi dictum eſſet שמות האנשים ההם, ut Kimchi exprimit. „Videtur autem poeta hoc velle: nihil divini aut humani cum illis commune habebo. *Nihil divini,* hoc innuit, cum ait: *non libabo* etc. *Nihil humani,* hoc: *neque nomina eorum profero.*" DRUSIUS.

5. יְהוָה מְנָת־חֶלְקִי וְכוֹסִי *Iova eſt portio partis meae et poculum meum.* In vocis מְנָת punctis vocalibus anomali quidquam ineſt. Etenim quum in ſtatu regiminis מְנַת ſcribendum fuiſſet, ut Ierem. XIII, 25. [מְנַת־מִדַּיִךְ, *portio menſurarum tuarum*], hic cum Camez מְנָת ponitur. Quare alii, Kimchium ſequuti (in *Grammatica,* quam מכלל inſcripſit, p. 19.), pro *abſoluto* acceperunt: *Iehova eſt portio, pars mea, poculum meum.* Verum cur ſuffixum, duobus poſterioribus nominibus additum, in priori omiſſum fuerit, nulla apparet cauſa; requirebat hoc orationis concinnitas. Multo minus eorum probanda eſt ſententia, qui hanc formam Affixo complendam putant, quaſi pro מְנָתִי poſita ſit. Vid. BUXTORFII *Theſaur. Gramm.* Lib. II. Cap. IV. p. 385. Sed מְנָת certe eſt ſtatus conſtructus, ut cognoſcitur ex Pſ. LXIII, 11., ubi ſimiliter cum Camez מְנָת שֻׁעָלִים, *portio vulpium,* ſcriptum eſt. Sic et 2 Paral. XXXI, 3. מְנָת הַמֶּלֶךְ, *portionem regis,*

gis. Rationem I. D. MICHAELIS repetit inde, quod מְנָת ex מְנָהָת contractum fit; SCHROEDERO vero (in *Inftitt.* Reg. XCVII. p. 125.) rectius ex מְנָאת contractum videtur. Eft igitur Camez literae נ fuppofitum quod Grammatici vocant *impurum*, (vid. GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 56. et 160.), quod et in ftatu regiminis invariatum retinetur, ut in כְּתָב, *fcriptura*, (Ezech. XIII, 9.), שְׁאָר, *refiduum* (Iefai. X, 19. מַתָּן, *donum* (Proverb. XVIII, 16.), קְצָת *finis*, Dan. I, 18. Metaphoram autem, quae huic hemiftichio ineft, 1) alii a *conviviis* fumtam putant, ut DRUSIUS, HENSLERUS, et RUPERTI, cujus haec funt verba: „*Iova eft cibus meus* (propr. *portio*, *demenfum ciborum*, ut חֵלֶק Deut. XVIII, 8., et מָנָה paffim, a منى, *certa menfura, modo, numero praefinire* et *adfignare*), *et poculum meum*, h. e. fummum meum bonum, cui omnem meam felicitatem acceptam refero, quique maximis me beneficiis complectitur, et ab omni periculo tuetur. Quidquid enim boni a providentia Dei in nos redundat, magna inprimis beneficia, piis ejus cultoribus collata, faepius cibis, lauti potiffimum convivii, hofpitioque, quo Deus nos blande ac benigne excipere dicitur, comparantur. Cf. XXII, 26. XXIII, 5. XCI, 1. Pf. XV, 1. al. Haec imago, ab hofpitalitate Orientalium defumta, eo facilius poetae h. l. in mentem venire poterat, quum modo facrificiorum vel epularum facrarum et libationis mentionem feciffet. Vulgo [haec facerdotis putant verba effe, ad Levitarum facerdotium referenda. His enim agri deerant et vineae, quocirca epulis facris, victimis et vino, quae Deo offerri atque libari folebant, alebantur. Cf. Exod. XXIX, 26. Levit. VII, 33, al.“ 2) Alii חֵלֶק accipiunt de *parte, quae alicui ex haereditate* aut quacunque ex divifione *obtigit*, ut Genef. XXXI, 14. Deut. X, 9. aliisque locis pluribus. Hi vero nomen כּוֹס *five α)* figurate pro *parte* dictum fumunt, ut KIMCHI, quem AGELLIUS fequitur, „*calicem*,“ inquiens, „idem fignificare quod *partem*,

Hebraei

Hebraei afferunt, et vere, ſed ſi accurate verba perpendamus, nonnihil intereſt; *partem* enim continuae alicujus rei vocant, ut agri et campi; at in numero, ſeu multitudine dividunda, quae pars ex ſupputatione alicui obtingit, eam *calicem* vocant:" *ſive β)* referunt ad radicem כָּסַס, *numerare, computare,* unde מֶכֶס *pars numerata, portio*, Num. XXXI, 28. 37. 40. 41., cui noſtrum ſignificatione conveniat. Sic MENAHEM, a Iarchio memoratus, כוסי h. l. interpretatur: חשבוני כמו תָּכֹסּוּ עַל־הַשֶּׂה *pars mihi adnumerata, a verbo* כָּסַס, *Exod. XII, 4.* Idem probat Aben-Eſra, qui peaeterea addit: להיותו מַשְׁקֶה כמו כּוֹסִי רְוָיָה איננו נכון, *eorum ſententiam, qui ad potum referant* (ſive *calicem* intelligant, *ut* Pſ. XXIII, 5.), *eſſe falſam.* Sic itaque Iova *pars* et *portio* dicetur poetae, quod velut ex diviſione quadam, pluribus factis partibus, et aliis alios deos ſibi adoptantibus, ſibi ille verus Deus obtigerit, quem pro domino deoque agnoſceret, cui pareret, quem coleret. Simili figura Deut. IV. 19. dicitur: *Ne colas ea,* ſidera, *quae* חָלַק *pro parte attribuit Iova omnibus populis ſub coelo.* Atque illum quidem ſenſum, utpote his, quae ſequuntur, aptiorem, ego praetulerim. — אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי *Tu ſuſtentas ſortem meam.* Vocem תּוֹמִיךְ 1) quidam, ALB. SCHULTENSIUM in *Grammat. Hebr.* p. 298, ſequuti, referunt ad radicem יָמַךְ, cui Arabici ومك notionem tribuunt, *amplus et latus fuit*, unde הוֹמִיךְ eſſet *amplificare,* atque totum inciſum ſic vertendum: *tu amplificas ſortem meam.* Ita etiam RUPERTI: *Tu amplificas opes meas*, vel conditionem, ſortem, provinciam, poſſeſſionem meam, h. e. felicem me reddis. Cf. Pſ. XXV, 12. 13. XXXIV, 11. XXXVII, 9 — 11. XLI, 3. et alia loca, ubi Deus homines pios fortunare dicitur." Sed quum verbi יָמַךְ nusquam alias in codice Ebraeo veſtigium reperiatur, plerique II) noſtrum vocabulum ad תָּמַךְ referunt, cujus Participium ſit, pro תּוֹמֵךְ, ſive תּוֹמֵךְ (Amos I, 5. 8) poſitum, quemadmodum יוֹסִיף pro יוֹסֵף *addens*, ſcribitur Ieſai. XXIX, 14. XXXVIII, 5. et pro-

promiſcue מוֹצֵא (Pſ. CXXXV, 7.) *educens*, et מוֹצִיא (Pſ. LXVIII, 7. Ierem. XV, 19.) dicitur. Etenim *Zere* et *Chirek longum* ſaepe ſibi invicem ſubſtituuntur, ob ſoni affinitatem, vid. SCHROEDERI *Inſtitt.* Reg. XLI. a et Reg. LXVII, e. Quum autem verbum תָּמַךְ et *apprehendere* et *ſustinere* ſignificet; duplex hemiſtichii noſtri interpretatio oritur. 1) Alii enim, qui *ſustentandi, fulciendi,* notionem (ut Geneſ. XLVIII, 17. וַיִּתְמֹךְ יַד־אָבִיו, *ſustinuit manum patris ſui*) adhibendam cenſent, ſic vertunt: *tu ſuſtines,* tueris, defendis, *ſortem meam,* partem, quae ſorte mihi obvenit; tibi omnia bona mea, eorumque conſervationem debeo. Sic inter veteres Chaldaeus: אַנְתְּ תְּסוֹבַר עַדְבִי *tu ſustentas ſortem meam,* inter noſtrates DRUSIUS, GEIERUS, et DOEDERLEIN. Hi *ſortem* metonymice pro re, quae ſorte obtigit, accipiunt, ut Iud. I, 3. Pſ. CXXV, 3. Ierem. XIII, 25. — 2) Alii vero *apprehendendi* notione ſumunt, ut Alexandrinus, cujus verſionem: *σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί·* quam Vulgatus de verbo ad verbum reddidit: *tu es, qui reſtituis hereditatem meam mihi,* vulgo perperam intellectam, primus recte AGELLIUS explicavit: „*Σὺ εἶ ἀποκαθιστῶν, tu es reſtituens,* i. e. elevans, attollens, educens ſortem, unde etiam verbo ſimplici *ἱστᾶν* ſolent iidem uti pro eo, quod eſt *appendere, ponderare.* Eſt ergo ſenſus: tu es, qui reſtituis, et tamquam aptam et paene tuo judicio mihi congruentem ſortem reddis et aſſignas; qua ſorte tu mihi pro Deo, quem colerem, et cui ſervirem, obtigiſti; tu mihi pars es, tu etiam diſtributor. Quibus verbis indicat, ejus praecipue beneficium fuiſſe, quod illum Deum tutelarem conſequutus ſit.“ Eodem modo et Syri verſio eſt explicanda: ܐܢܬܗܘ ܡܦܢܢܐ ܠܝ ܝܪܬܘܬܝ *tu hereditatem meam mihi reſtituis.* Hunc ſenſum KIMCHI etiam innuit, dum verba noſtra convenire dicit cum adagio illo הבא לטהר מסייעין אותו. *Qui venit, ut mundetur, adjuvant eum,* ſive *adjuvatur,* ſubaudi מן השמים, *coelitus;* i. e. adſpiranti ad bonum, divina benignitas ſem-

ſemper adeſt. Vid. DRUSII *Adag. Hebr.* Decur. III. Ad. 6. Ut igitur ſenſus ſit, Deum juviſſe Davidem, ut ſibi eligeret hanc ſortem, q. d. tua benignitate factum eſt, ut tu mihi Deus tutelaris obtigeris. Sine omni neceſſitate I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* No. 990., et in *Biblioth. Orient.* T. I. p. 178. et T. XI. p. 295. תּוּמֶּיךָ legendum putat, unde vertit: Urim et *Thummim tuum*, ornatus ſacerdotalis, *eſt pars* vel *hereditas mea*, h. e. ſacerdotium tuum mihi obtigit, aut, contentus ſum, ſacerdotis tui munere fungi. Qui ſenſus Davidi certe nullo modo congruit.

6. חֲבָלִים נָֽפְלוּ־לִי בַּנְּעִמִים *Funes ceciderunt mihi in amoenis*, ſubaudi locis. Aben-Eſra: בנעימים תאר כמו נֶאֱהָבִים וְהַנְּעִימִם וחסר מקומות *Vocabulum* נְעִימִים *eſt adjectivum, ut* 2 *Sam. I*, 23., *ad quod* מקומות *ſubaudiendum.* Idem recte monet, eſſe in his verbis דרך משל *figurati aliquid*, atque הֲבָלִים לשון חלקים כמו יוֹסֵף חֲבָלִים *funes hic portionum ſignificatione eſſe accipiendos, ut* Ezech. XLVII, 13. „*Ioſepho duo funes*, i. e. portiones." Quod pluribus declarat SALOMON BEN MELECH: לפי שהנחלה תחלק בחבל כמו שאמר מַשְׁלִיךְ חֶבֶל בְּגוֹרָל נקרא החבל והמחוז כן *Quoniam in terrae ſpatio distribuendo funes adhiberi ſolerent, ut patet ex Mich. II*, 5. (projiciens funem in ſortem), *ideo funis omnino de eo quod quis poſſidet, uſurpatum.* „*Funes* hic appellantur pro haereditate, ſeu terrae dimenſa portione, quod olim in Palaeſtina ad metandos agros funes adhiberi moris eſſet, ſicuti hodie apud nos decempedam; qui agri dimenſi ſortibus deinde distribuebantur. Quum ergo ait, *funes ceciderunt mihi*, metonymia eſt; ac ſi diceret, ſpatia funibus dimenſa ſortito mihi obtigerunt; non enim proprie *funes* dicuntur *cadere*, ſed ſors de ſpatiis fune dimenſis, exempli gratia libri Ioſuae multis in locis. Huic porro ſimilis phraſis extat Ioſ. XVII, 5. *Et ceciderunt funes Manaſſe decem.* Quod denique moris eſſet, agros fune dividi in Palaeſtina, probat illud Amos VII, 17. *Et terra tua funiculo dividetur.* Hinc *funiculus menſurae* dicebatur

Za-

Zachar. II, 1. Hic, et Iosuae loco notato, ubi *funes* Chaldaeus interpretatus est עַדְבִין, *sortes*." SIM. DE MUIS. — *Sensum* vero, qui huic figurae inest, IARCHI sic enarrat: כשנפל לי הגורל להיות בחלקך חבל נעימים הוא זה *Quum mihi sors contigit, ut essem in parte tua* (h. e. in tuo coetu), *amoena portio mihi obtigit.* Ego tamen *Deum* ipsum figurate a poeta *portionis praestantissimae* nomine, quae ipsi sorte obtigerit, appellatum putem, quod magis Versui praecedenti congruit. Verborum אַף־נַחֲלָת שָׁפְרָה עָלָי sensum vimque particulae אַף, recte KIMCHI exponit: וטעם אַף כי דרך אנשי העולם כשיחלקו ביניהם כל אחד מקנא לחלק חבירו וירמה בעיניו כי חלק חבירו טוב מחלקו ולא כן אני כי אף עלי שפרה נחלתי וחלקי ואינני מקנא לחלק אחר *Si quando homines partiti sunt aliquam hereditatem, unus alterius parti invidet, quod autem ad me attinet,* etiam mihi pulchra hereditas obtigit, *nec cujusquam parti ego invideo, quia optima mihi portio contigit.* Igitur ex illius mente haec vis particulae אַף, *etiam*, quasi diceret, non solum optima portio mihi obtigit, sed etiam ea est, quae mihi optima videatur, quod hereditatem aliquam partientibus non solet contingere. Ad vocem נַחֲלָת Masora marginalis notat ל׳, i. e. *nusquam alias eum Camez recurrere.* Aben-Esrae est סמוך אל השם *status constructus, ad quem nomen divinum sit subaudiendum,* quemadmodum Ps. CXVIII, 14. עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ dictum sit pro עָזִּי וְזִמְרַת עָזִּי, *robur meum, et canticum roboris mei est Iah.* KIMCHI vero הת״ו במקום הה״א ואיננו סמוך *nequaquam constructum esse,* notat, *sed* Thau *poni pro* He. Quod et mihi praeplacet, quum nomen *Iovae* h. l. parum commode subaudiatur. Sunt autem plura nomina, quae *Thau,* praecedente Camez, terminantur, veluti שְׁנָת, *somnus,* Ps. CXXXII, 4. עֶזְרָת, *auxilium,* Ps. LX, 13., יִתְרָת, *residuum,* Ierem. XLVIII, 36. Cf. GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 467. I. D. MICHAELIS Alexandrinum et Syrum נַחֲלָתִי legisse suspicatur, atque totum hemistichium sic vertendum: *et haereditas mea placet*

cet mihi, quum Chaldaeis verbum שְׁפַר fequente קֳדָם, quod convenit cum עַל, fignificet *pulchrum effe, placere,* Dan. III, 32. IV. 24. VI, 2. Cui fententiae tamen recte RUPERTI opponit, dubium effe, an שְׁפַר apud Ebraeos eadem fignificatione, qua apud Chaldaeos, in ufu fuerit, alioquin etiam Syrus, qui hebraica h. l. ad verbum fere expreffit, non ܫܦܪ, fed ܫܦܪ dixiffet.

7. אֲבָרֵךְ אֶת־יְהוָה אֲשֶׁר יְעָצָנִי *Bene precabor,* gratias agam, *Deo, qui mihi confuluit,* ut praeclaram illam portionem, i. e. ipfum numen tutelare, mihi eligerem; cujus confilio et voluntate ipfum mihi delegi, quem colerem, et in quo fiduciam ponerem. אַף־לֵילוֹת יִסְּרוּנִי כִלְיוֹתָי *Noctu etiam erudiunt me renes mei,* שלא אעזוב זה הדרך, *ne viam hanc,* a Deo monftratam, *deferam,* ut recte KIMCHI addit, verum forte illa, f. portione, quam mihi, ejus confilio, elegi, femper contentus effem, ab ejus cultu numquam recederem. לֵילוֹת *Noctu* (proprie: *noctes* quod attinet), dicit, ut nullum omnino tempus, ne illud quidem quo ceteri mortales fomno indulgent, effe innuat, quo ea de re non cogitaret. Verbum יָסַר primo *acuere,* hinc in Piel, quafi *acuere animum, erudire,* fignificare, notum eft, uti et hoc, per כְּלָיוֹת, *renes,* interiores affectus fignificari, unde cum Iehova dicitur omnia hominum fecreta noffe, *fcientia* ei tribuitur *cordis et renum,* Ierem. XI, 20. Pf. VII, 10. Cujus rei caufam comminifcuntur hanc, quod cum *gignendi affectus* in *renibus* fedem habeat, et is fit omnium potentiffimus, *renes* tanquam omnium affectuum fedes atque origo, pro ipfis *affectibus,* per metonymiam, ufurpentur. Ergo ficut fi quis animo vehementer aliquo propendens, affectibus dies noctesque follicitatur, ut cogitet, quonam pacto illud affequatur; fic fignificat vates, adeo fua defideria omnia ad Iovam propendere, ut his ipfis accenfus, noctibus infomnis et cogitabundus erudiretur, et huc impelleretur, ut quaecunque Iehovae difplicent, fummo ftudio vitaret, fectaretur autem,

tem, quaecunque Deo fint grata, eique, qui fefe ipfi addixerit, convenientia.

8. שִׁוִּיתִי יְהוָה לְנֶגְדִּי תָמִיד *Pofui,* f. propofui *Iovam coram me continuo,* ut illum tanquam viae ducem fequerer. Vel, Deum femper cogito adeffe mihi praefentem atque auxiliatorem: כִּי מִימִינִי בַּל־אֶמּוֹט *Nam a dextra mea* eft, *non movebor,* f. vacillabo, tanquam in via difficili et periculofa; h. e. ne titubem, ne praeceps labar, dirigit viam ac ducit; dextra quodammodo manu injecta me, ne prolabar, fuftinet. Qui *Aretii Felini* nomine latet, BUCERUS, hujus commatis fenfum hoc modo enarrat: „Verfus hic id continet, quod Deus confultat, et ad quod renes, fancto per Dei fpiritum affectu accenfi erudiunt, nempe ut vates proponat fibi Deum femper, hoc eft, eum in oculis continuo ferat: numquam non obfervet, et omni ftudio colat, ficut et ipfo uno nititur. Is fiquidem dum *a dextris* eft, id eft auxilio eft, tanquam focius vel patronus latus cingens: et quidem dextram, ut prior fe periculis objiciat, et mala imminentia depellat, non mutabimus, omnes cafus usque fecuri erimus."

9. לָכֵן שָׂמַח לִבִּי וַיָּגֶל כְּבוֹדִי *Propterea,* לפי ששמתיך כנגדי תמיד, *quod te mihi propono,* ut Kimchi recte fubaudit, *laetatur cor meum, et exultat anima mea,* intimo fummoque gaudio afficior. כָּבוֹד, quod alioqui *gloriam* et *dignitatem* fignificat, Hebraei unanimi confenfu נשמה *animam, mentem,* interpretantur, ut Pf. III, 4., שהוא כבוד הגוף, ut KIMCHI inquit, id eft, quod ea nihil fit in homine praeftabilius, et id, unde omnis homini dignitas conftat. Sed Alexandrinus interpres ἡ γλῶσσά μου reddidit, quod et Vulgatus fequutus eft. Quod BUCERUS etiam defendit: „Haud fcio (inquit), an non magis, hoc praefertim loco, כָּבוֹד per *linguam,* quam per *mentem* reddi conveniat, ut intelligas Vatem canere, ita fe laetitia perfufum, ut et cor gaudeat, et corpus omnium fecurum optata quiete et pace fruatur. Certe et fermo eft, quo praecipua hominis dignitas conftat,

ſtat, ut haud inſolens foret haec transnominatio, per *linguam* vel *ſermonem*, כָּבוֹד, id eſt, *dignitatem* ſignificari. Pſ. XXX, 13. canit vates: *propterea canet tibi* כָּבוֹד, *et non ſilebit*. Quid hic magis quadret, quam *lingua?* Ita Pſ. CVIII, 2. *Paratum cor meum, Deus, cantabo, et canam etiam* כְּבוֹדִי, id eſt, *lingua mea*. Ut autem *cor ſuum gaudere* et *linguam laetari*, ita corpus ſuum ſedere confidenter et ſecure praedicat.“ Eſſe tamen locis adductis non minus *mentis* notionem aptam, quisque ipſe intelliget. KOEHLERUS in Alexandrina verſione ἡ δόξα μου pro ἡ γλῶσσά μου reſcribendum cenſet. Quod ipſum jam olim AGELLIO in mentem veniſſe videtur, qui tamen ipſe quid ſuae conjecturae oppoſuerit, audiamus: „*Linguam*, vulgati codices habent, et ſic etiam citat in in Actis II, 26. beatus Lucas. Eſt autem ſimilitudo aliqua inter vocem Graecam, quae *linguam*, et quae *gloriam* ſignificat, hoc eſt, inter γλῶσσαν et δόξαν· ſed temerarii eſſet mutare; praeſertim quum beatus Lucas, et omnes interpretes tam Graeci, quam Latini *linguam* legant; niſi forte Origenes opponatur, qui tamen incertum eſt, legeritne id in LXX., an ab aliquo alio interprete, quod magis ſuſpicor, acceperit.“ — אַף־בְּשָׂרִי יִשְׁכֹּן לָבֶטַח *Etiam caro mea*, corpus meum, *quieſcet ſecure*, ſecurus ſum omnium caſuum, quia te auxiliatorem habeo. Paulo aliter RUPERTI: „*Etiam corpus meum* obdormiet *ſecure*, et ab omni periculo tutum; nam noctu quoque nihil adverſi mihi continget, quoniam Deus me tuetur. Sed eodem forte ſenſu verba haec accipienda ſunt, quo Pſ. XXV, 13. dicitur, נַפְשׁוֹ בְּטוֹב תָּלִין *anima ejus in bono pernoctabit*, h. e. pius bono Dei hoſpitio fruetur, vel Pſ. XCI, 1. בְּצֵל שַׁדַּי יִתְלוֹנָן *in umbra* ſeu potius hoſpitio, *ſummi Dei pernoctabit*. Proverb. XIX. 23. וְשָׂבֵעַ יָלִין בַּל־יִפָּקֶד רָע, *ſatur pernoctabit, non viſitabitur*, ſecurus erit, *a malo*.“ De *corpore*, poſt hanc vitam, *in ſepulchro ſecure*, ſalvo et illaeſo a vermibus vel putredine, *quieſcente*, haec verba acceperunt allegorici quidam ex Hebraeis interpretes, ut ex Kimchio diſcimus:

ſcimus: ובדרש אחר מיתה מלמד שלא שלטה בו רימה ותולעה *Poſt mortem docet non dominaturum in ſe eſſe vermem.* Quod quum in Davidem non cadat, noſtratium haud pauci de Ieſu Meſſia haec intelligenda eſſe exiſtimarunt. Sed a poetae mente hic ſenſus plane alienus eſſe videtur; quod et Kimchi vidit, qui ſenſum hunc potius eſſe monet: בעודנו בחיים ישכין לבטח שתצילנו מכל נזק *Adhuc dum vivimus, ſecure habitabit* corpus noſtrum, *quod tu,* Iova, *ab omni malo nos defendis.*

10. כִּי לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל *Etenim non derelinques animam meam orco,* non ita deſtitues me, ut morti jam concedam, ſed longam adhuc, ſpero, dabis mihi vitae hujus uſuram. נַפְשִׁי hic poſitum pro ſimplici pronomine, *me,* cf. not. ſupra ad Vs. 1. Sed Hebraeorum quidam interpretes vocabulum illud propria ſignificatione, totumque locum de *animae immortalitate* accipiunt. Aben-Eſra: הזכיר סבת גילת הנשמה כי לא תמות ותאבד *Rationem adfert exultationis ipſius animae, quod non ſit moritura et peritura.* Sic etiam KIMCHI: ידעתי כי לא תעזוב נפשי לרדת שאול עם הגוף אלא תקימנה אל כבודך *Scio, te non paſſurum, ut anima mea deſcendat in ſepulchrum una cum corpore, ſed illam ad gloriam tuam evecturum.* Verum quum nullum aliud veſtigium appareat, ex quo colligi poſſit, habuiſſe Davidem immortalitatis animae cognitionem, ego priorem interpretandi rationem praeferendam cenſeo. — לֹא־תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת *Non dabis,* permittes, *pium tuum videre foveam,* ſepulchrum; non permittes, ut pius tuus cultor ſepulchro committatur. Vocem שַׁחַת recte monet RUPERTI reſpondere nomini שְׁאוֹל in membro priori, atque ſignificare vi ſua primigenia *foveam,* ſeu potius locum depreſſiorem, in quem aqua defluit, inprimis *palum,* a radice שׁוּחַ, ſ. שִׂיחַ, coll. Arabum سَاخَ *deſcendere, immergi,* in Conjug. V. *ſubſidere,* unde سَوَّاخِي *locus depreſſior, terra mollis* et *lutum,* in quod

quod pedes immerguntur. Deinde eſſe ſynonymum vocabulo בּוֹר, et de *ſepulchro* uſurpari, ut Iob. XXXIII, 18 Pſ. XXX, 4. coll. 10., ubi poeta utraque formula יֹרֵד בּוֹר et יָרַד אֶל־שְׁאוֹל, eodem ſenſu utitur. Sed Alexandrinus interpres *διαφθωρὰν*, *corruptionem*, i. e. putredinem reddidit, vocabulum noſtrum ad radicem שָׁחַת, *corrumpi*, referens. Quod et plerique ex Chriſtianis interpretes, qui hoc Pſalmo Ieſum Meſſiam adumbratum exiſtimant, ſequuntur, quod illius corpus *ſepulchro* utique eſt commiſſum, *corruptione* vero non eſt affectum. Hi autem vocem שַׁחַת ea notione accipiunt, qua nusquam alias in codice Hebraeo occurrit, neque adeo vigente adhuc lingua in uſu fuiſſe videtur. Quod nos tamen, qui de *Davide* carmen agere cenſemus, non cogimur facere. רְאוֹת, „*videre*, in antiquis linguis eſt *ſentire*, *experiri*, *frui*, ut *ἰδεῖν*, v. c. *ἰδεῖν τὴν ζωὴν, τὸν θανατὸν, τὴν βασιλεῖαν τοῦ θεοῦ*, quae formulae loquendi in N. T. ubivis obviae ſunt. Cf. textum hebraeum et LXX. Pſ. XXXIV, 13. LXXXIX, 49. CVI, 5. Eccleſ. III, 3. VI, 6. IX, 9. Eſai. XXVI, 14. Ita et *ὁρᾶειν* et *παροράειν* in verſ. Alexand. Hinc רְאוֹת שַׁחַת, ut *ἰδεῖν τὸν θανατὸν*, idem quod יָרַד בּוֹר, vel יָרַד אֶל־שַׁחַת (Pſ. XXX, 4. et 10.), *deſcendere in foveam*, h. e. מָוֶת, ſive אֲבַד, de quo vid. loc. claſſic. Pſ. XLIX, 10. 11.“ RUPERTI. חָסִיד *omnem* omnino *bonitatis ſtudioſum* ſignificat, et hic, ubi cum יְהֹוָה conjungitur, *pium in Iovam*, pium ejus cultorem, ut Pſ. IV, 4., ad quem loc. vid. not. p. 94. Eſt autem magna hic in ea voce legendi varietas. Etenim quae in textu extant literae conſonantes, his haud dubie punctis vocalibus ſunt inſtituendae: חֲסִידֶיךָ, quod eſt *pluralis*. Maſorethae autem *ſingularem* ponendum jubent, dum literam Iod ante ךָ redundare (יתיר י׳), et חֲסִידְךָ efferendum monent. Atque hoc poſterius quidem tuetur criticorum et interpretum pars longe maxima, partim *argumento interno*, quod res ipſa ſingularem deſideret, in priori enim hemiſtichio, ubi נַפְשִׁי occurrit, non de pluribus ſed uno ſer-

monem

monem esse; membrorum igitur concinnitatem eundem singularem numerum requirere ajunt: partim *argumentis externis*, quod lectionem marginalem, חֲסִידְךָ, universae versiones antiquae, ne una quidem excepta, confirment, retineant Paulus et Petrus, Apostoli; quod ita legatur in plerisque codicibus scriptis, iisque probatissimis (quorum ingens agmen Kennicottus atque de Rossi producunt); quod denique principes Seculi XV. et ineuntis XVI. editiones, quae ad vetustissimorum exemplarium fidem sint descriptae, singularem exhibeant. Examinavit eas editiones diligentissime CAROL. AURIVILLIUS in Dissertat. *de vera lectione vocis* חסידך *Pf. XVI,* 10. Upsal. 1773., quae *quinta* est in suarum Dissertationum sylloge, I. D. MICHAELIS cura, Goettingae, 1790. edita. Cujus dissertationis summam saltem, qualem Aurivillius ipse sectione XIV. comprehendit, hic apponere non inutile erit. „Primus, quem nos quidem vidimus, in impressis, posuisse חסידיך, cum circello masorethico, et respondente in margine nota, est Iacob Ben Chajim, in Bibliis Ebraeo-Chaldaeo-Rabbinicis, editis Venet. 1520. apud Bombergum 1526. folio. Earum, quae hanc antecessere, nec ulla adhuc editio patuit nobis, nec memorata aliis, obvenit, quae in textu י istud superfluum exhibeat. Ac si fidere licuerit Kennicotto (*Dissertat. II. super ratione Textus Hebraei,* p. 449. vers. Lat.), ne nunc quidem in manuscriptis, nisi paucis et valde recentibus, reperitur, talibus forte, quos et ipse Kennicottus, post peractum censum, non inficietur juniores vulgatis initio typorum ope. Largiamur oportet, potuisse accidere, ut sumserit Ben-Chajim e codice, quem forte, errore scribae, intempestivum י invaserat, qualis erroris, circa quiescibiles י et ו, in exaratis calamo membranis, vestigia coguntur saepius animadvertere, qui eas pervolvent. Tum vehementer cupimus, ut, vereri quod et noluit Ill. Michaelis (*Colleg. Crit.* p. 217.), studio quidpiam ac de industria nec Iudaei olim alii, nec Rabbinus ille usquam

 depre-

deprehendatur finxiſſe. Sed tamen, ad liquidum donec rem perduxerint librorum ipſorum teſtimonia, ſit nobis integrum, ambigere. Ante impreſſum ullum Hebraeum codicem, ſolitos jam diu fuiſſe, praeeuntibus Apoſtolis, Chriſtianos, ex Pſalmi noſtri verſu decimo, reſurrectionem, e mortuis, Meſſiae, contra Iudaeos evincere, atque adeo potuiſſe locum iſtum videri inimicum Iudaeo editori, fidem facit Petrus-Schwarz, in libro, quem dixit *Stern des Meſchiah* edito Eſlingae, 1477. 4. ubi tractatu VI, Cap. VI. cui titulus: *das der Meſchiah ſolt auferſteen von dem todt yn dem dritten tag*, latinis litteris locus noſter allegatur hunc in modum: *lo titten hazidcha lirot ſchahat.*" Atque ad codices manuſriptos quod attinet, Aurivillius §. XII. judicat ita: „In antiquiſſimis membranis non niſi unicam, loco quidem noſtro, fuiſſe lectionem, vel quod idem, a textuali diverſam haud injunctam margini, valde eſt probabile. In Erfurtenſium primo codice marginalis nota omnino nulla, vid. I. D. Michaelis *Biblioth Orient.* P. III. p. 213. In ceteris bene multis, quos legendum exhibere חסירך jam obſervatum Criticis, adeo *ἄτοπον* Maſorethicum יחיד י׳, ut, quia poni nullo videatur potuiſſe, modo, neque poſitum reapſe credatur. Tum editores, quales vidimus primos Baſilienſes, in יהוד et אלרים [pro יהוה et אלהים ſuperſtitioſe poſitis] manifeſto judaizantes, ullane ſpecie putabuntur a lectione textuali auſi diſcedere, ſi quidem ſuis in archetypis reperiſſent ab ea, quam evulgarunt, aliam?" — Alterius vero quoque lectionis, חסידיך, defenſorem audiamus aequum erit, et eum quidem prae aliis idoneum, IOH. FRIDER. FISCHERUM, qui in *Proluſſ. de Vitiis Lexicor. Novi Teſt.* Lipſ. 1791. p. 184. ſeqq. ita de hac re diſſerit: „Gloriantur ſapientiae novae auctores, et jactant, ſe multa reperiſſe indicia atque ſigna, e quibus non cognoſci, verum perſpici plane ab omnibus poſſet, auctorem hymni חֲסִירְךָ ſcriptum reliquiſſe, non חֲסִידֶיךָ. Etenim primum quidem interpretes veteres omnes ajunt in verſionibus ſuis uſos eſſe nominibus ſingularibus,

ribus, non pluralibus: deinde in plerisque codicibus manuſcriptis clamant legi חֲסִידְךָ; denique hanc ipſam lectionem contendunt eſſe conſilio Davidis, qui Meſſian loco illo inducat canentem reditum ſuum ab inferis in terras, unice accommodatam, ita, ut, ſi poeta ſcripſiſſet חֲסִידֶיךָ, neque Petrus neque Paulus, apud Lucam in Apoſtolorum actis afferre potuiſſent verba illa, ut Iudaeis probarent perſuaderentque, Meſſian ab inferis extitiſſe: ſed qui factum ſit, ut in codicibus quibusdam pluralis pro ſingulari ſubſtitutus cerneretur, ſe expedire ſatis, atque ita demonſtrare, quin ad tenues quasdam et novas ratiunculas confugere cogantur, poſſe negant. Nos vero, boni viri, non ſolum hac haeſitationis veſtrae conſeſſione, ſed multo etiam magis ipſa argumentorum, quibus ad confirmandam veſtram ſententiam utimini, levitate, quae legibus artis et criticae et grammaticae certis, firmisque praeceptis prorſus repugnent, ne iſthanc rationem veſtram noſtra aſſenſione comprobemus, impediri, libere et aperte profitemur. Quid enim? Interpretes librorum ſacrorum veteres omnes quum aliis quoque in locis pro numeri pluralis nominibus Hebraicis, et rerum, et perſonarum poſuiſſe reperiantur nomina alterius numeri, ſi quidem ea, et ipſius rei ingenium, et natura linguarum ferret; quum non tantum ex argumento et oeconomia hymni, ſed vel maxime ex altero verſiculi membro intellexiſſe videantur, nomine חֲסִידֶיךָ, quod nomini נַפְשִׁי reſponderet, unam modo perſonam, non plures, declarari: quidni exiſtimabimus, eos, etiamſi ſuis in codicibus pluralem numerum invenerint, rectiſſime tamen ſingulari nomine uſos eſſe? In libris porro humanis ſicubi duae inveniantur lectiones, e quibus unus idemque naſcatur ſenſus, ſed quarum una vulgaris ſit, et gloſſematis ſpeciem habeat, etiam e codicibus recentioribus, dubiaeque fidei, quamvis multis, depromta feratur; altera antiquiſſimorum optimaeque notae codicum, quamvis paucorum, atque adeo unius, auctoritate confirmetur, atque ſit adeo exquiſita et recondita,

ut

ut nullo modo videri poffit ex in; interpretis alicujus et grammatici profecta, qui eam, ıerpretationis cauffa, adfcripferit: nonne boni quidem critici omnes raram hujus generis lectionem vulgari ita praeferunt, ut eam veram genuinamque, alteram fuppofiticiam atque falfam arbitrentur et cenfeant? Iam vero illi codices, quos Maforethae in recenfendis verborum Hebraicorum contextis adhibuere, et in quibus fcriptum extitiffe teftantur חֲסִידֶיךָ, antiquitate non minus quam bonitate longe fuperant omnes libros calamo fcriptos, qui hodie reftant, quorumque maxima pars alteram lectionem חֲסִידְךָ exhibet; fed antiquitatem fcripturae codicum Maforethicornm loquuntur etiam illi codices, in quos inciderat auctor, incertus ille quidem, fed antiquior tamen omnibus librariis, qui codices noftrae aetatis Hebraicos defcripfere, commentariorum in hymnos Davidis, qui vulgo ıpfi Hieronymo, fed falfo, qua de re jam Erafmus aliique monuere ftudiofos, tribuuntur. Is enim, quicunque tandem fuerit, quum ad verba Latini interpretis, *Nec dabis fanctum tuum videre corruptionem*, adfcripferit haec (fol. 10. a. To. VIII. Opp. Hieronymi edit. Froben.): *Non de corruptione corporis Chrifti in fepulcro dicit, fed de caeterorum fanctorum:* libros confuluerit neceffe eft, in quibus nomen plurale legeretur, qui tamen codices, utrum Hebraici fuerint, an Graeci Latinive, non fatis apparet. Et quis, quaefo, eft judicii vetuftatis adeo expers, qui non fentiat infignem magnitudinem elegantiae lectionis חֲסִידֶיךָ, qua lectio altera, חֲסִידְךָ, plane careat? Etenim quum ufus nominum pluralium de fingulorum, fed fummorum in fuo genere, virorum perfonis, etiam in Hebraica lingua exquifitus elegansque judicetur: quanto accommodatius majeftati Meffiae putari debet nomen plurale חֲסִידֶיךָ, quod recte verteris Latine *me, delicias tuas!* quanto dignius ipfa orationis poeticae granditate! cujus virtutis magnam partem jam Longinus (περὶ ὕψος c. 23, 2.), magifter optimus, praecepit etiam ufu nominum pluralium recto contineri, et quam

Davi-

Davides, ceterique vates Hebraei ipfius naturae inftinctu, ita fequuti reperiuntur, ut carminibus eorum nihil grandius, nihil fublimius, judicio omnium habeatur. Et profecto Davides eo tutius poterat illo loco plurale nomen fingulari praeferre, quum nullam ea ex re orationis obfcuritatem, nullam ambiguitatem, oriri videret. Nam quum ea fit hymnorum ejus ratio, ut uno eodemque verficulo, qui quidem duobus membris ac partibus conftet, una res bis dicatur: quum adeo verba fingula hemiftichii לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל, refpondeant fingulis verbis alterius hemiftichii, לֹא תִתֵּן חֲסִידֶיךָ לִרְאוֹת שָׁחַת: nemo fane dubitare ullo modo recte poteft, quin nomine plurali חֲסִידֶיךָ, ut vocabulo נַפְשִׁי, una perfona, hoc eft, Meffias, non plures fignificetur. Hac vero ipfa ex re facile intellegi ab omnibus poffe fperamus, primo, Petrum et Paulum, Apoftolos, fapienter ufos effe ifto Davidis loco, ut Iudaeos docerent, deum redire juffiffe Meffian ab inferis, neque ex eorum oratione ullo modo patere, Davidem fcripfiffe חֲסִידְךָ: deinde, hanc ipfam lectionem effe alterius lectionis interpretamentum; quae tamen fieri poteft, ut extiterit ex verbis Maforetharum male intellectis. Hi enim quum ad nomen חֲסִידֶיךָ appofuiffent hanc notam, יתיר י׳, qua, ut opinor, admonerent lectores hymni, pluralem numerum pro fingulari pofitum effe: fane incredibile non eft, repertos effe, qui putarent, eos pro חֲסִידֶיךָ reponi juffiffe חֲסִידְךָ, atque adeo fingulare vocabulum fubftituerent in locum pluralis nominis. Sic 1 Sam. II, 9. pro חֲסִידוֹ, haud dubie legi debet חֲסִידָיו, quum referatur ad רְשָׁעִים. Sic Habacuc. III, 13. pro מְשִׁיחֶךָ, ut Aquila quoque legit, in libris nonnullis olim videtur fcriptum extitiffe מְשִׁיחֶיךָ. Certe Eufebius d. l. e verfione τῶν ό laudat verba τοῦ σῶσαι τοὺς χριστοὺς σου, quae ipfa nunc in Cod. Alex, leguntur.“ Haec FISCHERUS, quibuscum, qui plura cupit, conferre poteft BRUNSIUM ad *Kennicotti Differtat. General. in V. T.* p. 23. feqq. atque STAN-

GIUM

GIUM in *Anticrit.* P. I. p. 101 — 121., qui et alia fimilia exempla adducit, nominum pluralium pro fingularibus pofitorum. Sic 2 Chron. XXXII, 4. לָמָּה יָבֹאוּ מַלְכֵי אַשּׁוּר, *nonne venient Reges Affyriae?*, unum Senacheribum tantum intelligi, patet ex Verfu feptimo hujus capitis, ubi מֶלֶךְ in fingulari de eodem ufurpatur. Quare et Alexandrinus eo loco vertit: μὴ ἔλθῃ βασιλεὺς Ἀσσούρ; Add. Ierem. XLVI, 15. Pf. LXXXIX, 20. Pf. LXXIV, 15. Iof. III, 16. Neque tamen opus eft, pluralem hic pro fingulari pofitum capere. Dicit enim vates univerfali propofitione, non permittere Deum, ut pii fui cultores, quibus ipfe fefe accenfet, malis fuccumbant, fed eripere eos periculis, quae ipforum faluti et vitae minantur.

11. תּוֹדִיעֵנִי אֹרַח חַיִּים *Notam mihi facis*, oftendis, *mihi viam vitae*, „antique et poetice, RUPERTI obfervat, pro, vitam mihi confervas; nifi malis, felicem me reddis, vel doces me, qua ratione vitam feliciter inftituere poffim. חַי vel חַיִּים *vita beata, felicitas*, Proverb. XV, 24. et al. paffim, ut ζωὴ centies in N. T. pro εὐδαιμονία. חָיָה, ut ζῆν, ex vulgari omnium linguarum ufu, fignificat *vitam jucunde feliciterque agere*, *florere* et *vigere*, v. c. 1 Sam. X, 24. 1 Reg. I, 25. Pf. XXII, 27. LXIX, 33. חַי, *vivens*, pro *fortunato* dicitur 1 Sam. XXV, 6. et Cohel. VI, 8. Vulgo vertunt: *tu vitam mihi reddis*, a mortuis me excitas; quod, ut alia taceam, parallelismo membrorum et orationi poeticae minus convenit. PAULUS coll. Pf. IX, 14. *tu viam mihi ad vitam oftendis*, h. e. a portis quafi inferorum me reducis, ut verba fint hominis, ex gravi morbo convalefcentis.“ — שֹׂבַע שְׂמָחוֹת אֶת־פָּנֶיךָ „*Saturatio gaudii*, h. e. plurimum gaudii, magna felicitas eft *coram* [אֶת־פָּנֶיךָ ut לְפָנֵי] *facie tua*, h. e. in cultu et religione tua (nam in antiqua lingua pii et religiofi homines הִתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים *coram Deo*, vel *facie ejus*, *ambulare* dicuntur, v. c. Gen. V, 24.), vel in templo

plo tuo, quo fenfu formula ifta non tantum de facerdote, fed de quovis etiam pio cultore paffim adhibetur, v. c. Pf. V, 4. 6. 8. XVII, 15. XXI, 7. XXIV, 6. XLII, 3." — שְׂמָחוֹת בִּימִינְךָ נֶצַח *Laetitia eft in dextra tua in perpetuum*, ἀρχαϊκῶς, pro, conftanti et perpetuo gaudio me, cultorem tuum, perfundis. Poeta more Ebraeorum eam fententiam aliis verbis expreffit. בִּימִינְךָ *dextra manu tua*, qua laetitiam quafi distribuis; nifi hanc quoque vocem, ut פָּנֶיךָ, ad *templum* referre malis, prope quod David habitabat." RUPERTI.

PSAL-

PSALMVS SEPTIMVS DECIMVS.

ARGVMENTVM.

Preces ſunt ſollicitae et acres periclitantis in innocentia, et injuſta perſecutione, de qua innocentia ſua etiam glorioſe profitetur et implorat opem Iovae, adverſus hoſtes ſuos, quos ſignificat eſſe homines profanos et ſuperbos, affluentes opibus, dignitate, et bonis omnibus; ſe autem ſalutem et liberationem a numine ſuo tutelari exſpectare, et a ſpe hujus indubitata pendere.

Hebraeorum interpretum haud pauci Davidem poſt mortem Uriae hoc carmen feciſſe putant, cum Ioab et Iſraelitae Rabbam urbem obſiderent *), verereturque, ne propter culpam, adulterio cum Bathſeba contractam, male cederet exercitui **). Quod

*) 2 Sam. XII, 26. ſeqq.

**) Ita IARCHI, cujus verba ſunt haec in nota ad Vs. 11. נראה לי שנתפלל דוד תפילה זו לאחר שבא לידו מעשה שעשה של אוריה ויואב וישראל היו בארץ בני עמון צרים על רבה ויירא דוד שלא יכשלו שם בשביל עבירה שבידו וישמעו פלשתים ומואב ואדום וכל שכיני א״י

Quod a ſententia totius Pſalmi alieniſſimum videtur. Adeo enim ſidenter de integritate ſua loquitur, adeoque vehementer a Deo contendit, ut in ea controverſia, qua ſibi cum adverſariis intercedit, ad juſtitiam cauſae ſuae reſpiciat, ut id nihil cum peccato in Uriam commiſſo commune habere poſſit. RUDINGERI vero ſententiae, ad Abſalonicae ſeditionis tempus Pſalmum referentis *), maxime obſtat Verſus 13., quo Davides Iovam orat, velit adverſarium ſuum gladio conſicere. Filii enim necem numquam optavit, contra, acerbis lamentis deflevit. Mihi eorum ſententia probatur, qui carmen hoc a Davide eo tempore putant compoſitum eſſe, quum Saulis aulicorumqne inſidiis undique obſeſſus, ſaluti et vitae fuga conſulere coactus eſſet, ut itaque συγχρονὸν ſit *ſeptimo* et *decimo,* cum quibus multa habet communia, inprimis querelas de inimicorum

אי״ הרעים המצפים ליום אידם ויבאו עליהם: *Ego Davidem has preces fudiſſe puto poſt facinus in Uria commiſſum, quum Ioab cum exercitu Iſraelitico Rabbam urbem in terra Ammonitarum obſideret, vereretürque Davides, ne male cederet Iſraelitis ob crimen a ſe commiſſum, neque Philiſthaei, Moabitae, Edomitae ceteraeque vicinae gentes, Iſraelitis inſenſae, eorumque interitum opperitae, bellum in eos molirentur.*

*) *Acquieſco in nota temporis Abſalonica, et inter Abſalonicos σύγχρονον facio maxime* VII. et CXXXIX, *et quarto, hic quidem et quartus inter ſe unus explicat alterum,* inquit in hujus Pſalmi προθεωρίᾳ, p. 149.

rum inſidiis et calumniis. — PAULUS hoc carmine preces Davidis contineri putat, velit Iova ipſi victoriam in hoſtes concedere, feroces illos qui terram et Iſraeliticam invadere minitati eſſent, inque tabernaculo ſacro, ante expeditionem ſusceptam, decantatum exiſtimat. Atque hoſtes quidem *exteros* Verſſ. 11. 12. deſcriptos videt. Verum quae ibi habentur cur exteris potius, quam Saulis aſſeclis, qui Davidi inſidias ſtruxerunt, conveniant, non vidimus.

---

1. Duo primi Verſus, recte obſervante SIMEONE DE MUIS, „continent propoſitionem, qua precatur, ut adverſus Saulem ejusque aulicos, qui non ceſſabant, ipſum apud Saulem criminari quaſi ſceleratum, et nova in regno molientem, defendatur. Hoc cauſae eſt, cur propoſitioni mox rationem ſubjiciat a ſua innocentia, quam ſciebat variis aulicorum artibus oppugnari, petitam.“ שִׁמְעָה יְהוָֹה צֶדֶק *Audi, Iova, juſtitiam.* Eam duplici modo h. l. interpretantur. I) Plerique intelligunt *juſtam petitionem*, juſtam cauſſam. Ita ABEN-ESRA שמעה כי צדק ארבר כי הַשָּׁוא לֹא־יִשְׁמַע אל *Audi, nam juſtam rem eloquar: vanas preces enim non audit Deus, Iob. XXXV*, 13. Quod praeter plures alios ſequitur et GEIERUS: „*Audi juſtitiam*, h. e. querelam meam de injuſta Saulis aliorumque hoſtium perſecutione, adeo aequam, ut ſit ipſa veluti juſtitia.“ Sed hanc ſententiam ſi poeta exprimere voluiſſet, poſuiſſet haud dubie צִדְקִי, ſive צִדְקָתִי. 2) Genuinum ſenſum Chaldaeus expreſſiſſe videtur: קַבֵּל יְיָ בָּעוּתִי בִּצְדָקָה *Suscipe, Iova, orationem meam*, quae ſit *in juſtitia*, ex juſtitiae, i. e. recti et ſinceri ſtudioſo

iofo corde profectam, quum adverfarii mei fraudi, falaciis et mendaciis, prorfus devoti exiftant. KIMCHI: שמעה תפלתי שהיא בצדק כי פי ולבי שוים וזהו צדק וזה בְּלֹא שִׂפְתֵי מִרְמָה *Audi preces meas, quae fiunt animo finero; verba et animus enim confentiunt.* צֶדֶק, *ex paralelismi lege,* labiis fraudis expertibus *refpondet, in ultimo erfus hemiftichio.* — Sunt, qui fepofita interpungendi atione Maforethica (quae יְהוָה a צֶדֶק accentu distinctivo eparat), ita vertant: *Audi, Deus juftitiae!* Praeiverunt ymmachus et Theodotion: *ἄκουσον Κύριε δικαιοσύνης.* Quod vix admitti poteft, quum nomen יְהוָה, tanquam roprium, in regimine poni non foleat. — Alexandrinus ic vertit: *κύριε τῆς δικαιοσύνης μου·* ad quae verba AGELIUS: „Quamvis in Graeco ambiguum fit, ut intelligi tiam poffit: *Domine juftitiae meae,* tamen optime ad enfum tranftulit Latinus *juftitiam meam,* ut etiam infeius legimus in hoc ipfo Pfalmo: *εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων ιου, exaudi, Domine, verba mea.*" KOEHLERUS Graei interpretis auctoritate צִדְקִי legit, vertitque: *audi Ioa, juftitia mea!* qui juftam meam caufam tueris, ut erem. XXIII, 6. יְהוָה צִדְקֵנוּ. Sed receptae lectioni patroinatur tam membrorum parallelismus (vide obfervationem Kimchianam); quam Chaldaei, Aquilae, Symmachi et Theodotionis confenfus. — הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי *Attende clamoem meum,* fuscipe vociferationem meam. Vocem רִנָּה bene explicat KIMCHI: הוא כמו צעקתי כי המתפלל צועק בקול רנה וכל לשון רנה הוא לשון צעקה יש מהם לשירה ויש להכורה ויש לתפילה ויש לבכי ואנקו *Idem fignificat quod* צעקו, clamor; *nam qui orant, fubinde,* ubi magnis et et fubitis periculis urgentur, *vocem folent attollere et vociferari.* רִנָּה *enim vocem* et clamorem quendam *fignificat, quocunque affectu edatur; diciturque de clamore canentium, ut contra flentium fuspirantiumque; item de clamore precantium et rogantium. Significat etiam clamorem illum, quem edunt praecones, cum aliquid promulgant* (1 Reg. XXII, 36.). Ceterum et congeries ifta,

Audi

Audi ſinceras preces meas, ſuscipe vociferationem meam, auſculta precationi, quibus nihil niſi vota ſua admitti petit, aeſtuantis ex periculi perſecutionis magnitudine animi affectum bene exprimit. Quod vero addit: בְּלֹא שִׂפְתֵי־מִרְמָה, *non labiis fraudulentis,* ſuam innocentiam teſtatur, qui innocenti et ſimplici ore, omnisque doli experti, precetur. Ante בְּלֹא ſubaudiendum eſt pronomen relativum אֲשֶׁר, *quae,* oratio, *non* fit, vel funditur *labiis fraudis,* fraudulentis; poſterius enim ſubſtantivum vim habet *adjectivi,* ut ſupra Pſ. V, 7. אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *vir ſanguinis et fraudis,* h. e. ſanguinolentus et fraudulentus.

2. Fieri tandem a Iehova inter ſe et hoſtes ſuos judicium petit; orat, ut ope lata declaret, ſe ipſius cauſſam approbare, ejusque dignam rationem habere. מִלְּפָנֶיךָ מִשְׁפָּטִי יֵצֵא *A coram vultu tuo,* abs te, in tribunali velut ſedente, cauſamque meam cognoſcente, *judicium meum exeat,* prodeat aliquando in publicum conſpectum omnium mea innocentia. עֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה מֵישָׁרִים *Oculi tui reſpiciant rectitudines,* aequae cauſſae rationem habeant.

3. Quo autem animi ſui integritatem magis teſtetur, offert ſe Iovae quaeſtioni, et illi quam exactiſſimae. בָּחַנְתָּ לִבִּי *Probas cor meum.* Quod haud pauci in *Praeterito* accipiunt, hoc ſenſu: Tu animum meum prorſus exploratum habes, occultos cordis mei receſſus excuſſiſti, omnes cordis mei ſenſus tenes; noſti, me non eſſe duplicem, nec quidquam fraudis intus alere, ut iſti perperam falſa invidia me gravant. Ego potius *ſubjunctive* acceperim: *explores animum meum;* quod futuro mox ſequenti melius congruit. — פָּקַדְתָּ לַּיְלָה *Inviſas noctu,* quo tempore, dum ab externis negotiis animus vacat, ea, quae in penetralibus animi latent, magis ſeſe proferunt. Niſi quis malit hanc allegoriam ex more hominum mutuatam, qui eos, quorum ſecreta noſcere cupiunt, nocte inopinatos, et omnium ſecuros, ac in iis praecipue occupatos, ad

ad quae fertur eorum animus, obruunt, et res atque actiones eorum perveſtigant. Ad haec tertium gradum adjungit: צְרַפְתַּנִי, *igne me examines*, quo alludit ad probationem auri et argenti, vid. ſupra Pſ. XII, 7. Sic vero ſe habet animus, ſibi recte conſcius, Deo ipſo quaeſtionem exercente, et eam quamlibet ſeveram, ita innocentiae nihil metuit, ut ſubjiciat: בַּל־תִּמְצָא, *non invenies*, פסול או מום *vitium aut maculam*, quod Aben-Eſra ſubaudit; ſive: quod umquam contra iſtos hoſtes meos eſſem prave molitus, uti de me falſo jactant. In verbis זַמֹּתִי בַּל־יַעֲבָר־פִּי in duas potiſſimum partes interpretes explicandis diacedunt, aliis Maſorethicam interpunctionem ſequentibus, aliis relinquentibus. Ordiamur ab illis, qui I) receptam distinctionem retinent. Sed hi etiam non uno modo rem inſtituunt. A) Aliis enim זַמֹּתִי eſt *verbum*, prima perſona Praeteriti verbi זָמַם, quod 1) plerique *conſtituendi, proponendi, cogitandi* ſignificatione accipiunt, qua Deut. XIX, 19. Thren. II, 17. Deut. VIII, 14. aliisque locis occurrit. Unde quidam ſic vertunt: α) *cogitavi, non deflectet*, ſive, *transgredietur os meum* in recto caſu; quorum verborum ſenſum dicunt eſſe hunc: non ſoleo aliud cogitare, aliud eloqui, verba mea ſunt cogitationibus conſentanea. β) GEIERUS: „*cogitavi*, firmiter apud animum propoſui, crebrisque ſemper meditationibus ac curis in id unice incubui, *ne transgrediatur os meum*, i. e. ne ſermone meo contra Deum vel proximum delinquerem.“ Quae interpretatio ferri poſſit, ſi עָבַר, ſolum poſitum, umquam *delinquere* ſignificaret. Sed ea notio admitti nequit, niſi ſequatur בְּרִית יְהוָה, *foedus Iovae* (Ieſ. VII, 15. Hoſ. VI, 7.), ſive תורת, *leges* (Ieſ. XXIV, 5.), ſive מִצְוֹת יְהוָה *praecepta Iovae* (2 Chron. XXIV, 20.), ſive פִּי־יְהוָה, *os Iovae* (Num. XXII, 18. XXIV, 13.), γ) Quum nomen זִמָּה plerumque ſenſu malo de perverſis et malitioſis molitionibus uſurpetur, veluti Pſ. XXVI, 10. Prov. X, 23. Pſ. X, 2.; ſunt, qui noſtrum quoque verbum *ſenſu malo* accipiant, Chaldaeo praeeunte: חֲשַׁבִית בִּישְׁתָּא

בִּישְׁתָּא לָא עֲבַר פּוּמִי, *cogitavi malum, ſed non transgreſſum eſt os meum,* quemadmodum verbum עָבַר uſurpatur Pſ. LXXIII, 7. עָבְרוּ מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב *transgreſſi ſunt ſpeculationes cordis,* erumpunt conſilia eorum. Hanc interpretationem elegit etiam VAN DER-PALM, qui, Muntinghio referente, ſic interpretatur verba noſtra in batavica Pſalmorum verſione: *Si vel umquam malum cogitavi, tamen numquam excidit ore,* i. e. quamvis hoſtium meorum interitum ſubinde apud me optaverim, ita tamen affectum meum ſemper continui, ut non in diras et exſecrationes prorumperem. Senſu haud multum diverſo, ſed verbo זָמַם 2) primaria *nectendi, ligandi* notione accepto, quam apud Arabes obtinet; ALB. SCHULTENSIUS in *Not. ad Hariri Conſeſſ. II.* p. 70., poſtquam monuiſſet, زَمَّ eſſe *alligavit, capiſtravit* jumentum, verba noſtra ſic vertit: *capiſtro alligavi, ne transgrediatur os meum,* quemadmodum Hariri Conſeſſu XXVII. dicit لمّا زمّت الالسنة, *quum capiſtratae fuiſſent linguae,* pro, *conticuiſſent.* Et Conſeſſu XI.

فزمّ اللفظ ان ندّ فما اسعد من زمّ

Et capiſtrat ſermonem, ſi vagatur: felicem vero, qui ita capiſtrat. — B) Maſorethae huic voci adſcripſerunt, eſſe מלרע, i. e. *oxytonon,* ſive accentum habere in ultima ſyllaba. Qua obſervatione haud dubie innuere voluerunt, זַמֹּתִי eſſe *nomen,* quum verba alias ſint in prima perſona paroxytona; ſive potius *Infinitivus,* addito ſuffixo, ut ſit proprie: *cogitare meum,* quemadmodum Latini etiam dicunt: *ſcire tuum nihil eſt,* pro, ſcientia tua nulla eſt. Et forma Infinitivi זַמּוֹת poſſit a Quieſcentibus tertia radicali ה petita eſſe, ut חֲנוֹת, *gratiam facere,* Pſ. LXXVII, 10., et שַׁמּוֹת, *deſolare,* Ezech. XXXVI, 3. Cf. GESENIUS *ausführl. Lehrgeb.* p. 365. Hinc ita vertunt: *cogitatio mea non transgreſſa eſt os meum,* quod Aben-Eſra ſic explicat:

plicat: מחשבתו בדברי פיו ואיננה לחפך *verba fua cum animo congruunt; oratio fua nihil a mente discrepat;* verbum עָבַר idem Aben-Efra eadem *transgrediendi* notione monet accipiendum, qua Proverb. VIII, 29. occurrit: *Mari pofuit terminum,* וּמַיִם לֹא־יַעַבְרוּ פִיו*, ita ut aquae oram non transirent.* Sed BUCERUS *praetereundi* fignificatione accipit, atque hunc in modum interpretatur: „*Cogitatio mea non praeteribit os meum,* id eft, animus a verbis minime variabit. Animum meum fidum Sauli et fuis femper verbis et factis exhibui, neque aliud animus unquam molitus eft; nihil fecus aliquando vel cogitavi.“ II) Sed a Mafarethica interpungendi et legendi ratione plane discedit Alexandrinus interpres, qui fic vertit: *καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων·* quod Vulgatus reddidit: *et non eft inventa in me iniquitas: ut non loquatur os meum opera hominum.* Isigitur ומתי, quod זַמֹּתִי, *iniquitas mea,* pronuntiavit, conjunxit cum בַּל־תִּמְצָא, atque verba ultima: בַּל־יַעֲבָר־פִּי, ad comma quod proxime fequitur traxit. Eodem modo Syrus: ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ ܒܝ ܥܘܠܐ, *nec invenifti in me iniquitatem.* Quod ipfum noftrae aetatis interpretes haud pauci funt fequuti, veluti Michaelis, Koehlerus, Knappius, Dathius, Muntinghius, Henflerus, alii. Verba hujus commatis ultima vero: בַּל־יַעֲבָר־פִּי cum fequentis Verfus primis vocabulis: לִפְעֻלּוֹת אָדָם, MICHAELIS hoc fenfu conjungit: *non transit os meum ad molitiones hominum,* quod et Koehlerus, Knappius et Dathius probant, qui in verfione fenfum fic exprimit: *non approbo aliorum facinora.* Sed MUNTINGHIUS verbum עָבַר ea fignicatione fumit, qua Proverb. VIII, 29. occurrit (vid. fupra), vertitque: *os meum non redundat,* numquam in diras et exfecrationes prorupi, *propter facinora hominum,* hoftium meorum. HENSLERUS יַעֲבִר, *Futur. Hiphil,* effert, quod de *fermone proferendo* accipi poffe putat, ut fimile הוֹצִיא. Hinc, repetito e fuperioribus זַמֹּתִי, ita vertit:

vertit: *os meum nefarii nihil profert, ad* f. juxta *faci nora hominum,* i. e. ut alii facere folent. Quae interpre tatio tamen fundamentis non fat firmis niti videtur. Pri mo enim זַמֹּתִי genuinam effe lectionem, non ita certun eft; quum Alexandrino et Syro, cujus auctoritate illa ni titur, opponi poffit Chaldaeus, qui, ut fupra vidimu receptam lectionem exprimit. Tum, verbum עָבַר i Conjugatione *Hiphil* de *fermone proferendo* dici quider *potuiffe,* non negaverim, ufurpatum vero fuiffe ab He braeis, nullo exemplo probari poterit. Sed ea lectioni receptae interpretatio, quam Bucerus dedit, fupra allata et ufui linguae eft confentanea, et orationis contex tui atque poetae confilio inprimis apta.

4. לִפְעֻלּוֹת אָדָם בִּדְבַר שְׂפָתֶיךָ אֲנִי שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ Etiam hic Verfus non parum interpretes exercuit. No in eorum fententiis enarrandis eundem, quem in Verfi praecedente, ordinem fervabimus, ut ordiamur I) al illis, qui distinctionem receptam retinent. Horum 1) pri mus efto Chaldaeus, qui fic vertit: רָם אַכְסַנְתָּא עַל עוֹבָדֵיהוֹן דִּבְנֵי נָשָׁא בְּמֵימַר סִפְוָתָךְ אֲנָא נְטָרֵית אָרְחוֹת חֲצִיפָא *Utique tu increpafti in facinora hominum verbi labiorum tuorum; ego obfervavi vias protervi,* fcil. ut eo vitarem, i. e. quum mala facinora tibi maximopere dis pliceant, ego mihi diligenter caveo, ne improborum ho minum vivendi rationem fequar. — 2) Ex interpretand ratione, Hebraeis recepta, Davides hoc Verfu de fe te ftatur; quod et alios a perverfis actibus avocaverit, quo hominum fe opera obfervaffe, et a femitis malorum, juxt divina praecepta, eos fe dicit arcuiffe. KIMCHII ver ba haec funt: מה שצוית והזהרת אני מתבונן לפעולות אדם ומונע מהם העברות וזהו אני שמרתי ארחות פריץ מנעתי שלא ילך אדם באורחות פריץ ורשע וכמוהו לשמור את דרך עץ החיים למנוע האדם שלא ילך בה וכן שומר הפרדס *In iis, quae tu praecepifti ac monuifti, intentus ego fui ad actio nes hominum, eosque prohibui a peccando; hic enim verborum* אֲנִי שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ *eft fenfus: curavi ne quis femitas effracto.*

effractoris et improbi ingrederetur. Verbum שָׁמַר *eadem ſignificatione hic eſt accipiendum, qua* Geneſ. III, 24. Collocavit Deus ante hortum deliciarum Cherubim et aciem gladii, utrinque incidentis, לִשְׁמֹר אֶת־דֶּרֶךְ עֵץ הַחַיִּים ad obſervandam viam arboris vivificae. Obſervari *enim hanc Deus volebat, ne homo ad eam iret.* Sic Davides perverſorum hominum vias et inſtituta obſervavit, ne quem pateretur illa ſectari. Sub פָּרִיץ vero interpretes illi intelligunt *perverſum*, proprie talem, qui leges perrumpit et omne jus diſſipat, quod פָּרַץ *perrumpere* et *diſſecare* ſignificat. Eodem modo DRUSIUS, niſi quod is לְ ante nomen hujus Verſus primum, hac vi: *quod attinet ad*, ſumit, quam ſaepe alias obtinet. Senſum ſic exprimit: „Quod ad opera hominum attinet, ego cavi diligenter, quia verbo tuo ita praecepiſti, ne quis latronum et effractorum viam impune ingrederetur." — 3) Alia prorſus ratione Verſus noſtri interpretationem inſtituit AGELLIUS: „פְּעֻלּוֹת אָדָם, *opera hominum*, appellat *ſervitutem* et *laborem*, ab homine injunctum, uſitato ſacrarum literarum loquendi more, ut Ezechielis Cap. XXIX, 20. *Et erit merces exercitui illius,* פְּעֻלָּתוֹ אֲשֶׁר עָבַד־בָּהּ *et operi, quo ſervivit adverſus eam; dedi ei terram Aegypti.* Ubi LXX. ἀντὶ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἧς ἐδούλευσεν ἐπὶ Τύρον· *pro ſervitute et miniſterio, quo ſervivit in Tyrum.* Ait igitur: haec opera mihi injuncta, ut laborem a Saule imperatum, ego exſecutus ſum et complevi *propter verba labiorum tuorum,* ut tibi obtemperarem jubenti, quae opera ſunt *viae durae* [אָרְחוֹת פָּרִיץ]; nam aſpera quaedam mandata illi Saul injungebat; ut cum juſſit centum illi afferre praeputia Philiſthaeorum, cum illum Tribunum creatum ad bella mittebat (1 Sam. XVIII, 25 — 30.) — Aut ſub אָרְחוֹת פָּרִיץ intelligit *mores homicidarum*, ut indicet, ſe legis praeceptorumque divinorum cauſa ab his moribus abſtinuiſſe, atque etiam ſocios ſuos prohibuiſſe, ne latronum more Saulem adorti in ſpelunca occiderent." — 4) LUDOVIC. DE DIEU duplicem interpretandi rationem proponit. Unam: „*In operibus homi-*

nis, per verbum labiorum tuorum, obſervavi vias latronis: id eſt, quum auxilio verbi tui attente conſideravi opera hominis, animadverti in illis ac deprehendi latronis vias; ſumitur שָׁמַרְתִּי ſicut Pſ. XXXVII, 37. שְׁמָר־תָּם, *obſerva,* conſidera, *juſtum.*" 5) Alteram, quae ipſi magis arridet: „*Quia mercedes hominis ſunt in verbo labiorum tuorum, ego cavi vias latronis:* פְּעֻלָּה paſſim *mercedem* ſignificat potius quam *opus.* לִפְעֻלּוֹת אָדָם proprie *propter mercedes hominis,* ſupple eſſe, id eſt, quia ſunt: deinde שָׁמַרְתִּי verto *cavi,* ſicut Ioſ. VI, 18. שִׁמְרוּ מִן הַחֵרֶם, *cavete ab anathemate;* ל autem verti *propter,* non eſt inſolens; tale eſt Geneſ. II, 23. לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה, *propterea vocabitur vira.*" Quibus tamen omnibus praeferenda videtur, quam 6) GEIERUS propoſuit, interpretatio: „*Inter opera hominis,* quae hominum vulgus facere ſolet (ל *inter,* ut Exod. XII, 2. לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה *inter menſes anni), per,* vel *propter* (ut Pſ. V, 11. VI, 8. VII, 7. IX, 15.) *verbum oris tui,* h. e. propter interdicta minasque tuas, *obſervavi ſemitas latronis,* ne ad eas deflecterem [לנטות מהם *ad declinandum ab iis,* ut IARCHI explicat], ullove pravo opere me inquinarem." — 7) Digna etiam, quae commemoretur, BUCERI eſt loci hujus explicatio. „Mihi (inquit) videtur, voce פָּרִיץ vatem ſignificare eos voluiſſe, qui ad ſe transfugerant, rupto et abjecto jugo, ſive Saulis, ſive aliorum, quo durius premebantur; rationem mox reddam. Senſu ergo hujus Verſus erit: Non ſolum ipſe me innocenter ſervavi, et ab injuria eorum, qui me perſequuntur, continui [vid. ad Verſ. praeced.]; ſed et alios inde revocavi. *Operibus hominum* meorum *juxta verba labiorum tuorum,* id eſt, juxta tuum praeceptum, intentus fui, curamque habui, ut mandatis tuis minime adverſarentur; diligenter enim *obſervavi ſemitas eorum,* qui ad me confugerunt, perrupto, quo imperio tenebantur. Propterea enim, quod collegerant ſe apud Davidem quique obaerati et animis perturbati, numero plus minus quadringenti et ipſe illorum princeps erat (1 Sam. XXII, 2.); facile creditu

ditu eſt, inimicos ejus plurima et infanda mala de eo ſparſiſſe, quae contra regem et regnum moliretur. Certe Nabal ille Carmelita nunciis illius objiciebat, multos ſervos ſe a dominis ſuis avellere, et Davidi adjungere (1 Sam. XXV, 9.). Haud igitur abs re fuit, ut ſuam innocentiam, etiam quod ad transfugas iſtos attinebat, et ipſi praeſtandum erat, teſtaretur. Quia vero illo loco ſcriptura verbo, unde פָּרִיץ deductum eſt, utitur (dicebat enim Nabal: *hodie multi ſunt ſervi* הַמִּתְפָּרְצִים אִישׁ מִפְּנֵי אֲדֹנָיו, *qui erumpunt*, ſive *avellunt ſe a Dominis ſuis*); ſatis patere puto, פָּרִיץ etiam *fugitivum* ſignificare. Durius ſane eſt illud, *obſervavi vias* פָּרִיץ, pro eo accipere, quod eſt, *a viis* פָּרִיץ *meos arcui*, quam ſi intelligamus, eum ſuorum vias obſervaſſe. ne quando ad mala deflecterent, et eos פָּרִיצִים vocaſſe, idque ideo, quod a patria et a creditoribus ſuis aliisque oppreſſoribus eſſent avulſi, et, quibus tenebantur, vincula perrupiſſent. — — Neque abſurdus ſenſus fuerit, ſiquis intelligat Davidem teſtatum, ſe operibus hominum, juxta Dei praeceptum, fuiſſe ſic intentum, ne quid mali ſequeretur, et vias perverſorum ita obſervaſſe, ne quando in eas incideret. Priorem interpretationem ideo probabiliorem puto, quod omnino haec precatio inſtituta eſſe videatur contra hoſtes Davidis, qui eum, et ſui et ſuorum cauſſa, multorum malorum accuſabant, ut ei cauſſa fuerit, ſuam innocentiam et quantum ad illos attinebat, defendere." — II) Eorum vero, qui, Maſorethica diſtinguendi ratione ſepoſita, priora hujus Verſus vocabula cum antecedente conjungunt, ut hic vocibus בַּל־יַעֲבָר־פִּי incipiat, 1) primus ſit Alexandrinus, qui ſic vertit: Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου· *Ut non loquatur os meum opera hominum*, ut Vulgatus reddit; unde AGELLIUS colligit, illum in ſuo codice Hebraeo ita ſcriptum reperiſſe: בַּל־יְדַבֵּר־פִּי, quae etiam Koehleri eſt ſententia, qui praeterea ל ante פְּעֻלּוֹת in illo afuiſſe putat. Sed potuit interpres ille verbo עָבַר in Conjugat. *Hiphil* eandem cum הוֹצִיא ſignificationem tribuere, ut Henslerum quoque

 fecisse,

feciſſe, vidimus ad Verſ. praeced. Senſum vero Alexandrinae verſionis Agellius ſic explicat: „Solet ſcriptura uti hac forma dicendi, *loqui ore*, pro eo quod eſt, *promittere ſe facturum*, vovere, aut minari; et Hebraica vox בַּל habet univerſalem quandam definitionem, quaſi dicat: ut *prorſus numquam* loquatur os meum. Me igitur examinaſti, et cognoviſti, nihil perverſi in corde meo reſidere, adeo ut ore meo nihil umquam loquar, ac miner, pollicearve me facturum juxta opera hominum, et vicem inimicis ac perſecutoribus redditurum." Sed paulo aliter THEODORETUS: *τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ λυμήνασθαι τὸν πολέμιον, ὅτι καὶ κατ' αὐτοῦ λοιδορίας ἐλευθέραν τὴν γλῶτταν ἐφύλαξα, καὶ ἃ πράττων ἐκεῖνος διατελεῖ, ταῦτα λέγειν οὐκ ἠνεσχόμην ἐγώ. Tantum abfuit, ut hoſtem offenderem, ut etiam linguam ſervaverim liberam a convitiis contra illum, et quae ille perpetrare non ceſſat, haec dicere noluerim.* Alterum vero hujus Verſus hemiſtichium Alexandrinus ita vertit: *διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς*: quod Vulgatus ita reddit: *propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras*, et AGELLIUS hoc modo explicat: „Quin etiam non modo nihil dixi me facturum, ut homines faciunt, qui inimicos ulciſcuntur, et ſuam perſequuntur injuriam; ſed etiam diligentiſſime obſervavi cavique vias duras, ne per eas incederem. *Vias* autem *duras* appellat aſperas et periculoſas, et quodammodo rupibus ac praecipitiis interruptas; eae ſunt autem actiones illae, quibus homines mandata divina transgrediuntur. Nam Dei viae ſeptae ſunt, et quibusdam legis maceriis ac ſepibus munitae, cumque eam violamus, tunc ſepem ac maceriem disjicimus, et vias abrumpimus. — *Cuſtodivi* autem non pro eo dictum eſt, ac ſi eſſet *perfeci, exſequutus ſum*, ſed pro eo, quod eſt, *obſervavi me ab illis*, cavi diligenter, vitavi." THEODORETUS vero, qui in iis, quae praeceſſerunt, Davidem teſtatum putat, ſe inimicorum injuriam beneficio rependiſſe, atque adeo linguam ſervaſſe liberam a convitiis contra illos, rectius, ut mihi quidem

quidem videtur, interpretatur: *τοῦτο δὲ τὸ δυσχερὲς καὶ ἐπίπονον δέδρακα ταῖς σαῖς πειθόμενος ἐντολαῖς· hanc vero rem arduam et moleſtam feci, ut tuis mandatis morem gererem.* Sed alio plane modo 2) Syrus distinguit et interpretatur:
ܘܠܐ ܢܥܒܪܘܢ ܥܠܝ ܥܒܕܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ
ܒܡܠܬܐ ܕܣܦܘܬܐ: ܐܠܐ ܢܛܪܬܢܝ ܡܢ ܐܘܪܚܬܐ
ܒܝܫܬܐ *et non transieruntos meum opera filiorum hominis per ſermonem labiorum; verum cuſtodiviſti me a viis malis.* Koehlerus eum exiſtimat legiſſe in Hebraeo שְׂפָתַיִם pro noſtro שְׂפָתֶיךָ, atque אַתָּה שְׁמַרְתָּנִי pro אֲנִי שָׁמַרְתִּי. 3) I. D. MICHAELIS, qui Verſum 4. voce בִּדְבַר orditur, ultimo, פָּרִיץ, collato cum Arabum فَرِيضَة, *ſtatutum*, ſic vertit: *ſecundum verbum labiorum tuorum ſervo vias ſtatuti.* Sed eam notionem apud Hebraeos in uſu fuiſſe, nullo teſtimonio probari poterit. 4) KOEHLERUS, retenta uſitata vocis illius ſignificatione: *ſecundum verbum labiorum tuorum caveo,* vito *vias perverſi*, a quo nec MUNTINGHE abludit, niſi quod is פָּרִיץ notione *violenti, tyranni* accipit.

5. Poſtquam innocentiam ſuam confidenter teſtatus eſſet, nunc ſubjicit precem, qua primum cuſtodiam innocentiae, deinde depulſionem perſequutionis orat. תָּמוֹךְ אֲשֻׁרַי בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ *Sustenta greſſus meos in orbitis tuis*, ad quae verba recte KIMCHI: תמוך במקום צווי ואמר במעגלותיך כלומר אשורי שהם הלכו במעגלותיך ובדרכך תמוך אותם שלא ימוטו *Infinitivus*, תָּמוֹךְ, *poſitus pro* Imperativo [cf. SCHROEDERI *Inſtitutt.* Syntax. Reg. LIV. c. p. 271., et GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 783.]. *Conciſe vero haec dicta ſunt, pro eo, quod plene eſſet: Suſtenta greſſus meos, qui in orbitis et ſemitis tuis incedunt, ne labantur.* Senſus eſt: dona, ut a tuo inſtituto nunquam deflectam, בַּל־נָמֹטּוּ פְעָמָי *ne labantur paſſus*, i. e. רגלי, pedes *mei*, ne peccem tibi, atque ita et ultioni tuae me ipſum reddam obnoxium. מַעְגָּל *orbita,* plau-

plauſtro (עֲגָלָה) facta, impreſſum rotae veſtigium, hinc ipſa via orbitoſa, ſemita. Unde מַעְגְּלֵי־צֶדֶק, *orbitae recti,* Pſ. XXIII, 3. Prov. IV, 11.

6. אֲנִי קְרָאתִיךָ כִּי־תַעֲנֵנִי אֵל *Ego invoco te, nam tu exaudies me, Deus.* KIMCHI: לפיכך קראתיך כי בטחתי שתעננו ואתה יכול לעזרני וזה טעם אל *Ideo invoco te, quia confido, te exauditurum me, teque poſſe mihi opem ferre, quod nomine* אֵל, fortis, *innuit.* — הַט־אָזְנְךָ לִי *Inclina aurem tuam mihi*, benevole preces meas ſuſcipe, inſtar parentis aut principis, ad petitionem filii vel ſubditi prompte aures arrigentis. שְׁמַע אִמְרָתִי *Audi eloquium meum* hujus ſupplicationis.

7. הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ מוֹשִׁיעַ חוֹסִים מִמִּתְקוֹמְמִים בִּימִינֶךָ] Quum verbum פָּלָה, uti פָּלָא, proprie *ſeparare* ſignificet, hinc, praeſertim in Conjugatione *Hiphil, ſeparatum* h. e. extraordinarium, admirandum, *aliquid facere;* in *duas* potiſſimum partes interpretes diſcedunt, aliis ſecundariam, aliis primariam notionem hic adhibentibus. Atque illi quidem, qui I) *ſeparandi* ſignificationem eligunt, non uno modo verborum ordinem conſtituunt. 1) IARCHIUS: הַפְלֵה רשיב״רא בלע״ז כמו וְנִפְלִינוּ אֲנִי וְעַמֶּךָ: מוֹשִׁיעַ בִּימִינְךָ אֶת־הַחוֹסִים בך מִמִּתְקוֹמְמִים עליהם הפלא חֲסָדֶיךָ מוֹשִׁיעַ חוֹסִים: הרי זה מקרא מסורס הפלא חסדך להושיע בימינך החוסים וגו׳ *Verbum* הַפְלֵה *h. l. eſt idem, quod in lingua vernacula* ſeparer, *quemadmodum* Exod. XXXIII, 16. et ſeparabimur ego et populus tuus. *Dictio* מוֹשִׁיעַ *vero eſt conjungenda cum* בִּימִינֶךָ, *hoc ſenſu: tu qui ſervas dextera tua qui in te fiduciam ponunt, ſegrega,* ſubtrahe, *gratiam tuam ab iis, qui contra illos inſurgunt. Inverſus enim eſt ordo hujus contextus, ita conſtituendus:* הַפְלֵה חֲסָדֶךָ לְהוֹשִׁיעַ בִּימִינְךָ הַחוֹסִים *Separa gratiam tuam* [ab iis, qui conſurgunt], *ſervando dextera tua eos, qui ſperant.* 2) Aben-Eſra: הַפְלֵה בארו הפרש כמו אֲשֶׁר יַפְלֶה יְהוָה ובימינך דבק עם חוסים כי לא מצאנו זאת הגזרה בלא בל״ת *Verbum* הַפְלֵה *hic* ſegregandi *notione eſt accipiendum, ut* Exod. XI, 7. quod diſcriminavit Deus [inter Aegyptios et Iſraelitas],

atque

tque חוסים *cum* בִּימִינֶךָ *conjungendum*, חָסָה *enim con-anter cum* Beth *conftruitur.* Hinc fenfus erit: fubtrahe ratiam tuam, o tu, qui fervas eos, qui in te fiduciam onunt, iis qui infurgunt in eos. 3) KIMCHI: הַפְלֵה הפרש אמר אתה שאתה מושיע חוסים הפרש והעבר חסדיך מאותנ אנשים שהם מתקוממים בימינך כי כולם ידעו כי המלוכה נ מאתך והמורדים בי מורדים ב *Tu, qui falvos facis fiden-s, fubtrahe gratiam tuam illis, qui contra dextram tuam ıfurgunt; nam omnes illi, quum fciant, regnum mihi bs te traditum effe, et tamen rebelles fint, tuae potentiae efiftunt.* Ita Hebraei. Sed quum verbum הַפְלֵה, ubi pro-ria *feparandi* fignificatione adhibetur, non tam *fubtrahere* fequente Particula מ), quam potius *difcernere, fegregare uas res* fignificet; ego II) *mirum faciendi* notionem affu-ıendam cenfeo, Alexandrino praeeunte, qui fic vertit: θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σὲ κ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου· quod Vulgatus fic red-lit: *mirifica mifericordias tuas, qui falvos facis fperantes n te a refiftentibus dexterae tuae.* Qui fenfus confilio ac oenti prophetae optime congruit: nam quum in maxi-nis periculis verfaretur, orat, ut Iova infignem reddat oonitatem fuam; quafi diceret: non exiguo mihi opus eft uxilio tuo, fed illo admirabili, quod mihi latum, qui udierint, mirentur ac ftupeant. Itaque מוֹשִׁיעַ jungen-lum erit cum מִמִּתְקוֹמְמִים *qui liberas* fperantes *ab iis, qui onfurgunt.* Sic מ cum הוֹשִׁיעַ conftructum, fignificat *ab, x,* ut Pf. XXXIV, 7. מִכָּל־צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ, *falvavit eum ab mnibus anguftiis fuis;* Iud. VIII, 22. הוֹשַׁעְתָּנוּ מִיַּד *alvafti nos e manu* Midianitarum; Pf. XLIV, 8. מִצָּרֵינוּ, *ab hoftibus noftris.* Verbum קום in *Hithpael* eft *nfurgere* contra aliquem, ut Iob. XXVIII, 7., ubi מִתְקוֹמְמַי ynonymum habet אֹיְבַי. Cf. Iob. XX, 27. Pf. LIX, 2. Conftruitur hic cum particula ב (בִּימִינֶךָ), *in, contra* de-notante, ut Mich. VII, 6. בַּת קָמָה בְאִמָּהּ *filia infurgit contra matrem fuam.* Ceterum *infurgentes in dextram Ie-hovae* qui h. l. fint, bene THEODORETUS exponit: Ἀν-

Ἀνθεστηκότας τῇ τοῦ Θεοῦ δεξιᾷ τοὺς πολεμοῦντας αὐτῷ προσηγόρευσεν· καὶ μάλα εἰκότως· ὑπὸ Θεοῦ γὰρ ἐχρίσθη, καὶ παρ' αὐτοῦ τῆς βασιλικῆς χειροτονίας τετύχηκεν· λέγει τοιγαροῦν, ὅτι τῇ σῇ ἀντιτάττονται ψήφῳ οἱ κατ' ἐμοῦ τὴν μάχην ἀναδεξάμενοι. Reſiſtentes dexterae Dei eos appellat, qui contra ipſum bellum gerunt. Et merito quidem: a Deo namque unctus erat, ab eoque regiam electionem conſequutus. Ait igitur: illi, qui contra me pugnant, tuae ſententiae ſe opponunt.

8. Quum in tantis conſtitutus ſit periculis, exactam cuſtodiam, non vulgarem precatur: nempe ut homines pupillam oculi, et aves pullos ſuos, quos imminente periculo ſubter alas ſuas abscondunt. שָׁמְרֵנִי כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן *Cuſtodias me inſtar pupillae oculi.* De vocabuli אִישׁוֹן notione disſentiunt. 1) Quidam diminitivum nominis אִישׁ *vir*, putant, quaſi *homunculum* deſignet, quo nomine *pupillam* oculi autumant inſignitam, quod illa imaginem hominis reddat, quomodo et Graeci pupillam dicunt *ἄνδριον, ἀνδρίσκον.* Ita KIMCHI: שָׁמְרֵנִי כמו ששומר אדם אישון עינו והוא השחור שממנו המאור ונקרא אישון לפי שנראה בו צורת איש והו״ו והנ״ון להקטין לפי שהצורה היא קטנה וכן תוספת יו״ד האמינון להקטין וכן וי״ו נו״ן שבתון *Cuſtodi me, quemadmodum homo cuſtodire ſolet τὸ* אִישׁוֹן *oculi ſui, i. e. nigrum, a quo lumen. Vocatur vero* homunculus, *quod imago hominis in oculo apparet intuenti. Syllaba* ון diminitivum *indicat, quod imago illa eſt parva. Ita in nomine* אֲמִינוֹן 2 *Sam. XIII,* 20. *litera* Jod *minuit; et ſyllaba* ון *in* שַׁבָּתוֹן Exod. XVI, 23. Sabbathulus. Arabes quoque pupillam إِنْسَانُ ٱلْعَيْنِ, *hominem oculi,* appellant ob imagunculam in oculi pupilla apparentem. 2) Sed alii a *nigredine* pupillam dictam putant, inter quos IARCHI: אישון הוא השחור שבעין שהמאור תלוי בו על שם שחוריתו הוא קרוי אישון לשון חשך *Vocabulum* אִישׁוֹן *ſignificat* nigredinem *in oculo, a qua lumen pendet; dicitur-*

iturque illo nomine ob nigredinem, eam enim deſignat אִישׁוֹן t quidem Proverb. XX, 20. יִדְעַךְ נֵרוֹ בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ *extin-uetur lucerna ejus in nigredine tenebrarum;* et Proverb. 'II, 9. *in crepuſculo, veſpera diei,* בְּאִישׁוֹן לַיְלָה וַאֲפֵלָה *in igredine noctis et caliginis.* Chaldaeis quoque אִיתוֹן eſt *igredo, obscuritas;* quare ego hoc praetulerim. Idem issenſus eſt de voce בַּת, quam alii contracte poſitam pu-ant pro בָּבַת, ſicut habetur Zachar. II, 12. *Quisquis vos angit, tangit* בְּבָבַת עֵינוֹ *pupillam oculi ſui,* proprie *januam culi ſui,* quemadmodum et Syris ܬܰܪܥܳܐ ܕܰܥܝܢܳܐ *porta culi* (quod ipſum et Syrus interpres hic poſuit) eſt *pu-illa.* Niſi potius conveniat cum Arabum بُؤْبُؤ *imagun-ula in medio oculi apparens, pupilla ipſa,* vid. GOLII *Lexic.* p. 207. Sed quum בַּת alias ſemper *filiam* denotet, ontractum ex בְּנַת, alii בַּת־עַיִן vertunt *filiam oculi,* quo omine deſignari putant pupillam, cum, quidquid tanquam ninus ad aliud refertur ac pertinet, *filius* aut *filia* dicatur, eluti Thren. III, 13. ſagittae בְּנֵי־אַשְׁפָּה *filii pharetrae.* Ac eadem prorſus dictione, بِنْتُ الْعَيْن, *filia oculi,* ituntur Arabes ad *pupillam* deſignandam; vid. Golium, p. 170. Quamcunque vero vocibus אִישׁוֹן et בַּת notionem ropriam tribuas, ſemper ſignificatio pupillae certa manet. Quum Alexandrinus et Syrus *pupillam oculi* reddant, ne-que אִישׁוֹן exprimant; VOGELIO (in not. ad Vatabli et Golii Annotatt. a ſe editt.) probabile eſt, eſſe vocabulum llud Scholion, olim in margine ad illuſtrationem τοῦ בַּת adſcriptum, ab imperito librario vero in textum receptum. Quae conjectura etiam Koehlero et Dathio arriſit. Chal-daeum tamen אִישׁוֹן jam in ſuo textu reperiſſe, patet ex eo, quod vertit: כְּגַלְגּוּל דִּי בִּמְצִיעוּת עֵינָא, *ſicut pupilla, quae eſt in medio oculi;* בַּת fortaſſe ad radic. בּוּב, *cavum eſſe,* referens. Ceterum eadem imago providae curae (*cuſtodi-vit eum* כְּאִישׁוֹן עֵינוֹ) uſurpatur Deut. XXXII, 10. Prov. VII, 2. — בְּצֵל כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי *In umbra alarum tuarum facias*

facias me deliteſcere, ſicuti gallina pullos alis abſcondit et protegit; ſic tu refugium mihi praeſta, ne hoſtes me invenire, multo minus me laedere aut internecioni dare queant.

9. מִפְּנֵי רְשָׁעִים זוּ שַׁדּוּנִי *A facie impiorum qui incurſant in me*, ſubaudi, cuſtodi me, שָׁמְרֵנִי, e Verſu praeced. זוּ hic poſitum pro אֲשֶׁר ut ſupra IX, 16. ubi cf. not. Verbum שָׁדַד hic propria, *incurſandi*, notione ſumendum eſt, qua pollet Arabum شَدَّ, *incurrit* in proelio *impetum faciens* in hoſtem. Cf. A. SCHULTENSIUM *ad Iob. V*, 21. p. 156. Aben-Eſra interpretatur סבבוני, *circumdant me*, quaſi שָׁדַד conveniret cum Arab. سَدَّ, *obſtruxit* viam, *occluſit*. — אֹיְבַי בְּנֶפֶשׁ יַקִּיפוּ עָלָי conciſe dictum pro eo, quod plenius KIMCHI reddit: שָׁמְרֵנִי מִפְּנֵי אֹיְבַי אֲשֶׁר יַקִּיפוּ וְיסבבו עָלַי בְּנַפְשִׁי כלומר לקחת נפשי *Cuſtodi me ab hoſtibus meis, qui me cingunt contra animam meam, id eſt, ut vitam mihi adimant;* quemadmodum Latini dicunt *animam alicui auferre, adimere, animam* pro *vita* uſurpando. Alii, nihil ſubaudientes, de verbo ad verbum reddunt: אֹיְבַי בְּנֶפֶשׁ *hoſtes mei in animam*, vitam, i. e. qui ſunt hoſtes capitales, internecino adverſus me odio ardentes. Magis proprie accepit Chaldaeus, qui vertit: בְּרַעְוּת נַפְשֵׁהּ *meditationibus animae ſuae:* quod ſequutus Aben-Eſra: בתאות נפש, *ſumma animi cupiditate*. Nec multum discrepat ALB. SCHULTENSIUS, qui in *Origg. Hebrr.* L. I. C. XII. §. VII, p. m. 157. בְּנֶפֶשׁ valere putat *cum flatu, cum faſtu*, cum *ſpiritu* et *ferocia*, quod Euripidi eſt πνόας θέρμας πνεῖν, et ſub *flandi flatusque* vocabulis Romanis haud incognitum fuit. — יַקִּיפוּ Qui *circumponunt*, circumdant, qui ex omni parte, tum dolo, tum aperta violentia, me impugnant, non aliter, ac urbem obſidere hoſtis, vel venator undique circa feras ponere ſolet retia. Sic enim verbum נָקַף in Conjugatione *Hiphil* uſurpatur, veluti Iob. XIX, 6. *Deus* מְצוּדוֹ עָלַי הִקִּיף *rete*

te ſuum adverſus me circumduxit. Pſ. LXXXIX, 18. *ircumdederunt me inſtar aquarum*, הִקִּיפוּ עָלַי יָחַד *amerunt me ſimul* omnes. 2 Reg. VI, 14. *Currus et equi* יַקִּיפוּ עַל־הָעִי *circumdederunt urbem* Dothan. עָלַי *contra e*, hoſtili animo. ALB. SCHULTENSIUS l. c. יקיפו fert ad radicem נָקַף, cui, collato Arabum نقف, *conndendi, comminuendi* notionem tribuit, unde verba oſtra ita vertit: *qui ſuper me tundunt, mihique caput et rebrum commitigant.* Sed quum verbum הִקִּיף locis ſura allatis, et pluribus aliis, aperte *circumdandi* notioem habeat (coll. Syriaco ܢܩܦ, *adhaeſit, propinquus fuit,* ve Arab. وقف *conſtitit, detinuit, retinuit* aliquem), leoque ſaepius cum סָבַב, *circumdetit*, tanquam idem alens, conjungatur (v. c. Pſ. XXII, 17.); vulgaris interretatio videtur retinenda eſſe.

10. חֶלְבָּמוֹ סָגְרוּ פִּימוֹ דִּבְּרוּ בְגֵאוּת] Hic interpretes rimum magnopere diſſentiunt in distinguendis hemiſtihiis, prius hemiſtichium aliis voce סָגְרוּ, aliis voce פִּימוֹ nientibus. Neque, quomodo Maſorethae distinguendum raecipiant, conſentiunt. Quamvis enim illi verbo סָגָרוּ ppoſuerint accentum distinctivum *Athnach*, tamen LUOVIC. DE DIEU eum h. l. non distinguere ſententiam utat, ſed alium habere uſum, ut omnino accentus in bris metricis; quod, quotiescunque distinguit, producat ronunciationem ſyllabae, cui apponitur, vertatque chva in Camez, hic vero eſſe סָגָרוּ, non סָגְרוּ, relicto chva. Sed obſervat DACHSELIUS in *Bibliis Accentuas*, p. 680., in propoſitionibus brevibus, qualis haec, on retrahi accentum in penultimam, quare nec Pſ. XVIII, 3. in עָבָרוּ accentus ſit retractus. Eam vero rationem, ua l) prius hemiſtichium verbis חֶלְבָּמוֹ סָגְרוּ פִּימוֹ efficiur, praeivit Aben-Eſra, cujus haec ſunt verba: חֶלְבָּמוֹ חסר בי״ת בחלבמו סגרו פימו אשר דברו בגאות א חלבמו סגור בקרבם ופימו ידבר גאוה והראשון נכון בעיני כי הוא כדרך כִּי כִסָּה פָנָיו בְחֶלְבּוֹ *Ante* חֶלְבָּמוֹ *ſubaudiendum eſt*

eft praefixum Beth, *ut vertendum fit, adipe fuo occlufe-runt os fuum, qui fuperbe loquuntur. Alii fic: adeps eorum conclufus eft in vifceribus fuis* [q. d. intra vifcera infiguem geftant pinguedinem conclufam, tanquam voluptatis ac lautae vitae teftem]. *Sed ego prius probo, quod convenit Iob. XV, 27.* „Quod faciem haberet adipe obtectam." Eodem modo KIMCHI: רוב שמנם סגר פיהם על כן דברו בגיאות מרוב העגוגם *Multa pinguedo os illorum occlufit, propterea loquuntur fuperbe prae nimia fua voluptate.* Quafi defcriberet inimicos fuos pingues adeo, ut pinguedo eis os reddiderit anguftum, unde delicatius et faftuofius loquerentur. Quod MUNTINGHIO etiam placuit. Nec multo diverfus eft I. D. MICHAELIS, qui fic vertit: *os fuum claudunt,* implent, cibis exquifitiffimis. Qui fenfus tamen parum videtur concinnus. Quare iis accedo, qui II) פִּימוֹ ad alterum hemiftichium referunt. Discedunt tamen iterum et hi. 1) IARCHI ante חֶלְבָּמוֹ cenfet fubaudiendum effe praefixum *Beth,* atque poft סָגְרוּ *animum:* בחלבם ובשמנם סגרו לבם ועיניהם מהביט אל פעליך לירא מפניך *Adipe fua et pinguedine fua occluferunt animum et oculos; ita ut ad opera tua non refpiciant teque timeant.* 2) Subaudito praefixo *Beth,* atque verbo סָגַר reciproce accepto, vertit Symmachus: *τῷ στέατι αὐτῶν ἀπεφράγησαν, adipe fe obftruxere,* h. e. toti obefi funt, hoc fenfu: opibus pleni et pingues facti, ad affligendos alios convertuntur, opibusque ad fuperbiam abutuntur. Eundem fenfum expreffit Chaldaeus: עֲתַרְהוֹן סְגָא שׁוּמְנְהוֹן כַּסְּאוּ פּוּמְהוֹן מַלִּלוּ בְּגַבְרְבוּתָא *Opulentia eorum multiplicata eft, pinguedine funt operti, ore fuo fuperbe loquuntur.* 3) Alexandrinus de verbo ad verbum: Τὸ *στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν,* quod Vulgatus reddit: *adipem fuum concluferunt.* Ad quae verba 1) THEODORETUS: Τὸ *στέαρ τινὲς εὐημερίαν καὶ εὐεξίαν ὠνόμασαν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὴν εὔνοιαν καὶ Φιλαδελφίαν οὕτω καλεῖν· τοῦτο ἡ τῶν ῥητῶν ἀκολουθία παραδηλοῖ· πᾶσαν γὰρ Φυσικὴν ἀποκλείσαντες Φησὶν εὐσπλαγχνίαν, καὶ οὐδεμίαν χώραν τοῖς τῆς Φιλαν-*

νθρωπίας λογισμοῖς δεδωκότες. Φθέγγονται μὲν ὑψηλὰ ὶ ὑπέρογκα· ἐνέδρας δὲ μοι παντοδαπὰς καὶ λόχους ἱστᾶσιν· *lipem nonnulli felicitatem et bonam corporis habitudim intelligunt. Mihi vero videtur benevolentiam et franam caritatem ſic nuncupare. Hoc enim verba ſequent demonſtrant. Omnem enim, inquit, naturalem miſerirdiam excludentes, nullumque locum benignis cogitatiobus relinquentes, loquuntur alta et tumida, mihique ſidias, et omnis generis dolos ſtruunt.* In ſimilem cogitionem incidit GEIERUS: „Expendat lector, inquit, num eat exponere: *clauſerunt adipem ſuum*, h. e. adipata a viſcera, adeo ut nullam ſentiant commiſerationem erpreſſos, 1 Ioh. III, 17. [Ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ;] Qua ratione *adeps* metonymice poneretur pro *viſceribus obeſis*.“ 2) Nova ratione AGELLUS dictionem: *adipem concludunt*, interpretatur: „Exquirenti, quidnam ſit *adipis concluſio*, locus in Hoſea occurrit, Cap. XIII, 8., ex quo ad hunc locum Pſalmi intelligendum iter pateſieri fortaſſe poterit. *Occurram eis*, inquit Deus, *quaſi urſa raptis catulis, et disrumpam conclusionem cordis eorum* [אֶקְרַע סְגוֹר לִבָּם], h. e. duritiem, denſitatemque et conſtipationem cordis eorum, qui audacia quadam, et obſtinatione cordis a me averſi ſunt; et cor, quod ad mea praecepta audienda tenerum et molle, que humile eſſe debuerat, ſuperbia ac tumore et audacia obduraverunt, ut me non timeant. Quod ergo in Hoſea eſt *concluſio cordis*, hoc eſt in hoc Pſalmo *adipis concluſio*. *Adipem* ergo *concluſerunt*, idem eſt, ac ſi dixit, *cor ſuum concluſerunt*, hoc eſt, temeritate et audacia et ſuperbia cor obduraverunt, ut adverſus Dei voluntatem obluctari et repugnare non timerent. Accedit etiam de alter Pſalmi CXIX, 70. locus, ubi de ſuperbis loquens propheta, *coagulatum eſt*, inquit, *ſicut lac*, *cor eorum* [טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם], h. e. obduratum, denſatum, conſti-

ſtipatum. Habet autem חָלֵב affinitatem quandam literarum cum לֵב, *cor.* Ex quo liquet, ad tumorem et audaciam animi et ſuperbiam cordis, pertinere adipis, ſeu lactis, congelationem et concluſionem“ Haec Agellius. Sed ad quem is multis anfractibus pervenit, ſenſum, ad eundem via multo breviori atque rectiore nos ducit SCHNURRERUS in *Animadverſſ. ad quaedam loca Pſalmor.* Faſc. II. p. 152. Diſſertatt. „Nos, inquit, putaverimus vocem חלב ſumendam hoc loco eſſe ea ſignificatione, quae obtinet in lingua Arabica, in qua nomen خِلْبٌ, eſt *pericardium*, verbumque خَلَبَ, ex hoc nomine ortum, *affecit in pericardio.* Sic enim TEBLEBIUS Scholiaſtes, ad *Haririi Conſeſſ. I.* p. 55. edit. Schultenſ. الخلب هو غشا القلب يقال خلبني حب فلان اي وصل الي خلبي حبّه *Nomen* חלב *ſignificat tegumentum cordis, diciturque* חלבני *amor alicujus, id eſt, penetravit in cor meum.* Et Haririus ipſe, Conſeſſu XXXV. فلما خلب كل خلب وقلب اليه كل قلب *quum affeciſſet omne pericardium, atque attraxiſſet ad ſe omne cor.* Ex quibus quidem locis conficitur, haud dubiam atque incertam eſſe, quam arabico nomini tribuimus, *praecordiorum* ſignificationem. Eandem vero huic loco noſtro longe aptiorem eſſe vulgari illa *adipis*, haud difficulter intelligitur. Quemadmodum enim Hebraeis מַקְשֶׁה אֶת־לִבּוֹ *indurans cor ſuum,* Proverb. XXVIII, 14, Pſ. XCV, 8. Ezech. III, 7 al., et חֲזַק לֵב, *firmus corde*, Ezech. II, 3. ille dicitur, qui contumax eſt, atque intractabilis, nec animum ſuum moveri patitur conſiliis, beneficiis, minis, etc., ita credibile eſt, quando רְשָׁעִים et אֹיְבִים *occluſiſſe cor ſuum* dicuntur, homines innui, quorum animus ad nocendum ita obſirmatus ſit obſtinatusque, ut ſenſus recti probique penetrare in eum non poſſit.“ Haec Schnurrerus,

s, qui et Pf. LXXIII, 7. Hebraeum חֵלֶב eandem illam *ricardii* notionem obtinere putat. Ac fane utroque lo- fenfus perquam aptus efficitur, fignificatione illa adhi- ta. Si quis tamen *pinguedinis, f. adipis* notionem, tan- ıam ufitatiorem, retinere malit, verba Hebraica חֶלְבָּמוֹ, סָגְ *adipem fuum concluferunt,* BUCERO praeeunte, mmodiffime fic intelligentur: opes et copias fuas fibi pofuerunt, inde ita fuperbiunt, et faftuofa contra eum et homines loquuntur. Ut itaque *pinguedine* rum abundantia et opulentia fignificetur, ut Deut. XXII, 15.

11. אַשֻּׁרֵנוּ עַתָּה סְבָבוּנוּ *Greffus noftros* quod attinet, *ınc circumdant nos,* quocunque modo ego, Davides, ım fociis meis greffus noftros dirigimus, eo nos rvide infectantur, ac undique circum vallant hoftili ıimo, undique occafionem, nos, vel dolo, vel vi, in- ıdendi, captant. Ita haec verba intelligenda funt ex ente Mafo.retharum, qui pro eo, quod in textu fcri- :um eft, סְבָבוּנִי legendum praecipiunt cum affixo lurali סְבָבוּנִי, quod Chaldaeus praeivit: אִסְתַּוְרָנָא הַשְׁתָּא חֲזַרוּ לָנָ *Greffum noftrum* quod attinet, *circumdant nos.* e utriusque lectionis discrimine KIMCHI obfervat haec: סבבוני כתיב ביוד וקרי בויו והוא לשון רבים עליו וע חביריו אשר התלקטו עמו בברחו מפני שאול ולשון יחיד ע עצמו כי הוא העיקר ואמר אשורנו כשידעו דרכינו שאנח בה עתה סבבונו תכף ילכו אחרינו ויסובבו עלי *Lectio mar- ınalis eft* סְבָבוּנוּ, *in Plurali, qui referendus eft tam ad ıfum* (Davidem), *quam ad focios, qui eum comitarentur, ıum a Saule fugeret. Si vero in Singulari,* סְבָבוּנִי, *le- ıas, ipfe folus refpicitur, qui eft principale* (carminis fub- :ctum). *Senfus vero eft hic: quum fciant, quasnam in- reffi fimus vias, continuo nunc nos infectantur, ac ho- ili animo nos ambiunt.* Olim vero plures lectionis dis- repantias noftro loco fuiffe, veterum interpretationes ar- ıunt. 1) Alexandrinus, ἐκβαλόντες με νυνὶ περιεκύκλω- άν με· quod Vulgatus fic reddit: *projicientes me, nunc cir-*

circumdederunt me; THEODORETUS vero ita exponit: *Αὐτοί με τῆς πατρῴας ἐξήλασαν γῆς· καὶ πάλιν τῇδε κακεῖσε διατρέχουσι συλλαβεῖν ἐφιέμενοι· Ipſi me e patrio ſolo exegerunt, ac rurſus huc et illuc concurrunt, me arripere deſiderantes.* Quocum AGELLIUS convenit: „*Projicientes me,* inquit, cum ex urbe expuliſſent; *nunc* illico, e veſtigio, ne mihi reſpirandi ſpatium darent, ne evadendi tempus haberem, *circumdederunt me,* ad me inſequendum exierunt, et loca, in quae, tanquam in tutum, me receperam, militibus cinxerunt." Pro אַשֻּׁרֵנוּ vero Agellius Alexandrinum cenſet legiſſe הוֹרִישׁוּנִי. Ac certe Exod. XXXIV, 24. et Num. XXI, 32. utitur Alexandrinus interpres pro Hebraeo הוֹרִישׁ Graeco *ἐκβάλλειν.* KOEHLERUS tamen illum h. l. non aliter, ac nos, legiſſe putat, ſed tantum אִשְּׁרֻנִי etuliſſe, idque ſic intellexiſſe: *ſinunt me procedere,* i. e. me expellunt. 2) Symmachus: *μακαρίζοντές με παραχρῆμα περιεκύκλωσάν με· Vix me felicem et beatum praedicarunt, quum me circumvenire conantur,* ut I. F. FISCHERUS in *Clavis Verſſ. Graecarr. V. T. Specim.* p. 65. verba illa vertit, qui ſimul hanc addit obſervationem: „Legit אִשְּׁרֻנִי עַתָּה סְבָבוּנִי, quae lectio mihi quidem ita arridet, ut eam veram exiſtimem, praeferendamque adeo Vulgatae אַשֻּׁרֵנוּ עַתָּה סְבָבוּנִי, aut, ut Chaldaeus interpres legit, סְבָבוּנוּ. Certe qui ipſum locum inſpexerint, videbunt, praeclare ſic inter ſe cohaerere dicta, multoque commodiorem ſenſum e lectione Symmachiana, quam e lectione Vulgata, naſci." Similem ſenſum expreſſit Syrus: ܫܒܚܘܢܝ ܘܗܫܐ ܚܕܪܘܢܝ *Glorificarunt me, et nunc me circumdant.* עֵינֵיהֶם יָשִׁיתוּ לִנְטוֹת בָּאָרֶץ Interpretationis diſcrepantias hic creant verbi נָטָה diverſae notiones, quarum unaquaeque hic adhiberi poteſt. Significat enim primum *inclinare,* tum *deflectere,* denique, *expandere in terra.* 1) Priorem *inclinandi, declinandi* ſignificatum Alexandrinus elegit, dum vertit: *τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλίναι ἐν τῇ γῇ, oculos*

os ſuos ſtatuerunt declinare in terram, ut Vulgatus reddit. d e noſtratibus ſequitur VENEMA: „Poſterius, inquit, nembrum, quod proprie ſonat, *oculos ſuos ponunt, ut decli- ient in terra*, ad inſidiatores reſpicit, qui corpore incli- iato humi inſidias quam occultiſſime ſtruunt, et cuncta ɪerſcrutantur. *Oculi* intelliguntur emiſſarii, inſidiatores, . Saulo quaquaverſum miſſi, qui refugia et latibula Da- 'idis obſervarent, et occaſiones, eum capiendi, explora- ent. Phraſis *inclinandi in terra* deſumta eſt a poſitura ːt geſtu corporis, quo inſidiatores humi procumbunt, ut ateant, et omnia quam occultiſſime perveſtigent.“ Huc ɜymmachus quoque eſt referendus, qui vertit: *τοὺς ὀφ- ϑαλμοὺς αὐτῶν ἔταξαν ἑτεροκλινεῖν ἐν τῇ γῇ*, quod FI- CHERUS, in libro ſupra memorato, p. 55. ſic expli- ːat: *oculos dejiciunt in terram*, velut modeſti et pruden- es, ut ſic etiam magis occultent inſidias: verbum *ἑτερο- ːλίνω* enim, Fiſchero monente, ſignificat *deprimo in al- eram partem*, et intellecto *ἑμαυτὸν* idem eſt quod *καταῤ- ῥέπω*, *praepondero, propendeo*, proprieque de lancibus licitur. Sed aliter Symmachianam verſionem interpreta- ɪur THEODORETUS: *τὸ εὐϑὲς οὐκ ἐϑέλουσι βλέπειν· ἀλλ' ἑτεροκλινὲς ἔχουσι τῆς διανοίας τὸ ὄμμα. Nolunt rectum ɪdſpicere, ſed habent mentis oculum obliquum.* II) *Deſle- ːtendi* ſignificatione adhibita, Aben-Eſra interpretatur: עיניהם ישיתו אולי ינטו אשרנו בארץ *oculos ſuos ponunt, ɪum forte deſlectat greſſus noſter in terra*, quod BUCERUS ſequitur: „perpetuo in nos oculos ſuos ſixos habent, ſi ɪua obveniat occaſio nos dejiciendi, ut labamur in terra.“ Convenit Syrus: *poſuerunt oculos ſuos* ܕܢܪܡܘܢܢܝ ܒܐܪܥܐ *ut dejiciant me in terram.* III) *Extendendi* notione, ſed verbo reciproce accepto, interpretatur Iarchi, qui hoſtes externos intelligit (vid. Argument.): *oculos ſuos ponunt* לפשוט בארץ*, ut diffundant ſe, atque graſſentur in terra.* In quam ſententiam et PAULUS in *Clavi* h. l. incidit. Sed quum verbum נָטָה haud raro de *expanſione retis in ter-*

ra uſurpetur, IV) KIMCHI ſic interpretatur: עיניהם על דרכינו לנטות לנו רשתם בארץ ללכדנו, *accurate noſtrum iter obſervant, ut rete, quo nos capiant, in terra extendant.* Quovis autem modo verbum נְטוֹת accipias, manifeſtum eſt, vatem his verbis ſignificare, hoſtes ſuos attentos eſſe et invigilare, ut ipſum perdant.

12. Summum hoc inimicorum ſuorum ſtudium ipſum perdendi, ſummae crudelitati conjunctum, magis exprimit, dum eos ſimiles leonibus facit, praedam captantibus. דִּמְיֹנוֹ כְּאַרְיֵה יִכְסוֹף לִטְרֹף *Similitudo ejus ſicut leonis, qui appetit diſcerpere.* Tam cupide et furenter a Saule ad necem expeti ſignificat, quam cupide et furenter praedam leo, fame ſtimulante, perſequitur. יִכְסֹף IARCHI interpretatur יחמוד, *deſideravit,* ut Geneſ. XXXI, 30. כִּי נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה, *quia deſiderando deſiderabas.* Convenit Arabum كسف vid. ALB. SCHULTENSIUM *ad Iob.* C. XIV. p. 358. Suffixum tertiae perſonae ſingularis in דִּמְיֹנוֹ Aben-Eſra ad כל אחד מהסובבים *unumquemque ex iis, qui eum perſequerentur,* vult pertinere, quaſi ſit ſingulare, diſtributive accipiendum. Sed KIMCHI ad Saulem reſtringit: לשון יחיד על שאול אמר. — וְכִכְפִיר יֹשֵׁב בְּמִסְתָּרִים *Et quaſi leunculi* eſt ſimilitudo ejus, *ſedentis in locis abſconditis,* qui caute ex inſidiis obſervat feras et homines praetereuntes, ut eos ſubito adoriatur, cf. X, 8. 9. Saulem non modo aperta vi agentem, ſed etiam occultis inſidiis perſequentem exhibet.

13. Dejici hoſtes ſuos orat: קוּמָה, *Surge,* להראות הכח *ad oſtendendam potentiam* tuam, ut Aben-Eſra ſubaudit. קַדְּמָה פָנָיו *Praeverte faciem ejus,* hoſtis mei; intercipe illum, כשיבוא לטרפני *cum me raptum venit,* Kimchio notante; rabidos ejus ac crudeles impetus antevertas, atque te coram ipſo, poſtquam ad opem meam ſurrexiſti, potentia tua ſiſtas, terreas, confundas. הַכְרִיעֵהוּ *Proſternas eum,* שלא יהיה בו כח להרע לי *ne ei poteſtas ſit, mihi nocendi.* KIMCHI. — פַּלְּטָה נַפְשִׁי מֵרָשָׁע חַרְבֶּךָ *Eripe animam meam*

ab

ab impio gladio tuo, potentia tua, hoftes omnes facileet penitus profternente, me falvum praefta. Ante nomen huius hemiftichii ultimum praefixum ב eft fubaudiendum, ut faepiffime, veluti Pf. II, 7. 12. Chaldaeus quoque בְּסַיְפָךְ, *per gladium tuum,* pofuit. Sed Hebraei interpretes tantum non omnes חַרְבֶּךָ ut epitheton רָשָׁע, *impii,* accipiunt hoc fenfu: *eripe me ab impio, qui eft gladius tuus,* (מרשע שהוא חרבך), quo poenas exercere foles; comparantque, ut fimilem locum, Iefai. X, 5., ubi Affyrius rex *virga furoris divini vocatur.* Mihi tamen prius concinnius videtur.

14. מִמְתִים־יָדְךָ *Ab hominibus,* fubaudiendum e Verfu praecedenti פַּלְּטָה נַפְשִׁי, *eripe me.* יָדְךָ Hebraei interpretes iterum pro epitheto habent, ut antea חַרְבֶּךָ. KIMCHI: פלטה נפשי ממתים שהם ידך ומכחך כמו שקראם חרבך קראם ידך *Eripe me ab hominibus, qui tibi vice manus funt, qua plagas infers,* quorum opera uteris ad caftigandos aut exercendos alios. *Quemadmodum hos antea gladium divinum vocaverat, ita nunc* manum divinam *appellat.* Ego tamen mallem et hic ante יָדְךָ praefixum ב fubaudire: *eripe me manu,* potentia, *tua, a viris;* hos enim nomine מְתִים fignificari, ex ufu linguae Aethiopicae conftat, quamvis primaria illius notio non fatis certa fit. Alii enim referunt ad radicem, apud Hebraeos inufitatam, מתה, quam ALB. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Iob.* p. 292. cum Arabico مَتَي comparat, 1) *extendit,* 2) *affinitatem et fodalitatem inivit cum aliquo,* quemadmodum et אֲנָשִׁים homines vocantur a *confuetudine* et *fodalitate.* Alii ad מות, *mori,* referunt, ut fignificet *mortales.* Ab hoc Verbo vero nomen noftrum non derivaffe Maforethas, indicio eft, quod non vocali longa, fed per Schva efferre jubent. Alias fententias recenfitas et dijudicatas vide in I. D. MICHAELIS *Supplemm.* p. 1575. — מִמְתִים מֵחֶלֶד *A viris unquam* (repetitur hoc nomen, Geiero obfervante, quia, cum generalius effet, reftringendum erat ad certam homi-

num fpeciem) *de mundo*, i. e. ut KIMCHI explicat, ממתים שהם מזה העולם שכל תאותם וחפצם בזה העולם *ab hominibus hujus vitae, quorum defiderium omne et voluptas in hac vita*, vitae deliciis addictis, quorum defideria praefens feculum non excedunt. חֶלֶד ab Arab. خلد, *manere, durare*, proprie eft *duratio*, hinc, de hominibus ufurpatum, *duratio vitae humanae*, ut Pf. XXXIX, 6. חֶלְדִּי *duratio mea eft ut nihilum coram te*; denique *mundus*, ut Pf. XLIX, 2. *Audite, omnes* יוֹשְׁבֵי חָלֶד *incolae mundi*, quia mundus, et res, quae in eo funt, certa duratione conftant. Particula מִן ante חֶלֶד hic Genitivo exprimendo infervit, ut Iob. VI, 25., ubi not. vid. — Subdit poeta eodem fenfu: חֶלְקָם בַּחַיִּים, fubaudiendum eft Pronomen אֲשֶׁר, *quorum portio in vita*, quod Aben-Efra exponit: שאלתם שיחיו שנים רבות, *longa vita frui cupiunt*. Aliis בַּחַיִּים pro בְּהַחַיִּים, *in hac vita*, cum ה demonftrativo pofitum videtur, ut cum KIMCHIO interpretandum fit: חלקם הוא בחיי העולם הזה כי לא יצפו לעולם הבא, *Portio eorum in hac vita, nec de futura cogitant.* וּצְפִינְךָ תְּמַלֵּא בִטְנָם *Et thefauro tuo adimples ventrem eorum*, כל טוב צפון שיש לך שתמלא בטנם בעולם הזה ויתענגו בו הם וישמחו *Omne bonum* eorum conftat in *opibus, quae tibi funt, quibus ventrem eorum in hac vita imples, et de quibus laetantur*, ut Aben-Efra interpretatur. Symmachus vertit: καὶ τῶν ἀποθέτων σου πληρώσεις τὰς γαστέρας αὐτῶν, quod FISCHERUS in *Specim. Clavis Verff. Graecarr.* p. 26. vertit: *abundantque victu*, f. funt divites et opulenti, hancque addit notam: „צָפוּן fignificat per fe quidem *omnia, quae folent recondi*. Sed quum hic addantur verba: תְּמַלֵּא בִטְנָם, quis non videt, intelligi tantummodo *cibum* et *potum*, uno verbo *victum?*" — יִשְׂבְּעוּ בָנִים *Saturantur filii*, ita divitiis abundant, ut neque ipfi neque liberi eorum aliqua premantur penuria, adeo ut וְהִנִּיחוּ יִתְרָם לְעוֹלְלֵיהֶם *etiam parvulis eorum* fcil. filiorum, i. e. nepotibus *refiduum*, quod ipfimet cum filiis, dum vivunt, abfumere nequeunt, *reponant*. — Mirum in mo-

modum in hoc Verſu interpretando diſcedunt veteres. 1) Alexandrinus: *ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου. κύριε ἀπολύων* [ſ. *ἀπὸ ὀλίγων*, quod in Codice Alexandrino atque in Aldina editione extat] *ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν, καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν. ἐχορτάσθησαν υἱῶν, καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.* Quod Vulgatus ſic reddit: *Ab inimicis manus tuae* (ſcil. *eripe animam meam*), *Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum, et de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum: ſaturati ſunt filiis, et dimiſerunt reliquias ſuas parvulis ſuis.* Cujus verſionis ſenſum AGELLIUS ita explicat: „Orat, ſeu praedicit potius, quae mala inimicos ſuos maneant, Saulem dico et ſuos perſecutores. *Domine*, inquit, diſperge illos, et *divide a paucis*, hoc eſt, a populo Iſrael, et ab hominibus, quos quia nimium afflixerant, ideo paucos et paene mortuos vocat, divide item eos de vita hac praeſenti, ac *de terra*; idque *in vita eorum*, dum adhuc, quod ad naturae curſum attinet, vivere poſſunt. Quod illis accidit, cum Saul et filii ejus a Philiſthaeis occiſi ſunt. Proxime ad hanc ſententiam interpretatus eſt Euſebius, ſeu quivis alius ille eſt: *Εἰ καὶ τῷ θανάτῳ τούτους παραπέμψαι σοι ῥάδιον, ὦ δέσποτα, ἀλλ' οὖν ἱκετεύω ζῶντας αὐτοὺς σκεδασθῆναι, καὶ τὴν κακὴν αὐτῶν συμφωνίαν διαλυθῆναι· Etſi morti hos tradere tibi facile eſt, o Domine, precor tamen, ut vivi diſſipentur, et perverſa illorum conſenſio diſpergatur.* Deinde orat pro iis hominibus, qui inter filios Iſrael juſti erant, ex quibus multi illum ſequebantur, ejusque partibus favebant, et eos *abſconditos Dei* vocat, quaſi ab eo protectos et defenſos. Et abſconditorum tuorum *venter impletus eſt;* bonis temporalibus, inquit, permitte ut abundent, et laete jucundeque vivant, Id autem infirmioribus animis optat, ut honeſtis virtutis et fidei ſuae praemiis etiam in hac vita fruantur. Neque ſolum orat abundantiam rerum temporalium illis contingere, verum etiam, quod illi

illi rudi adhuc populo erat in primis exoptabile, fecunditatem: *ſaturabuntur*, inquit, *filiis*. Praeterea, ut bona illa ſua, quorum fructum in vita percepiſſent, etiam filiis et nepotibus relinquant: *et dimittent reliquias ſuas parvulis ſuis.*" Senſum nonnihil diverſum FERRANDUS exprimit: „Eos, Domine, de numero hominum et de terra tolle, dum vitam ducunt felicem, quae vel hinc apparet, quod venter eorum eximiis tuis bonis repletus eſt, illique filiis abundant, et, quae gulae ac luxui ſuperfuerunt, morientes liberis ſuis relinquunt." Atque in nota praeter alia obſervat haec: „*Homines* cum Hebraeo textu appello, quos vocant *paucos* noſtri Senes [praeſert enim lectionem ἀπὸ ὀλίγων, quam in *ſeptem* codicibus manuſcriptis invenerat]; qui nomen hoc hominibus dediſſe videntur, aut quia pauco tempore vivunt, ut ait Iob, *breves dies hominis ſunt*, aut quia voce מתים *paucos* multis in locis, ut Geneſ. XXXIV, 30. Deut. IV, 27. Pſ. CIV, 12. ſignificare animadvertebant." Sed quum in aliis codicibus ἀπολύων extet, HENSLERUS id errore ſcribae poſitum cenſet pro ἀπὸ λαῶν, *ab hominibus*, qua ſignificatione λαοὶ etiam apud Heſiod. (ἔργα, Vs. 764.) occurrit. — 2) Syrus: ܘܡܢ ܡܝܬܐ ܕܡܝܬܝܢ ܡܢ ܐܝܕܝܟ ܡܪܝܐ ܘܡܢ ܡܝܬܐ ܕܚܦܝܪܐ ܦܠܓ ܐܢܘܢ ܒܚܝܐ ܘܣܝܡܬܟ ܡܠܝ ܟܪܣܗܘܢ ܢܣܒܥܘܢ ܒܢܝܐ ܘܢܫܒܩܘܢ ܫܪܟܢܗܘܢ ܠܒܢܝܗܘܢ *Et a mortuis* (libera animam meam), *qui moriuntur a manibus tuis, Domine, et a mortuis foveae* [חֲלֶד interpretatur *foveam* quia ܚܦܪ apud Syros ſignificat *ſuffodere*]; *divides eos in vita; et theſauris ſuis imple ventrem eorum; ſatientur filii, et relinquant reſiduum filiis ſuis.* — 3) Chaldaeus: וְצַדִּיקַיָּא דְּמָסְרִין נַפְשֵׁיהוֹן מְטוּלְתָךְ יְיָ לְמִיתוּתָא בְּאַרְעָא חוּלָקְהוֹן בְּחַיֵּי עָלְמָא וּמִשְּׁיוּתָךְ טָבָא יִתְמַלְיָן

יְחַמְלִין כְּרֵיסֵיהוֹן יִסְבְּעוּן בְּנִין וְישַׁבְקוּן שְׁיָרֵיהוֹן לְטַלְיֵיהוֹן *Iuſtorum vero, qui vitam ſuam propter te, Iova, morti tradunt in terra, pars erit in vita futura; reconditis bonis tuis venter eorum replebitur; ſaturabuntur filii, et relinquent reſiduum ſuum parvulis eorum.*

15. Illis hominibus, omnibus vitae deliciis affluentibus, nunc ſe opponit, et eorum felicitati ſuam praefert. אֲנִי בְּצֶדֶק אֶחֱזֶה פָנֶיךָ *Ego in juſtitia*, i. e. juſtus, *videbo faciem tuam.* אֲנִי בְּצֶדֶק „*Ego in juſtitia*, h. e. ego juſtus, innocens ratione hujus perſecutionis et calumniarum, ab his fortunatis hoſtibus adverſus me vibratarum. Ita Vs. 1. dixerat, *audi juſtitiam etc.* Sic abſtractum cum praefixo ב ponitur pro concreto vel adjectivo, ut *conſiliarius* בְּשֵׂכֶל *in intelligentia*, i. e. intelligens 1 Paral. XXVI, 14.; *vox Domini* בֶּהָדָר *in vehementia*, i. e. vehemens, Pſ. XXIX, 14.“ GEIER. Sed in ſenſu horum verborum conſtituendo interpretes discrepant. Plerique conceptam a poeta ſpem futurae poſt mortem vitae expreſſam putant, KIMCHIO praeeunte, cujus haec ſunt verba: אמר דוד הרשעים אין להם חפץ בעולם הבא אבל אני מצפה לחזות בצדק פניך לעולם הבא בצדק שעשה בעולם הזה לא לאכול והתענג כמוהם *Ait Davides: improbos in futura vita nulla manet felicitas; ego vero non, ut illi, lautam vitam et delicias cupio, ſed faciem tuam ſpero conſpicere propter rectam, quam egi, vitam.* Cui interpretationi HENSLERUS quidem opponit, tantum abeſſe Davidem, ut praeſentis vitae felicitatem negligat, ut potius Iovam oret, velit hoſtium ſuorum potentiam infringere (Vs. 8. 13.), ipſumque ab eorum vexationibus defendere. Quare *divinam faciem conſpicere* hic *apud Iovam in gratia eſſe*, propitium habere Iovam, ſignificare Henslerus putat, ſicut enim *faciem ab aliquo avertere*, irato in eum animo eſſe, ita *faciem ſuam alicui conſpiciendam praebere*, ad aliquem convertere, ei favere denotare. Cf. Pſ. IV, 7. XIII, 2. XXXI, 17. Sed iis locis *Deus hominem*, non vero,

ut

ut hic, *homo Deum adfpicere* dicitur. Praeterea ex Hensleri interpretatione, quod hic de fe dicit vates non fatis oppofitum erit iis, quae antea dixit de hominibus, qui omnem fuam curam fugaci huic vitae impendunt. Alii de vifitatione facrorum, five tabernaculi haec verba intelligenda arbitrantur ut Pf. XLII, 3. *Quando ingrediar* tabernaculum, וְאֵרָאֶה פְּנֵי אֱלֹהִים *et confpiciar coram facie ejus?* Sic Exod. XXXIV, 24. לֵרָאוֹת אֶת־פְּנֵי יְהוָה *confpici coram facie Dei* in tribus feftis, fignificat ad tabernaculum facrum comparere, item Deut. XVI, 16. XXXI, 11. Cf. Exod. XXIII, 17. 1 Sam. I, 22. al. Ut itaque horum verborum hic fit fenfus: ego non levia illa praemia concupifco, fed ut ad tabernaculum tuum, a quo nunc exul amotus fum, redire liceat, et facrificia mecum afferre, quae tibi pro falute mea, a maximis periculis, tua ope, liberatus, offeram. Cui interpretationi tamen, vere monente de Wettio, hoc obftat, quod diverfae funt phrafes לֵרָאוֹת אֶת־פְּנֵי יְהוָה et חֲזוֹת אֶת־פְּנֵי יְהוָה, quae pofterior hic ufurpata fignificat *adfpicere faciem Iovae.* Id vero quum nulli mortalium in hac vita conceffum fit; fequitur, haec verba de adfpectu Dei in vita futura intelligenda effe, eo, quem Kimchi expreffit fenfu (vid. fupra), quem etiam commendant, quae fubjunguntur: אֶשְׂבְּעָה בְהָקִיץ תְּמוּנָתֶךָ *fatiabor in evigilando imagine tua,* quae quidem vix aliter, quam de fpe quae vatem tenuit de beata Iovae vifione in futura vita poftquam a fomno mortis expergefactus fuerit, intelligi poffunt. תְּמוּנָתֶךָ convenit cum פָּנֶיךָ, ut Num. XII, 8. *ore ad os loquar ei,* וּתְמֻנַת יְהוָה יַבִּיט *et imaginem,* fpeciem *Domini intuebitur.* Verbum הָקִיץ de evigilando a fomno mortis in futura refurrectione ufurpatur et Dan. XII, 2. Jef. XXVI, 19. Jerem. LI, 39. 57. Qui hemiftichium prius de laetitia e cultu religiofo percipienda interpretantur, eodem fenfu et hoc pofterius capiunt. Atque de בְּהָקִיץ quidem RUDINGERUS haec obfervat: „hoc aliquando fic

c fecimus: *quando de fomno perturbationis hujus evigilwero* [ita etiam VATABLUS: „*evigilandi* verbum tanamdem valet, ac *refpirare a triftitia;* fieri enim non poait, quin poft longam fatigationem fopitus jaceret; quam erturbationem fopori comparat"]; quod durius videtur: enius fuerit, magisque confentaneum, *evigilare* interprelari *exfurgere* fimpliciter, cum non nifi expergefacti furere poffint, ut fit *evigilare* exfurgere μεταληπτικῶς, q. . et liberatus e praefentibus miferiis meis, et his fuperatis" *fatiabor imagine tua*, fummam voluptatem perciiam, cum in tabernaculo facro gratias tibi agam. Quem enfum ita expreffit FERRANDUS: „Ego autem, ubi illos ex numero viventium exturbaveris, templum tuum ie adibo; et gaudio complebor, quum arcae tuae videnlae copia mihi facta fuerit." Quae tamen interpretatio b ea, quae ad prius hemiftichium monuimus, vix admitenda fuerit. Syrus ultima verba ita vertit: *fatiabor*, ܐܣܒܥ ܕܐܬܬܥܝܪܬ ܗܝܡܢܘܬܟ *cum evigilaverit fideitas tua;* quibus DATHIUS hanc addit notam: „Non dubito, quin Syrus idem vocabulum, quo utitur, etiam in extu hebraeo legerit, nempe אֱמוּנָתְךָ loco תְּמוּנָתֶךָ. Noftri nterpretis lectioni favet ejus facilitas et membrorum parallelismus. Diverfa ab hac eft lectio Theodotionis: ἐν τῷ ὀφθῆναι τὴν δεξιάν σου, quae et ipfa quoad literas non longe recedit a textu hebraeo, atque etiam commolam admittit explicationem, non comparanda tamen quoad utrumque cum lectione Syri. Non fatis certum videtur, quid οἱ ό legerint: ἐν τῷ ὀφθῆναι τὴν δόξάν σου, quos Vulgatus fequitur [Videntur תְּמוּנָתֶךָ eadem cum פָּנֶיךָ ignificatione accepiffe, atque הָקִיץ, *evigilare*, exfurgere, apparere, confpicuum fieri interpretati effe]. Receptam vero lectionem clare indicant Aquila, ἐν τῷ ἐξυπνιασθῆναι ὁμοιώσεώς σου, et Symmachus: ἐξυπνιασθεὶς τῆς ὁμοιώσεώς σου, nec non Chaldaeus, qui praeterea verbo הָקִיץ fuf-

ſuffixum primae perſonae addit, quo totius ſententiae hunc ſenſum facit, qui plerumque ei ineſſe putatur, quamquam hoc ſuffixum neque in textu hebraeo legitur, neque reliquis interpretibus lectum ſuit: *Satiabon tempore, quo evigilavero, de gloria vultus tui* [אשבע בעדן דאתער מן איקר פרצופך; ego tamen ſuffixum perſpicuitatis ergo in verſione ab eo expreſſum puto, quemadmodum et nos facimus]. Ex quo ſonte fluxit ſine dubio Hieronymi verſio: *cum evigilavero ſimilitudine tua.*"

PSAL-

PSALMVS OCTAVUS DECIMVS.

ARGVMENTVM.

Magnificum euchariſticon, quod poeta orditur celebratione numinis, cujus auxilium et inſignem opem tam ſaepe fuerit expertus. Sua igitur pericula et hoſtium ingentem vim poetice deſcribit, et depingit potius; moxque ſuam liberationem ac vehementem praepotentis Dei in hoſtibus evertendis iram eo ſcribendi genere, et iis figuris amplificat, ut paene adhuc inter legendum coelum ipſum et terram Dei fulminantis ictibus conquaſſari ac prope incendio ardere videamus. Poſtea victorias, quas de hoſtibus reportavit, ita deſcribit, ut qui legit, illas ſub oculis habere ſe putet. Regni quoque mirum in modum prolatos terminos praedicat. Tandem laeta cum acclamatione Iovam celebrat, quem peculiarem ſui curam gerere agnoſcit.

Inſcriptio prodit, ceciniſſe Davidem hunc hymnum, poſtquam ab omnibus hoſtibus, a Saule inprimis, liberatus eſſet. Quae Saulis diſerta mentio FERRANDO totius hujus inſcriptionis fidem

ſidem ſuſpectam reddit. „Totus, inquit, Pſalmus pugnam cum inimicis commiſſam et ſumma contentione pugnatam ſpirat: ſed talem cum Saule pugnam numquam inivit David, qui fuga, non armis, ſaluti ſuae conſulebat; igitur diſerta Saulis mentio a Pſalmi textu abhorret. Ad haec Verſus 49. et 50. proelium, quod in Pſalmo deſcribitur, cum Ethnicis tantum aut ſaltem potiſſimum commiſſum fuiſſe demonſtrant.“ Quod tamen quam leve ſit, quisquam intelliget ipſe, quum inſcriptio *exteros hoſtes* minime ab hujus carminis argumento excludat; dicit enim: „poſtquam ab *omnibus* hoſtibus liberatus eſſet Davides.“ Saulis vero, ut hoſtis omnium acerrimi, diſerte mentionem facit[1]), cujus vexationes etiam priores carminis Verſus (3—6) reſpiciunt. Aben-Eſra hunc hymnum a Davide cantatum eſſe autumat poſt proelium cum Philiſthaeis commiſſum, de quo 2 Sam. XXI, 15—18. refertur, cum poſt periculum tum exantlatum milites ejus juraſſent, non paſſuros ſe illum deinceps cum hoſte manum conſerere[2]), quod parum

1) Recte IARCHI: הלא שאול בכלל היה אלא לפי שהיה קשה אליו ורודפו יותר מכלם כיוצא בדבר אתה אומר וראו את־הארץ ואת־יריחו *Nonne Saul comprehenditur, cum omnium Davidis inimicorum mentio fiat? Ita ſane: ſed diſerte nominatur, quod acerrimus Davidis hoſtis fuit; eumque magis quam ceteri omnes vexabat. Eodem modo et* Ioſ. II, 1. *dicitur: „Inſpicite,* explorate, *terram, inprimis Hierichuntem.“*

2) Verba ejus ſunt: ואת השירה חברה בהשבע אנשיו שלא יבא עמהם עוד למלחמה.

parum abſuiſſet, quin interficeretur ab hoſtibus. Ad quam ſententiam ille haud dubie delatus eſt eo, quod in Samuelis libro hic Pſalmus hiſtoriam eam proxime ſequeretur. Mihi tamen omnia optime congruere videntur, ſi, ſimplicem inſcriptionis ſenſum ſequuti, carmen a Davide editum ſtatuamus ſerioribus vitae annis, quum domi bellique potens, hoſtibus circumquaque devictis, et regno conſtituto, in altiſſima pace degeret [3]). Eandem RUDINGERI eſſe ſententiam video, cujus verba ipſa apponere lubet: „Hic Pſalmus in libro Samuelis ultimis verbis Davidis proxime praemittitur, ut veriſimile ſit, non hac tantum de cauſſa, ſed de multis etiam aliis, a Davide ſene, cum jam in pace diu regnaret, et ſub ultimos annos vitae ejus, decantatum fuiſſe, ut, ſicut ſub initia parti regni Iſraelitici, ſublato Isboſetho, et Philiſthaeis turbantibus, Pſalmi alii; ita hunc ſub extrema tempora vitae, parta jam pace undique, et ſuperatis hoſtibus univerſis, tam Saule, quam ceteris, qui tempora hujus ſequuti fuerunt, Ammonitis inprimis, ceciniſſe videatur, tanquam cycnaeam cantionem,

3) IARCHI: בשהזקין וכבר עברו עליו כל צרותיו ונצול מהם *Quum conſenuiſſet Davides, et transiiſſent ſuper ipſum omnes ejus afflictiones, et ex iis ereptus eſſet.* Conſentit KIMCHI: זאת השירה חיברה בסוף ימיו כשהניח יי׳ לו מכל אויביו *Compoſuit hoc carmen extremis vitae ſuae annis, quum ab omnibus hoſtibus Iova quietem ei conceſſiſſet.*

nem, qua hanc celebrationem et has gratias Deo canit pro univerſis victoriis, quas in tota vita ſua ei Deus contulit plurimas et gloriofiſſimas; ſicut et Hebraea inſcriptio docet, in qua peculiariter ſit, etiam apud Samuelem, Saulis mentio, ſimplici et incurioſa inſcriptione, quae et an Samuelis ſit, dubito, et fortaſſis non quod illis temporibus Saulicis factus ſit hic Pſalmus, ſed quod inter graviſſimos hoſtes ejus Saul fuerit, et qui maxime, diutiſſime certe omnium, exercuerit Davidem, quippe cum ne tempore quidem Abſalonico omne odium tribus Benjaminicae in Davidem exoleverit [4]).“

Legitur

4) Quaerit tamen DATHIUS compoſueritne Davides hoc carmen, poſtquam Saulis familia jam deleta et gentes vicinae omnes ſubactae eſſent, ſed antequam peccatum iſtud cum Bathſeba commiſiſſet, atque illud ſubſecutam domus ſuae calamitatem expertus eſſet? an vero poſtquam haec quoque omnia ſuperaſſet et a Nathane promiſſonem de regni ſui perpetuitate accepiſſet. Etſi Dathio videtur, favere huic ſententiae ultimum carminis Verſum, tamen priorem praeferendam putat, tum, quod parum probabile ſit, animum Davidis gratum erga divina beneficia laudes Dei tam diu ſecum continuiſſe, neque palam ea, uti dignum erat, praedicaſſe; tum, quod de innocentia ſua morumque puritate multa loquitur, a quibus haud dubie abstinuiſſet, ſi priorem illam vitae ſuae integritatem peccato illo cum Bathſeba commiſſo jam contaminaſſet. Parum tamen ponderis ineſſe his rationibus, recte obſervat Auctor anonymus Symbolarum ad hiſtoricam V. T. interpretationem, vernacule ſcriptarum, qui multus eſt in vindicanda ſententia priori, et praeter alia Dathio haec opponit (p. 116.): *Ich frage, war es nicht anfänglich der Klugheit gemäſs,*

* Legitur hoc ipſum carmen noſtrum et ſub finem ſecundi Samuelis libri (Cap. XXII.), ſed verbis, imo ſententiis, discrepantibus haud paucis. Cujus diverſitatis cauſam HAMMONDUS [5]), CLERICUS [6]), KENNICOTT [7]), alii, quaerunt ſola in librariorum oſcitantia. Sed plura huic ſententiae oppoſuit J. I. SCHULTENSIUS [8]). Primum

1)

müſs, die dankbare Freude des Herzens zu verbergen? Verfertigte nicht David ſogar ein Trauergedicht auf den gebliebenen König? — Hat er nicht die Hülfe und Rettung Gottes in andern Pſalmen beſungen? — Meynt denn David, wenn er von ſeiner Unſchuld, Frömmigkeit und Tugend redet, eine ganz vollkommne, ganz reine und untadelhafte? etc. In ipſis regni ſui initiis, quum, innumeris malis hoſtiumque vexationibus feliciter exantlatis, tandem regium ſolium conſcenderet, Davidem hoc carmen edidiſſe, veriſimile eſt PAULO, in *Clavi* ad Pſ. Et ante Hieroſolyma quidem expugnata eſſe compoſitum, colligit ex eo, quod *ſacri montis* (הר קודש) in hoc carmine mentio non fiat.

5) In *Commentar. ad Hebr. VIII,* 9.: „Omnes libros, de manu in manum transſcriptos, obnoxios eſſe nonnullis levioris momenti mutationibus, non infrequens eſt; imo certum eſt, ex comparatione 2 Reg. XX, 12. et Ieſai. XXXIX, 1. ejusmodi peccata ſuiſſe admiſſa. — — Pſalmus XVIII. identidem, qui a Davide procul dubio ſcriptus fuit certa quadam, nec duplici, forma, minime totitem verbis et literis extat 2 Sam. XXII, quod ſolis librariis tribuendum eſt. Neque labor, a Maſoretis exantlatus, isque diu, poſtquam hae mutationes irrepſerant, contra illas tutamen vel ſepem potuit exſtruere."

6) In *Commentar. ad 2 Sam. XXII.* ſub fin.

7) In *Diſſertatione ſecunda ſuper ratione textus Hebraei,* p. 549. ſeqq. verſ. lat.

8) In Diſſertat. altera *de utilitate dialectorum Orientalium*

1) quidem illarum *varietatum multitudinem et copiam.* „Ullamne, inquit, habet ſpeciem, breviſſimum carmen eodem in codice repetitum ſocordi exſcriptorum ſupinitate tot tamque inſignes ſubiiſſe variationes? — Finge quaeſo Pindarium vel Horatianum melos vicenis tricenis in locis inſigniter variatum in eodem codice iterari, nonne omnes eruditi cujusvis alterius potius, quam librariorum manui hoc deberi contenderent?“ Deinde 2) conſpirantem *codicum et verſionum concentum.* Licet vero Schultenſius ipſe agnoſcat, ſoli *codicum* conſenſui tantum tribuendum non eſſe, quum obverti poſſit, hodiernos codices non ſatis vetuſtos eſſe ad genuinam illarum varietatum antiquitatem pervincendam, quippe qui omnes ex *Maſorethico exemplari* promanaverint; tamen quum plurimae atque notabiliores differentiae verſionum antiquarum, Alexandrinae etiam, auctoritate confirmentur, utriusque exemplaris diverſitatem ultra Maſorethicum textum exſurgere, concludit. Tum 3) *naturam et indolem mutationum.* „Primum a) non leves modo et unius litterulae vel punctuli adjectione demtioneve exortae differitates hic

lium ad tuendam integritatem Codicis Hebraei, Lugd. Batav. 1742., inſerta etiam *Sylloges Diſſertatt. ſub praeſidio* A. Schultens, I. I. Schultens et N. G. Schroederi *defenſar.* Parti I. p. 397. ſeqq.

hic confpiciuntur, fed et ejusmodi, quae nimium quantum discrepant. Animadvertantur modo hae differentiae:

Pfalm. XVII.	Vs.	2 Sam. XXIII.
מיד *e manu*	1	מכף *e vola*
חבלי *tormenta*	5	משברי *fluctus fracti*
אשוע *vociferabor*	7	אקרא *clamabo*
הרים *montium*	8	השמים *coelorum*
זולתי *exceptione mei*	33	מבלעדי *non acceffione mei*
המאזרני *accingens me*	33	מעוזי *roborans me*
וידבר *et deducit*	48	ומוריד *et dejiciens*
מפלטי *liberator meus*	49	ומוציאי *et eductor meus*

Deinde b) animadvertitur, *conftantem* fere et *aequalem mutandi tenorem* obfervatum effe. Utramque exemplar conferenti offeret fe ftatim faepius inducta in alterum (quod 2 Sam. XXII. extat) unius vocis repetitio, ut Vs. 1. מכף מכף, Vs. 7. אקרא אקרא, Vs. 32. מבלעדי מבלעדי, Vs. 21. 25. כצדקתי כצדקתי, Vs. 37. 40. 48. תחתני. Contractae dein formae ibidem crebrius adhibitae: Vs. 6. סבני, 40. תזרני, 27. התבר, 4. מאיבי, 46. ממסגרותם, 49. מקמי. — Pariter *formae paragogicae* pro fimplicibus, Vs. 24. 38. 50. *Copula* etiam frequentius *omiffa*, Vs. 5. 8. 14. 15. 16. 30. — *Puncta* denique ad eandem legem immutata, Vs. 1. 5. 6. 19. 44. 47. ac. 6. 16. 31. 35. 38. 48.“ Tertium c) adhuc pro discrepantiae hujus genuitate argumentum ex varietatum illarum natura indole affert Schultenfius. „Solenni, inquit, argumento ex litterarum ductu et adfinitate liben-

ter hic Critici utuntur, ut magnam discrepantiae partem e *diversis codicibus* et scribentium festinatione et incuria manasse demonstrent. Sic Versu 12. חשרת־מים ex חשכת מים; Versu 46. יחגרו transpositis litteris ex יחרגו exorta esse non dubitant. Sic etiam Vs. 11 וירא, *et visus est super alas venti* apud *Samuelem*, ex וידא, *et volavit*, quod est in Psalmo, litteris ר et ד permutatis, quemadmodum vicissim in *Samuele* Vs. 43., ארקם, *comminuam eos*, pro אריקם, *evacuabo eos*, ut habet *Psalmus*. In his *necesse esse alterutris versibus litteras* ד *in* ר, *aut e contra fuisse permutatas, quandoquidem est idem canticum, et iisdem verbis constare debet*, pronuntiare non dubitavit STEPH. MORINUS de *lingua primaeva*, III. XIV. p. 441. Et passim Cappellus, Clericus, Hare, alii, hanc litterarum adfinitatem ingeminant. Ego vero, si consideratius expendatur, eam pro intemerata harum sinceritate satis validam rationem adferre pertendo. Etenim si in *diversis codicibus* hujusmodi varietas observaretur, difficilius forte cupidiori Critico probarem, alias eam caussas praeferre, quam descriptorum oscitationem. Nunc vero quum in *eodem volumine* idem carmen iteretur, mihi quidem fieri fere non potuisse videtur, ut frequentes adeo, atque eae quidem tam leves, in utrumque, vel in alterutrum irreperent mendae. Quid enim? num ignorare potuerunt codicis nostri

noſtri exſcriptores, idem canticum diverſo in loco recurrere? an vero adeo fuerunt negligentes, ut differentiam inter utrumque non animadverterent, atque adeo ſi quid incurioſius ſcriptum deprendiſſent, neutrum ex altero reſtituerent et emendarent? Quod quum factum non ſit, jure merito colligitur, etiam has ipſas lectiones, etſi magnam adeo errorum ſuſpicionem injiciunt, tamen majora adhuc integritatis indicia prae ſe ferre.“ Denique d) in exemplarium altero (in Samuelis libro) nullam paene alicujus momenti diverſitatem reperiri exiſtimat SCHULTENSIUS, „quin vel majorem vim et ſignificantiam, vel ſubtiliorem quandam venuſtatem, vel ſplendidiorem figurationem, vel florentiorem ſtili gratiam praeſeferat.“ Ex quibus omnibus colligit, carmen hoc denuo ſub ſtilo eſſe revocatum, atque a *Davide* quidem ipſo; quae jam ABARBENELIS erat ſententia, qui illud, quod in Samuelis libro legitur, exemplar, *prius*, hoc vero, quod in Pſalmis exſtat, *poſterius* eſſe ſtatuit [9]). In quo tamen ab Abarbenele Schultenſius diſcedit, quippe qui in Sa-

9) Is poſtquam in *Commentar. ad 2 Sam. XXII, 2.* (fol. 175. col. 1. ed. Lipſ. 1686. fol.) obſervaſſet, praemitti in Pſalmis integrum verſiculum, אֶרְחָמְךָ יְהוָה חִזְקִי, ejus varietatis cauſſam reddit hanc: שכאן שהיתה השירה שבח והודאה על תשועת דוד שעברו עליו התחיל ויאמר ה׳ כלעי וגו׳ כי זה היה התחלת השי״ה אבל בספר תהילים שסדר המזמור לכל מתבודד שיבקש רחמים ויתחנן לפני המקום לא לבד לתת הודאה על מה שעבר סדור כי אם לבקש רחמים על העתיד הנצרך

Samuelis libro *poſteriorem* editionem, utpote elegantiorem, et politiorem, exhiberi arbitratur, quod ex ipſa variatione illuſtrat. Sed Abarbenelis ſententiam tuetur VENEMA, *primum*, quod noſter Pſalmus ſit uberior, et additamentis auctus, quae in nova editione non fuiſſent ablata; *tum* quod fuerit hic Pſalmus ſacro cultui in templo dicatus, ut inſcriptio docet, adeoque non prior, ſed poſterior, et reviſus, quippe ſacris aptatus; *denique* quod hic ſit altero planior, et hic illic facilior. Eadem DOEDERLEINII eſt ſententia: „Regis quidem res geſtas deſcripſerunt hiſtorici Judaeorum vel prophetae, coaevi rebus

הוצרך להקדים שם ארחמך השם חזקי ר״ל אבקש רחמים ממך ה׳ חזקי כי בזה יבקש המתבודד רחמים ועזר האלקי בכל עניניו *Quia hic* (in Samuele) *carmen hoc eſt hymnus laudis et gratiarum actionis pro auxilio divino ſaepius ipſi lato; ideo incipit:* Dominus petra mea; *hoc enim tunc verum fuit carminis initium. Sed cum in libro Pſalmorum hoc carmen ordinaſſet in uſum privatum omnium eorum, qui miſericordiam divinam implorant, et ei deprecantur, non ſolum ut Deo gratias agant pro eo quod Davidi contigit, ſed etiam ut petant miſericordiam pro futuro, idcirco neceſſe fuit, ut praemitteret ibi verſum illum, cujus ſenſus eſt: Peto miſericordiam a te, Domine, fortitudo mea. His enim verbis orans privatus aliquis implorat miſericordiam et auxilium divinum in omnibus rebus ſuis.* — Cum Abarbenele in rei ſumma conſentit auctor diſſertationis, quae inſcripta eſt: חלוף והסכמת המקרא שבין תלים י״ח ובין שמואל ב׳ כ״ב *De discrepantia et conſenſu Pſalmi XIIX. et 2 Sam. XXII. Diſſertatio philologica, quam Praeſide* IO. CHR. HEBENSTREIT — *defendet* IO. GODOFR. HIRSCHIUS Lipſ. 1736. 4.

rebus geſtis, ideoque primam hymni editionem poſt devictum Saulum, propheta neſcio quis, hiſtoriae Davidis inſerere haud dubitavit ob carminis gravitatem et elegantiam: alteram autem vates carminum ſuorum corpore noluit exulare (necdum enim tum in canonem relatae videntur vel hiſtoriae, vel hymni); at perpoliens ſubinde, melioremque in formam, pro more eruditi ſcriptoris, retractans antiquum carmen vates immutavit quaedam, vel elegantiae cauſa et puritatis, vel ob perſpicuitatem, vel denique propter aptitudinem ad uſum publicum. Itaque nec in mendorum rationem omnes diverſitates conſendae, neque vocum differentium conformatio ſolicitanda nimis videtur. Utrumque enim exemplum genuinum, probum, elegans, ſublime; alterum antiquius, limatius alterum atque caſtigatius editum [10]."

Ego

10) Eadem I. A. STARKII eſt ſententia, in *Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carminum Libris V.*, Vol. I., p. 346.: „Niſi me omnia vehementer fallunt, ille, qui Pſalmorum volumini inſertus hymnus eſt, emendatius exemplar ſiſtit; quae utrum ab ipſo Davide profecta ſit emendatio, an ab eo, qui carmina Davidica collegit, dubium eſt. Qualem autem nobis hunc Pſalmum exhibet auctor librorum Samuelis, hoc primum exemplar eſſe videtur, a poſteriori poetae manu nondum emendatum et politum. Tamen conſentientibus antiquis non negaverim, Pſalmum decimum octavum ex loco parallello, ubi laborat lectio, ſanari poſſe." Nec diverſus eſt GERH. BENTH. REDDINGIUS in *Obſervatt. Philologico-Critt. de Pſalmis bis editt.*, Franequ. 1795. p. 24. et Auctor *Symbolar. ad hiſtoric. V. T. interpretat.* p. 123. ſeq.

Ego vero, cur *Davidem* earum, quae inter utrumqe exemplar deprehenduntur, varietatum, auctorem cenſeamus, rationem idoneam prorſus video nullam. Quae enim Schultenſius affert ad convellendam eorum ſententiam, qui discrepantiae illius cauſam librariorum oſcitantiae tribuunt, hoc tantum probant, extitiſſe jam vetuſtiſſimis temporibus, longe antea, quam ii libri, qui nunc Veteris Teſtamenti nomine comprehenduntur, in unum corpus eſſent redacti, duplex noſtri carminis exemplar. Utriusque vero apographi varietates quum vel in vocibus aequipollentibus, vel in literis figura ſimilibus inter ſe permutatis, vel in earundem vocum formis duntaxat diverſis vel denique in uno alterove vocabulo aut verſiculo ſive addito, ſive omiſſo, ſint poſitae; ejusmodi eas cunctas eſſe apparet, ut antiquiſſimis carminis Davidici exſcriptoribus originem debere, veriſimillime ſit, a quibus certe accurata illa et anxia in deſcribendo diligentia exſpectanda non erat, qua poſteriores duplicis, quod circumferebatur, exempli differitates ſervare ſtuduerunt. Iſtius generis diverſitates in omnibus omnino monumentis ſcriptis, praeſertim priſcis, quorum plura ſuperſunt exempla, deprehendere neceſſe eſt, quae rariſſime ab auctoribus ipſis proficiſcuntur [11]). Ac noſtri

11) Sic in *Ibn Doreidiani* Poematii (primo ab EBERH. SCHEIDIO, Harderov. 1768. arabice ſolum, poſtea ab AGG. HAITSMA cum largo Commentario Franequ.

noſtri carminis ſi tertium extaret exemplar, ſane et huic ſuas fore varietates, nulla poteſt eſſe dubitatio.

nequ. 1773. denique etiam ab EBERH. SCHEIDIO, cum verſione et animadverſſ. Harderov. 1786. editi), quibusdam codicibus, *octo* integri verſiculi hic illic inſerti leguntur, qui in aliis codicibus deficiunt, quorum nonnullos certe ſpurios eſſe, et additos a ſeriore manu, ſatis verſimile fecit Scheidius pag. 70. 71. Animadverſſ. Taceo alias, minoris momenti varietates, partim ex vocabulorum aequipollentium, partim ex punctorum diacriticorum permutatione ortas, quas ex tribus carminis illius codicibus manuſcriptis collectas Haitsma textui Arabico a ſe edito p. 154 — 160. addidit, hac tamen ſubjuncta obſervatione: „Facile *Philarabibus*, ſi attenderint cum ad exiguam in Variantibus lectionibus diſſeritatem, tum ad vocum, *quae magis disſonant*, ac *in ſignificatione disſentiunt*, collationem, patebit, non adeo, ſi rite perpendantur, disſenſum reperiri quoad ſenſum vel mentem Autoris." Et in *Praefatione* pag. XXIII. „Eſt ſane mirandum, in Poëmatio 240. Verſuum plusquam 150. *Variantes* reperiri Lectiones, idque ex tribus tantum exemplis Manuſcriptis, adeo ut vix dubium ſuperſit, quin ſi plura exempla Mſs. conſerantur, numerus earum augmentum adciperet. Hoc ne ex ſuſpicione levi vel conjectura probabili ſit poſitum a nobis, juvat documento inſigni comprobaſſe. Verſus 34. Ibn Doreidi ab *Elmacino* Hiſt. Sarac. L. I. pag. 66. [ed. Erpen.] citatus, hoc modo impreſſus legitur:

وابن الاشعب الغبيل فان نغسه
الي الردا حدار سبات العربي

Filium Aſſabi juvit ſe interfeciſſe in veſte metu opprobrii nuditatis. In noſtro vero Cod. Mſto. et duobus collatis extat ut dedimus:

وابن الاشحّ الغبيل ساف نغسه
الي الردي حذار اشبات العدى

Aſſa-

tatio. Quae vero nobis hodie ſuperſunt, duo apographa, ex ſe invicem, ad ſanioris critices leges, emendari poſſe videntur.

Reſtat, ut carmen ipſum ſubjunctis varietatibus alterius exempli, quod 2 Sam. XXII. extat,

Aſſachides, princeps, animam ſuam impulit in mortem prae metu inſultationis hoſtium. Si reſpexeris ad collationem horum, modo tres voces ſunt ſimiles, ابن, الى et نفسه, reliquae diſſimiles, partim ex *Erratis Typographicis,* partim ex variante in exemplo Mſto, quo uſus fuit Erpenius, per *librarios* lectione." Quam varietatem dehinc pluribus illuſtrat Haitsma. Cauſam vero et originem tot variantium lectionum in uno carmine recte quaerit partim in *oſcitantia librariorum,* qui literas figura affines, inter ſe confuderunt, partim in *Critica docta* eorum, qui circa codices manuſcriptos verſati fuerunt, eosque curarunt, ut emacularentur, et nitidi eſſent; qui, cum quae ipſis mendoſa viderentur, vel in textu ipſo corrigerent, vel ad marginem, vel denique alio loco, fieri non aliter potuit, quin in ſubſequentibus transſcriptionibus in textum inducerentur. Subdit tamen Haitsma etiam poſt hasce obſervationes (p. XXIX.): „ex omnibus iſtis variantibus Lectionibus, ſi expendantur, nihil vel parum ſenſum textus turbari, cum vel in minimis haereant, vel voces, haud multum ſuis ſignificatibus ab iis, quae in textu, diverſas ſiſtant. Ita Vs. 24. pro شكا *queſtus fuit,* in aliis codicibus legitur اشتكى, in Conjug. VIII., ſed non diverſa ſignificatione. Vs. 76. pro القرى, *dorſum* in al. الابطا ejusdem ſignificatus. Vs. 131. pro حادي, *agaſo,* in al. رعي, *paſtor,* quod ſenſum mutat. Eadem eſt ratio earum lectionum variantium, quas in Zoheiri Carmine obſervatas, textui Lipſiae 1792. a nobis edito ſubjunximus, et omnium omnio carminum Arabicorum, quorum plura extant apographa.

tat, apponamus, eodem conſilio eademque ratione, ut ſupra (p. 334.) in Pſalmo *quarto decimo* fecimus [12]).

---

1 לַמְנַצֵּחַ לְעֶבֶד יְהוָה לְדָוִד אֲשֶׁר דִּבֶּר a) לַיהוָה
אֶת־דִּבְרֵי הַשִּׁירָה הַזֹּאת בְּיוֹם הִצִּיל יְהוָה
אוֹתוֹ מִכַּף כָּל־אֹיְבָיו וּמִיַּד b) שָׁאוּל

---

2 וַיֹּאמַר אֶרְחָמְךָ יְהוָה חִזְקִי c) :
3 יְהוָה סַלְעִי וּמְצוּדָתִי d) וּמְפַלְטִי e)
אֵלִי f) צוּרִי אֶחֱסֶה־בּוֹ
מָגִנִּי וְקֶרֶן יִשְׁעִי מִשְׂגַּבִּי †) :
4 מְהֻלָּל

VARIANS LECTIO 2 SAM. XXII.

a) וַיְדַבֵּר דָּוִד	e) וּמְפַלְטִי־לִי
b) וּמִכַּף	f) אֱלֹהֵי
c) Integrus verſiculus abeſt.	†) Additur: וּמְנוּסִי מֹשִׁעִי
d) וּמְצֻדָתִי, per *Kibbutz.*	מֵחָמָס תֹּשִׁעֵנִי

12) Carmen noſtrum in verſus *acatalecticos* diviſum, novisque punctis vocalibus inſtructum, additis notis criticis, una cum verſione latina, exhibuit E. I. GREVE in *Tractatu de numeris Hebraeorum poeticis*, qui inſertus eſt *Ultimis Capitibus libri Iobi ab ipſo ad Graec. Verſ. recenſitis et notis inſtructt.* P. II. p. 207 — 215. Extat etiam I. G. VOGELII *Obſervationum criticarum in V. T. Specimen I. ſiſtens collationis* 2 Sam. *XXII. cum Pſalmo XVIII partem priorem*, Hal. 1770. 4., ſed *decem* tantum priores carminis noſtri Verſus comprehendit.

4 מְהֻלָּל אֶקְרָא יְהוָֹה
״וּמִן אֹיְבַי g) אִוָּשֵׁעַ :

5 ״אֲפָפוּנִי h) ״חֶבְלֵי־מָוֶת i)
״וְנַחֲלֵי k) בְלִיַּעַל ״יְבַעֲתוּנִי l) :

6 חֶבְלֵי שְׁאוֹל ״סְבָבוּנִי m)
״קִדְּמוּנִי n) ״מוֹקְשֵׁי o) מָוֶת:

7 בַּצַּר־לִי אֶקְרָא יְהוָֹה
וְאֶל־אֱלֹהַי ״אֲשַׁוֵּעַ p)
״יִשְׁמַע q) מֵהֵיכָלוֹ קוֹלִי
״וְשַׁוְעָתִי ״לְפָנָיו תָּבוֹא r) בְאָזְנָיו:

8 וַתִּגְעַשׁ s) וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ
״וּמוֹסְדֵי הָרִים t) יִרְגָּזוּ
וַיִּתְגָּעֲשׁוּ כִּי־חָרָה לוֹ

9 עָלָה עָשָׁן בְּאַפּוֹ
וְאֵשׁ מִפִּיו תֹּאכֵל
גֶּחָלִים בָּעֲרוּ מִמֶּנּוּ:

10 וַיֵּט שָׁמַיִם וַיֵּרַד
וַעֲרָפֶל תַּחַת רַגְלָיו:

11 וַיִּרְכַּב

VAR. LECT.

g) וּמֵאֹיְבַי
h) כִּי אֲפָפֻנִי
i) מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת
k) נַחֲלֵי
l) יְבַעֲתֻנִי
m) סַבֻּנִי
n) קִדְּמֻנִי
o) מֹקְשֵׁי, defective.
p) אֶקְרָא
q) וַיִּשְׁמַע
r) Duo haec vocabula deſunt.
s) Lectio marginalis וַיִּתְגָּעַשׁ
t) מוֹסְדוֹת הַשָּׁמַיִם

11 וַיִּרְכַּב עַל־כְּרוּב וַיָּעֹף
״וַיֵּדֶא u) עַל־כַּנְפֵי־רוּחַ׃

12 ״יָשֶׁת x) חֹשֶׁךְ ״סִתְרוֹ y) סְבִיבוֹתָיו ״סֻכָּתוֹ z)
״חֶשְׁכַת־מַיִם a) עָבֵי שְׁחָקִים׃

13 מִנֹּגַהּ נֶגְדּוֹ ״עָבָיו עָבְרוּ b)
״בָּרָד וְגַחֲלֵי־אֵשׁ c)׃

14 ״וַיַּרְעֵם d) ״בַּשָּׁמַיִם e) יְהוָה
וְעֶלְיוֹן יִתֵּן ״קֹלוֹ f)
״בָּרָד וְגַחֲלֵי־אֵשׁ g)

15 וַיִּשְׁלַח ״חִצָּיו h) וַיְפִיצֵם
״וּבְרָקִים רָב וַיְהֻמֵּם i)׃

16 וַיֵּרָאוּ אֲפִיקֵי ״מַיִם k)
״וַיִּגָּלוּ l) ״מוֹסְדוֹת m) תֵּבֵל ״מִגַּעֲרָתְךָ n) יְהוָה
מִנִּשְׁמַת רוּחַ ״אַפֶּךָ o)׃

17 יִשְׁלַח מִמָּרוֹם יִקָּחֵנִי
יַמְשֵׁנִי מִמַּיִם רַבִּים׃

18 יַצִּילֵנִי

VAR. LECT.

u) וַיֵּרָא
x) וַיָּשֶׁת
y) Deeſt
z) סֻכּוֹת
a) חַשְׁרַת־מַיִם
b) Deſunt haec duo vocabula
c) בָּעֲרוּ גַּחֲלֵי־אֵשׁ
d) יַרְעֵם
e) מִן־שָׁמַיִם
f) קוֹלוֹ
g) Deeſt hoc hemiſtichium
h) חִצִּים
i) בָּרָק וַיְּהֻמֵּם
k) יָם
l) יִגָּלוּ
m) מֹסְדוֹת
n) בְּגַעֲרַת
o) אַפּוֹ

18 יַצִּילֵנִי מֵאֹיְבִי עָז
וּמִשֹּׂנְאַי כִּי אָמְצוּ מִמֶּנִּי׃

19 "יְקַדְּמוּנִי p) בְּיוֹם אֵידִי
וַיְהִי־יְהוָה "לְמִשְׁעָן q) לִי׃

20 "וַיּוֹצִיאֵנִי r) לַמֶּרְחָב †)
יְחַלְּצֵנִי כִּי־חָפֵץ בִּי

21 יִגְמְלֵנִי יְהוָה "כְּצִדְקִי s)
כְּבֹר יָדַי יָשִׁיב לִי׃

22 כִּי־שָׁמַרְתִּי דַּרְכֵי יְהוָה
וְלֹא־רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי׃

23 כִּי כָל־"מִשְׁפָּטָיו t) לְנֶגְדִּי
וְחֻקֹּתָיו "לֹא־אָסִיר מֶנִּי u)׃

24 "וָאֱהִי תָמִים עִמּוֹ x)
"וָאֶשְׁתַּמֵּר y) מֵעֲוֺנִי׃

25 וַיָּשֶׁב־יְהוָה לִי "כְּצִדְקִי z)
"כְּבֹר יָדַי a) לְנֶגֶד עֵינָיו׃

26 עִם־חָסִיד תִּתְחַסָּד
עִם־"גְּבַר b) תָּמִים תִּתַּמָּם׃

27 עִם־נָבָר

VAR. LECT.

p) יְקַדְּמֻנִי	u) לֹא־אָסוּר מִמֶּנָּה
q) מִשְׁעָן	x) וָאֶהְיֶה תָמִים לוֹ
r) וַיֵּצֵא	y) וָאֶשְׁתַּמְּרָה
†) אֹתִי	z) כְּצִדְקָתִי
s) כְּצִדְקָתִי	a) כְּבֹרִי
t) מִשְׁפָּטוֹ	b) גִּבּוֹר

27 עִם־נָבָר תִּתְבָּרָר c)
וְעִם־עִקֵּשׁ תִּתְפַּתָּל d):

28 כִּי־אַתָּה עַם e)־עָנִי תוֹשִׁיעַ
וְעֵינַיִם רָמוֹת f) תַּשְׁפִּיל:

29 כִּי־אַתָּה תָּאִיר נֵרִי g)
יְהוָֹה h) אֱלֹהַי i) יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי:

30 כִּי בְךָ אָרֻץ k) גְּדוּד
וּבֵאלֹהַי l) אֲדַלֶּג־שׁוּר:

31 הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ
אִמְרַת־יְהוָֹה צְרוּפָה
מָגֵן הוּא לְכֹל הַחוֹסִים m) בּוֹ:

32 כִּי מִי אֱלוֹהַּ n) מִבַּלְעֲדֵי יְהוָֹה
וּמִי צוּר זוּלָתִי o) אֱלֹהֵינוּ:

33 הָאֵל הַמְאַזְּרֵנִי p) חָיִל
וַיִּתֵּן q) תָּמִים דְּרָכַי r):

34 מְשַׁוֶּה רַגְלַי s) כָּאַיָּלוֹת
וְעַל בָּמוֹתַי יַעֲמִידֵנִי:

35 מְלַמֵּד

VAR. LECT.

c) תִּתָּבָר
d) תִּתַּפָּל
e) וְאֶת־עַם
f) וְעֵינֶיךָ עַל־רָמִים
g) נֵירִי יְהוָֹה
h) וַיהוָֹה
i) Abelt.
k) בְּכָה אָרוּץ

l) בֵּאלֹהַי
m) הַחֹסִים
n) אֵל
o) מִבַּלְעֲדֵי
p) מָעוּזִי
q) וַיַּתֵּר
r) דַּרְכּוֹ lect. text.
s) רַגְלָיו lect. text.

35 מְלַמֵּד יָדַי לַמִּלְחָמָה
״וְנִחֲתָה t) קֶשֶׁת־נְחוּשָׁה ״זְרוֹעֹתָי u):

36 וַתִּתֶּן־לִי מָגֵן יִשְׁעֶךָ ״וִימִינְךָ תִסְעָדֵנִי x)
״וַעֲנֹתְךָ y) תַרְבֵּנִי:

37 תַּרְחִיב ״צַעֲדִי תַּחְתָּי z)
וְלֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי:

38 ״אֶרְדּוֹף a) אוֹיְבַי ״וָאַשִּׂיגֵם b)
וְלֹא אָשׁוּב עַד־״כַּלּוֹתָם c):

39 ״אֲמַחֲצֵם וְלֹא־יְכְלוּ קוּם d)
יִפְּלוּ תַּחַת רַגְלָי:

40 ״וַתְּאַזְּרֵנִי e) חַיִל לַמִּלְחָמָה
תַּכְרִיעַ קָמַי ״תַּחְתָּי f):

41 וְאֹיְבַי ״נָתַתָּה g) לִּי עֹרֶף
״וּמְשַׂנְאַי אַצְמִיתֵם h):

42 ״יְשַׁוְּעוּ i) וְאֵין מוֹשִׁיעַ
״עַל־יְהוָה k) וְלֹא עָנָם:

43 וְאֶשְׁחָקֵם

VAR. LECT.

t) וְנִחַת
u) זְרֹעֹתָי
x) Deſunt haec duo vocabula
y) וַעֲנֹתְךָ
z) צְעָדַי תַּחְתֵּנִי
a) אֶרְדְּפָה
b) וָאַשְׁמִידֵם
c) כַּלֹּתָם
d) וָאֲכַלֵּם וָאֶמְחָצֵם וְלֹא יְקוּמוּן
e) וַתַּזְרֵנִי
f) תַּחְתֵּנִי
g) תַּתָּה
h) מְשַׂנְאַי וָאַצְמִיתֵם
i) יִשְׁעוּ
k) אֶל־יְהוָה

43 וְאֶשְׁחָקֵם "כְּעָפָר עַל־פְּנֵי־רוּחַ (l
כְּטִיט חוּצוֹת "אֲרִיקֵם (m:

44 "תְּפַלְּטֵנִי (n מֵרִיבֵי "עָם (o
"תְּשִׂימֵנִי (p לְרֹאשׁ גּוֹיִם
עַם לֹא־יָדַעְתִּי "יַעַבְדוּנִי (q:

45 "לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי
בְּנֵי נֵכָר יְכַחֲשׁוּ־לִי (r:

46 בְּנֵי־נֵכָר יִבֹּלוּ
"וְיַחְרְגוּ (* מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם:

47 חַי־יְהוָה וּבָרוּךְ צוּרִי
"וְיָרוּם (s אֱלוֹהֵי († יִשְׁעִי:

48 הָאֵל הַנּוֹתֵן "נְקָמוֹת (t לִי
וַיַּדְבֵּר (u עַמִּים "תַּחְתָּי (x:

49 "מְפַלְּטִי

VAR. LECT.

l) כַּעֲפַר־אָרֶץ
m) אֲדִקֵּם אֶרְקָעֵם
n) וַתְּפַלְּטֵנִי
o) עַמִּי
p) תִּשְׁמְרֵנִי
q) יַעַבְדֻנִי
r) בְּנֵי־נֵכָר יִתְכַּחֲשׁוּ־לִי
לִשְׁמוֹעַ אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ־לִי:

*) וְיַחְגְּרוּ
s) וְיָרֻם
†) צוּר
t) נְקָמֹת
u) וּמוֹרִיד
x) תַּחְתֵּנִי

49 מְפַלְּטִי y) מֵאֹיְבָי
אַף מִן־קָמַי z) תְּרוֹמְמֵנִי
מֵאִישׁ חָמָס a) תַּצִּילֵנִי׃

50 עַל־כֵּן אוֹדְךָ בַגּוֹיִם יְהוָה b)
וּלְשִׁמְךָ אֲזַמֵּרָה c)׃

51 מַגְדִּיל d) יְשׁוּעוֹת מַלְכּוֹ
וְעֹשֶׂה חֶסֶד לִמְשִׁיחוֹ
לְדָוִד וּלְזַרְעוֹ עַד־עוֹלָם׃

VAR. LECT.

y) וּמוֹצִיאִי
z) וּמִקָּמַי
a) חֲמָסִים

b) יְהוָה בַּגּוֹיִם
c) אֲזַמֵּר
d) מִגְדּוֹל lect. margin.

---

2. אֶרְחָמְךָ יְהוָה *Diligo te, Iova!* Diffentiunt interpretes de verbo רָחַם, *diligere* num vertendum fit, an *mifericordiam petere?* 1) Alteram fignificationem hic adhibendam cenfet Aben-Efra: מלת רחמים בכל המקרא מהבנין הכבד וארחמך מבנין הקל ואיננו פועל יוצא על דרך בני יצאוני יצאו ממני וזה אבקש רחמים ממך *Verbum* רִחַם *ubique alias in Conjugatione* Piel *occurrit, qua* mifereri alicujus *denotat. Hic vero, ubi in* prima *Conjugatione eft pofitum, transitiva notione non poteft accipi, fed vertendum:* mifericordiam abs te petam. *Ita Ierem.* X, 20. בָּנַי יְצָאֻנִי *non vertendum eft:* filii mei eduxerunt me, *fed, quum in* Cal *pofitum fit, reciproce,* egreffi funt a me." Quod ipfum fequutus BUCERUS, fenfum exprimit his verbis:

verbis: „Tua paterna caritate atque benevolentia perpetuo confidam, hanc ſemper implorabo, poſtquam tam prolixe opem mihi tulit, et a puero usque in hanc horam me mirifice adeo per mille rerum discrimina duxit." 2) Sed multo aptior videtur altera *diligendi* notio, quam Alexandrinus expreſſit, qui *ἀγαπήσω σε* ponit, nec non Chaldaeus: אֲחַבְּבִינָךְ, *diligam te.* Ita et IARCHI אֶרְחָמְךָ ותרחם לְרֵעֲךָ וְאָהַבְתָּ כדמתרגם אאהבך *idem eſſe* notat *cum* אאֲהָבְךָ, *eademque* amandi *ſignificatione etiam apud Chaldaeos in uſu fuiſſe, hinc Chaldaeum interpretem Levit. XIX,* 18. *pro Hebraeo* אָהַב *verbum* רָחַם *ponere.* Recte hujus verbi ſignificationes exponit VENEMA: „Radix רָחַם, quae in origine dicit *molliter fovit*, ut ex Arab. colligitur [رخم, *incubavit ovis gallina*], et inde ad *uterum, τὸ ἐμβρυοδόχον ἔντερον*, quo *foetus* molliter fovetur, transiit, hinc *cum* ad *miſericordiam, tum* ad *intimam* dilectionem ſeſe flexit, cum foetus intime ab utero comprehendatur, et matris ardentiſſimum affectum excitet. Quum autem amori matris erga foetum, utpote ſuperioris inferiorem egenum et miſerum, rectius reſpondeat amor *miſericordiae*; hinc de Deo paſſim uſurpatur, ejusque intimum affectum erga miſeros et inopes homines expingit." חִזְקִי *Robur meum,* qui omne robur, omnem virtutem mihi ſuppeditas. In Samuelis libro integrum hoc hemiſtichium abeſt, quamvis et ibi a Syro et Arabe exhibeatur, ſed, ut recte KOEHLERUS obſervat, haud dubie ex Pſalmo introductum. A Davide ipſo additum eſſe in poſteriori editione, REDDINGIUS cenſet: „Davides," inquit, „hoc carmen primum compoſuerat, cum a profligatis hoſtibus vix reverſus, flagranti amore erga Deum et indignatione in hoſtes ſuos totus abreptus erat; carmen hinc abrupte et magno cum furore inchoabat, quod ei non poterat in oculos incurrere, cum illud revidebat. Tum vero judicaviſſe videtur, carminis initium ita mutandum eſſe, ut debita allocutione ad Deum inciperet; ſed ſimul attendens ad partes ſibi invicem reſpondentes, neceſſe habuit, ut ultimam

partem commatis tertii totam rejiceret, quod et ſine textus detrimento facile fieri potuit.“ Equidem potius ab eo, qui carmen hoc cultui publico accommodaret, vel ab alia Davide ſeriore manu additum hoc hemiſtichium puto. Certe Carmen grandius ſtatim abrupte inchoare videtur: *Iova rupes mea*, reliqua, ut Pſalm. XXVI. *Iova lux mea et ſalus.*

3. יְהוָֹה סַלְעִי *Iehova, rupes mea!* Hiſtorice hoc interpretatur IARCHI: סלעי שעזרתני בסלע המחלקות כשהייתי מצומצם בין שאול ואנשיו להתפש כמו שנ׳ ושאול ואנשיו עוטרים אל דוד *Petra mea, qui opem mihi tuliſti apud* petram diviſionis (2 Sam. XXIII, 28.), *quum ab ipſo Saule ejusque copiis obſeſſus, parum abfuit, quin comprehenderer, juxta illud* 1 *Sam. XXIII,* 26. „Itaque Saul et ſocii ejus in modum coronae cingebant Davidem.“ Quod AGELLIO etiam placuit, qui ſenſum ita exprimit: „Non tam illi abruptae petrae deſerti Maon confidebam, et me, cum ad eam perfugiſſem, tutum ab hoſtibus putabam, quam de tuo auxilio, et in te tutus eram.“ Quod argutum videtur. Rectius 2) Aben-Eſra: דרך משל כאדם שהוא במקום גבוה ולא יפחד מהשפל ממנו figurate *hoc dictum eſſe ait, imagine deſumta ab homine, qui in editum locum ſe recipit, ubi hoſtem, qui inferius eſt, non metuit.* Senſus igitur hic erit: „Ad te, hoſte me perſequente, confugio, tanquam ad praealtam invictamque rupem, quorſum vis hoſtilis penetrare nequit. Metaphora petitur ab inexpugnabilibus illis Palaeſtinae rupibus, quae praecipitia difficilemque aditum tutas praeſtabant latebras, non ſolum fugitivis, ſed et quandoque latronibus; ceu patet ex hiſtoria Herodis, tales petras non niſi ſumma induſtria ac ſtratagematibus expugnantis (IOSEPHI *Antiqq. Iudd.* L. XIV. Cap. XXVII.); item ex Iud. VI, 2., ubi Iſraelitae contra irrumpentes Midianitas exſtruunt ſibi in montibus מְעָרוֹת et מְצָדוֹת, *ſpeluncas et aſyla.* Hinc illae phraſes: *in petra exaltavit me*, Pſ. XXVII, 5. LXI. 3. Ierem. XLVIII, 28. *Linquite urbes et habitate in petris,*

Pſ.

Pſ. XXXI, 4. XLII, 10. Alias *petra* opponitur etiam *coeno*, in quo pedes ſtare nequeunt, ſed vacillant; item luto, ubi ſubſidit homo, magisque ſemper demergitur. GEIER.

3) Hebraeo סֶלַע collato cum Arabum سلع, *fiſſura in monte*, REDDINGIUS nomen Hebraeum *ſpeluncae* notione h. l. cenſet adhiberi, ut aliis in locis, I. D. MICHAELE praeeunte, qui in *Supplemm.* p. 1770. Iud. XV, 8. et 1 Sam. XXIII, 25. סֶלַע *petram* ſignificare ſibi perſuaſit. „Hinc", Reddingius inquit, „quia homines ſemet in ſpeluncis contra hoſtium invaſiones ſaepiſſime abscondere ſolebant, orta eſt notio *aſyli, refugii,* quae obtinet in locis, ubi de Deo adhibetur, porro a parte facta denominatione ad totam *petram* vox eſt translata. Davides forte ſpeluncae nomine h. l. reſpicit ad requiem gratiſſimam, quam poſt acerbiſſimam pugnam nactus erat; ſic enim paſtores olim ac viatores meridiano tempore antra et ſpeluncas ingredi ſolebant, calore ſolis defeſſi." Ad מְצוּדָתִי recte obſervat MICHAELIS in *Supplem.* p. 1538., eſſe nomen מְצוּדָה non ad radicem צוּד, ut faciunt plerique, verum ad מצד referendum idemque eſſe cum Arabum مصاد, Plur. مصدان, *vertex montis.* „Hac propria ſignificatione ponitur Iob. XXXIX, 28., ubi aquila pernoctare dicitur עַל-שֶׁן-סֶלַע וּמְצוּדָה, certe non in *caſtello*, ſed in ſummo *montis faſtigio;* ſic et acceperim nomen, ubi frequens in hiſtoria fugae Davidis occurrit, nec enim caſtella habebat, in quae ſe reciperet, ſed inacceſſa montium. Vide et Ieſ. XXXIII, 16. *Is excelſa habitabit,* מְצָדוֹת סְלָעִים מִשְׂגַּבּוֹ *inacceſſa montium faſtigia ſunt locus ejus tutus.* Verum et poteſt *caſtellum in monte* ſignificare, ſicque accipiendum ubi de Sione ponitur, 2 Sam. V, 7." Atque *locum aditu et expugnatu difficilem,* in quem ſe quis recipit, ut ab hoſte tutus ſit, et hic videtur indicare. In altero exemplari vocabulum eſt defective, litera ו omiſſa, ſcriptum, forſan hisce punctis

vocalibus inſtruendum: מְצֻדָתִי. Sequitur: וּמְפַלְטִי *Et evadere me faciens* ex maximis periculis: hoſtiumque inſidiis, quomodo verbum פִלֵּט uſurpari vidimus ſupra XVII, 13. KIMCHI additi hujus epitheti rationem reddit hanc: כי הסלע והמצודה שישגב האדם בו פעם ינצל ופעם לא ינצל שם כי שם יתפשהו אויביו אבל אני כשגבתי בשמך והצלת אותי בכל הפעמים. *Nam qui in petram et locum munitum ſeſe recipit, interdum evadit, interdum vero non, ſiquidem ab hoſte ibi interdum comprehenditur; me vero, qui ad tuum nomen, tanquam ad editam arcem confugio, ſemper ſalvum praeſtitiſti.* Alterum exemplum addit לִי, *ſervator meus mihi*, quod Clericus inutile pronuntiat, Schultenſius vero novum pondus et gratiam adferre ait, cum quo conſentit Reddingius. N. G. SCHROEDERUS quoque in *Syntaxi* Reg. XXXII. d) affixa pronomina cum particula ל compoſita, ſaepe redundare obſervat cum quadam elegantia, aut levi emphaſi, qua id, quod in alicujus commodum vel damnum ſit, ſignificetur, veluti Amos II, 13. הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה לָהּ *plauſtrum plenum ſibi.* לִי h. l. et mihi genuinum videtur, quum et infra CXLIV, 2. gravius מְפַלְטִי־לִי occurrat, et, quod in noſtro Pſalmorum exemplo ſequitur, אֵלִי, ex לִי ortum credibile ſit, quod poſterior manus, ſive oſcitantia, ſive conſilio, pronomen repetitum inutile reputans, in nomen divinum mutaverit, proptereaque אלהי, quod in Samuele legitur, omiſerit. Ceterum in eo, quod nunc in Pſalmis extat, אֵלִי, haud pauci *roboris* notionem reſpici putant, quum אֵל ſit *virtus, robur*, q. d. tu, cui numquam ad adjuvandum potentia deeſt. — צוּרִי *petra mea*, quo adjutore, tanquam in petra praealta conſtitutus tutus ſum, in quem praeſidium meum poſui, defenſor, et propugnator meus. Sic Deut. XXXII, 30. cum Moſes cauſſam vellet oſtendere, cur unus perſequuturus ſit mille, et duo fugaturi ſint decem millia, juxta divinam praedictionem, ſubdit, quia צוּרָם, *propugnatorem ſuum*, commutarunt, et Iovam rejecerunt. Et mox Vs. 31. כִּי לֹא

כְצוּרֵנוּ

כְּצוּרֵנוּ צוּרָם *Quoniam non ut propugnator nofter eft propugnator illorum.* Sic et Hannah, mater Samuelis. 1 Sam. II, 2. *Non eft* צוּר *propugnator,* defenfor, *ut Deus nofter.* Et infra in hoc ipfo Pfalmo, Vs. 31. *Quis Deus praeter Iovam, et quis* צוּר, *propugnator, praeter Deum noftrum?* et item Deut. XXXII, 37. irridens Mofes fiduciam populi collocatam in diis alienis, *ubi,* inquit, *funt dii illorum,* צוּר חָסָיוּ בוֹ, *petra,* propugnator, *in quo praefidium collocarunt?* Et Iefai. XXX, 29. Deus vocatur צוּר יִשְׂרָאֵל *propugnator Ifraelis,* Ifraelitici populi numen tutelare. KIMCHI hoc loco אֵל et צוּר dicit כפל ענין במלות שונות כי האל נקרא כן לפי שהוא חזק ויכול *ejusdem effe fignificatus, et utrumque ideo Deo tribui, quod virtute et robore omnibus praepolleat.* Recte Alexandrinus hic vertit *βοηθός μου, adjutor meus,* et in Samuelis libro *Φύλαξ μου, cuftos meus.* — In altero exemplo pro אֵלִי צוּרִי extat אֱלֹהֵי־צוּרִי *Deus rupis meae.* Quod quum KOEHLERO non fatis commodum videretur, אֱלֹהַי, *mi Deus,* legendum conjecit. Sed quemadmodum fupra IV, 1. אֱלֹהֵי־צִדְקִי *Deus juftitiae meae,* et infra LIX, 10. 17. אֱלֹהֵי חַסְדִּי, *Deus benignitatis meae,* pro, Deus benigniffimus meus, dicitur, ita et אֱלֹהֵי צוּרִי dici poteft, quod A. SCHULTENSIUS recte fic explicat: „*Deus, qui eft rupes mea,* qui ubique omni tempore et loco rupem mihi praeftat. Non abfimilis ratio in אֱלֹהֵי יִשְׁעִי *Deus falutis meae,* qui falutem mihi praeftet. Quae phrafis perquam frequens in Pfalmis, ut XXXIII, 5. XXVII, 9., etiam infra Vs. 47. aucta et intenfa, אֱלֹהֵי צוּר יִשְׁעִי, *Deus qui eft rupes falutis meae.*" Quae VOGELII quoque fententia eft, dum dicit, אֱלֹהֵי fenfu *auctoris* hic accipiendum effe, quod a Koehlero non intellectum effe, miror. — אֶחֱסֶה־בּוֹ, *in quem confugio,* ad quem praefidii caufa omne meum pono refugium, cf. fupra V, 12. Eft hic ellipfis pronominis relativi אֲשֶׁר, ut faepe. Notum autem, Hebraeis אֲשֶׁר בּוֹ poni pro בַּאֲשֶׁר. Paulo aliter IARCHI hanc figuram interpretatur: אֶחֱסֶה־בּוֹ אחכסה בְצלו כענין שנאמר

שנאמר מִצָּלִי מַחְסֶה חַבְקוּ־צוּר שהסלעים כסוי ומגן להולכי דרכים מן הרוחות ומזרם גשמים *cujus umbra contegar, eadem metaphora, quae Iob. XXIV,* 8. defectu refugii petram amplectuntur; *eſt enim rupes viatoribus protectio contra ventos et imbres.* — מָגִנִּי, *clypeus meus*, quem hoſtium ictibus veluti objicio; qui me clypei inſtar tuitus es contra hoſtium tela ictusque. Bene Alexandrinus poſuit *ὑπερασπιστής μου*, qui objecto ſcuto me a telis hoſtium defendis. — וְקֶרֶן יִשְׁעִי *Et cornu ſalutis meae.* In hac figura explicanda interpretes non conſentiunt. 1) Plerique eam deſumtam eſſe putant ab *animalibus corniferis*, quae cornubus ſe defendunt, et contra pugnantia repellunt. Ita THEODORETUS: *τὸ δὲ κέρας σωτηρίας τέθεικεν ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων, τῶν τοῖς κέρασιν τοὺς πολεμίους ἀμυνομένων.* KIMCHI: דרך המקרא לכנות החוזק בקרן כמו וְקַרְנֵי רְאֵם קַרְנָיו לפי שהאיל והשור והראם חזקם וכחם בקרנים שהם מנגחים בהם *Solent Hebraei ſcriptores robur cornu figura exprimere. Sic Deut. XXXIII,* 17. Cornua orygis cornua illius, quibus populos cornupetet; *translatione ſumta a cervis, tauris et capris, quorum robur et vitae praeſidium eſt in cornubus, quibus cornupetunt.* 2) Sed I. A. NOESSELT, in Diſſertat. quae inſcribitur: *Ieſus Chriſtus τὸ κέρας τῆς σωτηρίας ad locum Lucae I,* 69. (recuſa in Eiusd. *Opuſcull. ad Interpretat. Sacrar. Scriptur.* Faſc. I. edit. ſec. Hal. 1785. p. 31. ſeqq.) §. V. VI. קֶרֶן יֶשַׁע exiſtimat de *galea* dictum, quae incolumitatem praeſtet, ſive ita quaſi caput muniat, ut de ictibus hoſtium nihil ſit metuendum. „Namque inter veteres populos quemadmodum illi apud PHAEDRUM *Fab.* L. III. Fab. V. Vs. 5. ſeqq.

Duces — —, qui capitibus cornua
Suis ligarant, ut conſpicuum in proelio
Haberent ſignum,

multi *cornua galeis* applicabant, ſive ut hoſtibus terrorem incuterent, quod de Gallis DIODORUS Siculus refert (*Biblioth.* L. V, C. XXX. T. I. p. 353. ed. Weſſel.), ſive ut

ut duces facilius internoſcerentur, ut PLUTARCHUS Pyrrhum regem ab inſigni criſta cornibusque hircinis in galea narrat cognitum fuiſſe (in *Pyrrho* Opp. T. I. ed. Francof p. 384. B.). Quod etſi de Ebraeorum gente non legitur, tamen neque ab illa priſca ſimplicitate abhorret, quae pellibus et exuviis animalium inprimis utebatur, et quodam modo intelligitur e 1 Reg. XXII, 11. Nec deſiderantur in ſacro codice exempla, in quibus ſimilia pro capitis tegumento ponuntur. Etenim Davides Pſ. LX, 9. et CVIII, 9. Ephraimitas appellat מָעוֹז רֹאשִׁי, *robur capitis mei.* Quod Ebraicum מָעוֹז רֹאשִׁי eſt quidem de iis, qui corporis ſunt aut capitis cuſtodes, ſed ſimilitudo tamen a galea ducta eſt, quae caput contra ictus defendit, atque cum קֶרֶן etiam de *robore* dicatur, quae poteſt major inter illud et alterum vocabulum מָעוֹז ſimilitudo intercedere? Ac profecto illud adjunctum יֶשַׁע, quod eſt in Pſalmo noſtro, alibi quoque cum *galea* conjungitur, ut כּוֹבַע יְשׁוּעָה Eſai. LIX, 17. Significationem illam vero Pſalmi locus poſtulare videtur. Dicitur enim Deus Davidi *rupes, propugnaculum, arx, clypeus,* nominibus e re bellica ductis, qui contextus deſiderat in קֶרֶן eandem ſignificationem bellicam; et, quum hic Deum dixiſſet קֶרֶן יִשְׁעִי, in Verſu 36. ab eo ſe accepiſſe ait מָגֵן יֶשַׁע, *clypeum incolumitatis.*" Haec Noeſſeltus (quibuscum conferri poſſunt, quae attulimus in *dem a. u. n. Morgenl.* P. IV. No. 844. p. 85.), docte et ingenioſe quidem, cui tamen accedere dubito, quum cornua galeis non tam *defenſionis,* quam *ornatus* potius cauſſa applicata fuiſſe videantur, ſi etiam demus, fuiſſe ejusmodi galeas apud Ebraeos uſu receptas. *Ornamentum* vero galeae a noſtro poeta pro galea ipſa poſitum eſſe, vix mihi perſuadere poſſum. 3) IOH. FRID. FISCHERUS in *Proluſ. de Vitiis Lexicor. N. T. VIII.*, §. VI. p. 217. metaphoram arceſſitam cenſet ab *eminentiis et anſis altaris* ejus, quod in atriis templi, et Moſaici, et Hieroſolymitani, non procul ab introitu ejus ſtetiſſe accepimus, „Etenim in qua-

quatuor angulis, five partibus extremis hujus altaris, iisque fummis, extitiffe leguntur totidem eminentiae atque anfae, ligneae, fed aere obductae, quae ab Hebraeis קַרְנוֹת, et ab interpretibus Alexandrinis κέρατα dicuntur (vid. Exod. XXVII, 2.). Quicquid enim in re aliqua fumma et extrema *extat*, et *eminet*, id קֶרֶן Hebraice, Graece κέρας appellatur. Hae vero eminentiae et anfae illius altaris, haec *cornua*, ut vocantur ab interprete Latino vetere, erant tum apud Iudaeos fupplicum perfugia, ut arae et foci apud barbaros, ita ut, qui eorum unum manu teneret, is falvus effet, neque violari a quoquam, fine nefario fcelere, poffet. Adonias quidem (1 Reg. I, 50.) et Ioabus (1 Reg. II, 28.) faluti fuae atque vitae ita confuluiffe perhibentur, ut confugerint ad altare illud templi Mofaici, manuque ejus cornua apprehenderint. Hoc igitur Iudaeorum illius aetatis more et inftituto factum effe facile apparet, ut nomen קֶרֶן, addito etiam, adjuvandae perfpicuitatis caufa, vocabulo יֶשַׁע, eleganter transferretur a poetis Hebraeis ad perfonam ejus, qui effet perfugium, praefidiumque falutis aliorum. Davides certo in hoc hymno — ut nomina tralata סֶלַע et מְצוּדָה ipfe interpretatus eft proprio nomine מְפַלְטִי, ita verbis מָנוֹס, מִשְׂגָּב, קֶרֶן יֶשַׁע, מָגֵן fubjecit, tanquam interpretamentum, vocabulum מוֹשִׁיעַ. Nam fenfus fummae laetitiae, qua pectus regis totum perfudiffet acris et attenta cogitatio inenarrabilis benevolentiae favorisque divini, mentem ejus congerere coëgit, et conferre quafi in unum, omnia hujus laudis vocabula." Sed quum metaphorae ceterae omnes a locis praealtis adituque difficilibus fint arceffitae; 4) PAULI haud dubie praeferenda eft fententia, קֶרֶן h. l. effe *verticem montis*, quae notio non tantum Arabico قرن, verum Hebraico quoque vocabulo ineft, ut cognofcitur ex Ief. V, 1. ubi de colle ufurpatur, in quo vinea plantata. Cf. I. D. MICHAELIS *Supplemm.* P. V. p. 2205. Erit itaque קֶרֶן יִשְׁעִי *excelfus vertex montis,*

tis, qui mihi fugienti *ſalutem praeſtat.* Senſu non diverſum eſt, quod ſubjicitur, מִשְׂגַּבִּי, *locus meus praealtus*, in quo ab hoſtium inſultibus, ac velut ſuper eos exaltatus maneo. — Sequitur in altero exemplari: וּמְנוּסִי מֹשִׁעִי מֵחָמָס תֹּשִׁעֵנִי, *et reſugium meum, ſalvator meus, a violentia ſervabis me*, a violentis hominibus (מאנשי חמס, ut Kimchi explicat) ſalutem mihi praeſtare ſoles. Adſentior Koehlero, atque Vogelio, qui hunc Verſiculum librarii culpa in noſtro exemplari omiſſum eſſe putant.

4. In verbis מְהֻלָּל אֶקְרָא יְהוָה explicandis interpretationis diverſitas naſcitur e verbi הָלַל πολυσημίᾳ. I) Plerique illud accipiunt *laudandi* ſignificatione, qua in Conjugatione *Piel* frequentiſſime uſurpatur, ut מְהֻלָּל ſit *laudatus* i. e. laudandus, laudabilis, Participio poſito pro Latinorum Participio futuro paſſivo, in quo metonymia conſequentis eſt, ut דְּחִיל (Dan. VII, 7.), et נוֹרָא (Pſ. LXXVI, 8.), *qui timetur*, eſt pro *eo, qui timeri debet, metuendo, formidabili.* Vid. STORRII *Obſervatt.* ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 135. not. **). Neque tamen qui *laudandi* ſignificationem admittunt, una ratione verborum noſtrorum interpretationem inſtituunt. 1) Sunt, qui vertant: *ego invoco Deum laudatum*, quod IARCHI ita explicat: בהלולים אקרא ואתפלל לפניו תמיד כלומר אף לפני התשועה אני מהללו לפי שבטוח אני שאושע מאויבי *Laudibus eum invocare ſoleo, et preces coram eo fundere, quaſi diceret: etiam ante auxilium latum laudo eum, eo quod perſuaſus ſum de certa ejus ope.* KIMCHI: כשאני מתפלל אקרא יי׳ מהלל שאהללנו בתהלותי *cum ego preces fundo, invoco Deum laudatum, quem in carminibus meis celebravi.* Nec multo differt HAMMONDUS: „*Laudatum invocabo;* primo, laudabo pro praeteritis beneficiis, deinde, invocabo eum pro aliis, ſive novis. Sic Latine dicimus, *laudatum dimiſit*, i. e. primo laudavit, deinde dimiſit.“ 2) STORRIO l. c. p. 394. מְהֻלָּל eſt *Vocativus*, ut vertendum ſit: *laudabilis! clamo ad Iovam:* conſtructionem vero et ſenſum ita explicat: „Vocativus, *laudabilis!* col-

loca-

locatur ante verbum *clamo*, quod includit *fubjectum*, feu pronominis primae perfonae nominativum, fed *reliqua pars praedicati*, h. e. accufativus, qui valet: *ad Iehovam*, fequitur. Senfus eft: laudabilem voco (conf. Vs. 2. 3.), laudo Iovam, nam ab hoftibus meis liberor, per eum, fervatorem meum (v. 3.)." Duplicem interpretandi rationem proponit VENEMA, *unam* 3): „*clamabo, laudatus fit Iova*, ereptus fum hoftibus et in ampliffimum libertatis ac profperitatis campum eductus; *alteram* 4): „qua haec locutio ad morem Orientalium pertinebit, quo anguftiis preffi hac formula, *laudatus eft*, vel *fit*, *Iova* [الحمد لله], uti folebant, ad mala averruncanda. Quae A. Schultenfii eft obfervatio (in Collegio Msto.) non fpernenda: indicatur, folum Deum effe auxiliatorem." Αἰνετὸν Alexandrinus quoque vertit 2 Sam. XXII, 4., fed noftro loco αἰνῶν, *laudans*, quafi מְהַלֵּל enuntiaffet. Syrus legit quidem מְהֻלָּל, fed conjungit cum praecedente מִשְׂגַּבִּי, vertit enim ita: ܓܘܣܝ ܡܫܒܚܐ *refugium meum laudatum.* II) Sed quum הוֹלֵל *infanire, mente privatum effe* fignificet (proprie *lunaticum effe*, coll. Arabum هلال, *luna*) ut Cohel. VII, 7. Ief. XLIV, 24. Iob. XII, 17; GEIERUS fic vertit: *mente ob anguftiam ferme alienatus*, ut Davides fe ob graviffima pericula deliquium animi paffum dicat ad Deum clamaffe. Idem I. D. MICHAELI placuit, qui in *Supplemm.* p. 536. vertit: *amens*, i. e. terrore et timore limphaticus, omnia defperans, invoco Iovam. PAULUS in *Clavi* ad h. l. monet, fi haec fumatur fignificatio, refpici forfan hiftoriam 1 Sam. XXI, 13 — 16. narratam. Ipfe tamen III) מְהֻלָּל mallet interpretari *excitatus, commotus* (*aufgejagt*), collato Arabico هلّ, quod a primaria *fplendendi, lucendi* notione etiam in univerfum *apparuit* fignificat (quamvis ex Pauli fententia haec *apparendi*,

parendi, prodeundi, notio prima ſit), unde in Conjugatione transitiva, *facit ut appareret*, excitat, notare exiſtimat. Sed quum מְהֻלָּל et aliis Pſalmorum locis, ut infra XLVIII, 2. XCVI, 4. CXIII, 3. CXLV, 3. Dei ſit epitheton; non dubitamus, Iarchii ſupra primo loco poſitam interpretationem ceteris omnibus praeſerre.

5. אֲפָפוּנִי חֶבְלֵי־מָוֶת] Primo de verbi אפף notione eſt videndum, de qua interpretes discrepant. 1) Veteres conſentiunt in *circumdandi* notione. Alexandrinus verbo *περιέχειν*, Chaldaeus יְקַף, Syrus ܢܟܪ, utitur. Quos ſequuti Hebraei, uſitatiore סבב, tanquam ſynonymo, noſtrum explicant. Unus tantum ex iis, LEVI Gerſonis fil in ſuo ad Samuelis libros Commentario, poſtquam illius *circumdandi* notionis mentionem feciſſet, ſuam conjecturam addit, 2) או יהיה אֲפָפֻנִי מענין אַף והוא מענין פנים כאמרו וַיִּפֹּל לְאַפָּיו אַרְצָה והרצון כי שמו פניהם אלי *forſan verbum* אָפַף *ad nomen* אַף, facies (*qua ſignificatione occurrit* 1 *Sam.* XX, 41.), *eſſe referendum, ut ſignificet*, faciem mihi oppoſuerunt. Duplicem A. SCHULTENSII interpretationem adfert filius in Diſſertatione ad hunc Pſalmum, unam, 3) verbum אָפַף eſſe propagatum ab אַף, *naſo*, unde אָפַף eſſet *ad naſum pervenit, pertigit*, quemadmodum Arabibus أَنَغَ tranſitive et intranſitive uſurpatur de *fluctibus ad naſum usque pertingentibus*; alteram, 4) eſſe primariam illius notionem in *cumulando, coacervando* poſitam, quod ipſi ex cognato themate وفي, *complevit, conſummavit*, eſt veroſimile. 5) I. D. MICHAELIS in *Epimetro ad Lowthi Praelect.* X. p. 204. edit. Goetting., 5. p. 506. ed. Lips., verbum noſtrum *virtutem excuſſit* interpretatus erat, collato أَفَّ, cujus vis in *puſillanimitate* turpi et contemta eſt. Sed in *Colleg. crit. ad Pſ. XL*, 13. mutaſſe ſententiam, atque tutius ſibi videri, cum Veteribus *circumdare* vertere, fatetur, praeſertim quum ea notio tam Pſ. CXVI, 3., ubi eadem noſtra locutio occurrit, quam Ion. II, 6. ubi de רָעוֹת *ma-*

maris fluctibus, et Pſ. XL, 13. ubi de רָעוֹת, *malis, infortuniis*, uſurpatur, inprimis ſit apta; praeter quae loca verbum אָפַף non occurrit. 6) PAULUS in *Clavi* h. l. Hebraeum אָפַף explicat ex Arabum أَفَّ, *dixit Phy, deteſtatus eſt, faſtidivit.* Hinc noſtrum vocabulum, ſed in Conjugatione *Piel* אִפְּפוּנִי enunciatum, vertere mallet: *faſtidium, averſationem, horrorem mihi injiciunt.* Ego tamen unanimem et conſtantem Veterum conſenſum deſerere dubito. Nec minor ſententiarum discrepantia in dictione חֶבְלֵי־מָוֶת. Etenim quum nomen חֶבֶל primo quidem *funem* ſignificet, ut Arab. حَبْلٌ, tum vero ad *dolores* translatum ſit, quemadmodum a *conſtringendo* etiam צִירִים, et עֲצָבִים *dolores* vocantur; noſtram dictionem 1) haud pauci *dolores mortis* reddunt. Sic interpretum antiquiſſimus, Alexandrinus: περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Aben-Eſra: חבלי מות כמו צירים וַחֲבָלִים ועל כן בשלש נקודות להפריש בינו ובין חַבְלֵי מַמְשָׁה *Significat dolores mortis, ut Ieſ. XIII, 8., ubi cum* צירים, torminibus, *jungitur. Ut vero a* חֶבֶל, funis, fors, *discerni poſſit, retinet* Segol *in ſtatu conſtructo Plural., quum illud vocali* Pathach *inſtruatur, ut* Ioſ. XVII, 5, funes, *ſortes, Manaſſes.* Nec discrepat KIMCHI: חֶבְלֵי מָוֶת בסגול החית כמו חֶבְלֵי יוֹלֵדָה ועניינם אחד ואמר זה על הצרות הגדולות שהיה בם קרוב למות *Nomen* חֶבְלֵי *cum* Segol *ſub litera* Cheth dolorum *ſignificatione ſumendum eſt, ut Hoſ. XIII,* 13. *ubi de* doloribus mulieris parturientis *ponitur. Indicat vero poeta maximas anguſtias, in quibus morti vicinus eſſet.* Sed Verſu proxime ſequ. חֶבְלֵי, cum *Segol*, manifeſte *funes* denotat, ut e membrorum parallelismo cognoſcitur. Quare 2) alii retinent primariam *funium* notionem. Ita GEIERUS: „*Circumdederunt me funes mortis*, h. e. ejusmodi periculis mortiferis eram cinctus, qualia prae oculis ſentiunt damnati ad mortis ſupplicium vinculisque jam conſtricti, atque ad locum illum infamem

mem abducti. Vel *Mors* per profopopoeiam introducitur tanquam carnifex, qui vincula jam injecerit Davidi. Aut metaphora petitur a jumentis vel beftiis, quae fi vinculis ligantur, non amplius fuae funt poteftatis, fed alterius arbitrio parere coguntur.“ A *funibus* metaphoram arceffitam exiftimat etiam DE MUIS, qui verba noftra fic explicat: „Non femel mortis anguftiis oppreffus fum, ac veluti mortis funibus conftrictus et circumplicatus.“ Cf. not. ad Vs. fequ. 3) IARCHI חבל *catervae* notione h. l. adhibitum cenfet, ut 1 Sam. X, 5. 10, ubi חבל נביאים eft *coetus*, *caterva prophetarum;* explicatque noftram phrafin per מחנות אויבים, *caftra hoftium.* 4) I. I. SCHULTENS a *torquendi* notione, quam verbo חָבַל tribuit, חֲבָלִים et *vortices*, *aquarum gyrationes*, fignificare exiftimat. Quae tamen mera eft conjectura, nullo vel Hebraei fcriptoris loco, vel cognata dialecto firmata. 5) PAULUS in *Clavi* hoc quidem Verfu חֶבְלֵי מָוֶת *pernicies mortis*, coll. Arab. خَبَلٌ, *corruptio*, fed Verfu fequ. *funes mortis* effe cenfet, ut ἀντανάκλασις, five *dilogia* inter utrumque fit; cujus figurae Hebraeis, ut Orientis fcriptoribus in genere, perquam frequentis, exempla plura collegit GLASSIUS in *Philol. S.* P. I. p. 1342. feqq. ed. Dath. Sed priusquam quidquam definiamus, videndum eft de eo, quod pro חֶבְלֵי in altero exemplo reperitur, מִשְׁבְּרֵי, de cujus fignificatione tamen h. l. ambigitur. Etenim a primaria *confringendi* notione, quae verbo שָׁבַר ineft, 1) alii מִשְׁבָּרִים de *doloribus* accipiunt, qui *confractiones* dicantur i. e. fubiti, violenter perrumpentes, et omnia confringentes dolores, ut funt ii, qui exagitant parturientes. Qua fignificatione hoc vocabulum haud pauci Hof. XIII, 13. adhiberi cenfent, quo loco in priori hemiftichio חֶבְלֵי יוֹלֵדָה occurrunt. Eundem fenfum hoc carminis noftri loco in Samuele expreffit Alexandrinus, συντριμμοὶ θανάτου, quod Vulgatus reddidit *contritiones mortis*, nec non Chaldaeus, qui fic παραφράζει אַקְפְּתַנִי עָקָא

עקא כאתא דיתבא על מתברא וחיל לית לה למילד והיא מסכנא לממת *Circumdedit me anxietas ficut mulierem, quae fedet fuper fella* (quod eft Hebraeorum מַשְׁבֵּר, 2 Reg. XIX, 3. convenitque cum Arabum مَشْبَر, *locus ubi mulier parit*), *cui vires defunt ad parturiendum, et quae proinde de morte periclitatur.* Ad eandem claffem KIMCHI referendus ad Samuelem: משברי מות הם הצרות החזקות שהיה בהם קרוב למות כמו שהיה בסלע המחלקות ופי׳ משברי כי הצרות שוברות לב האדם באנחותיו ודאגותיו׃ i. e. מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת *funt anxietates vehementes, in quibus morti propinquus erat, v. g. cum effet in petra Machlecoth. Ratio autem, cur anxietates appellentur* מִשְׁבָּרִים, confractiones, *haec eft, quia frangunt cor hominis per gemitus et moerores.* Similiter LEVI Ben Gerfon משברי מות רעות שוברות מובילות מות, i. e. מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת *funt mala confringentia, et adducentia mortem.* 2) Alii vero מִשְׁבָּרִים *fractiones undarum*, i. e. fluctus fractos, qui magno impetu rupibus illiduntur, interpretantur. Quemadmodum Graecis ab ἄγω, *frango*, ἀγὴ eft *fractio fluctus*, et *littus*, ubi fluctus franguntur. Sic κυματὸς ἀγὴν dixit APOLLONIUS Rhodius *Argon. I*, 554. *Fluctum frangi* etiam CICERO dixit *Epift. L. IX.* epift. 16., et PRUDENTIUS *Cathemer. VII*, 128. *Gurgitem frangi* PETRONIUS *Satyr. c.* 124. *Undam frangi* dixerunt VIRGILIUS, OVIDIUS, STATIUS et VALERIUS FLACCUS, *Argonaut.* L. VII, 581.

> — — — — *Aequora non fic*
> *In fcopulos irata ruunt, eademque recedunt*
> *Fracta retro* — — — —

Plura vid. apud HEINSIUM in *Curis fecundis,* ad Ovid. *Epift. Heroid. VII*, 169. KIMCHI ad Samuel.: או פי׳ משברי על דרך משל כאילו אמר גלי מות כי הגלים החזקים נקראים משברים כמו שאמר כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ עָלַי עָבָרוּ ונקרא הגל כן לפי שהוא נשבר בתנועתו החזקה *Vel etiam poffet,*

poffet τὸ מִשְׁבְּרֵי *explicari metaphorice, quafi diceret, fluctus mortis, nam fluctus majores et vehementiores appellantur* מִשְׁבָּרִים, *uti Ion. II,* 4. Omnes fluctus tui et undae tuae transeunt fuper me. *Vocatur autem fluctus* מִשְׁבָּר, *quia per motum fuum vehementem frangitur.* Atque haec fignificatio et hic omnino adhibenda videtur, quum in altero hemiftichio refpondeant נְחָלִים, *torrentes.* Ob quam ipfam rationem et in eo exemplo, quod in Pfalmis extat, מִשְׁבְּרֵי reponendum videtur, pro חֶבְלֵי, quod ibi ex vicino Verfu fexto in noftrum quintum tranfiiffe videtur. מִשְׁבְּרֵי etiam Vogelius, Koehlerus, atque Reddingius pro folo genuino habent. — וְנַחֲלֵי בְלִיַּעַל יְבַעֲתוּנִי] Hujus hemiftichii fenfum ut recte conftituamus, ante omnia quid nomine בְּלִיַּעַל fignificetur, disquirendum erit. I) Haud pauci *hominem nequam et improbum* eo indicari putant, ut vel ex הוֹעִיל, *profuit,* et בְּלִי, *absque,* compofitum, *hominem improficuum, nullius frugis,* vel a יָעַל *adfcendit,* et בְּלִי, *minime altum,* abjectum ad omnia fcelera (*niederträchtig*) proprie fonet. Hanc *improbitatis* notionem huic nomini Alexandrinus ineffe putavit, vertit enim ita: *καὶ χειμάῤῥοι ἀνομίας ἐξεταραξάν με, torrentes iniquitatis conturbaverant me.* Quod THEODORETUS ita exponit: *χειμάῤῥους ἀνομίας καλεῖ τὰς ἀδίκους καὶ ἀθρόας τῶν ἐχθρῶν προσβολάς, καθάπερ γάρ ὁ χειμάῤῥους, τὰς τῶν ὑδάτων συῤῥοίας ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν Φερομένας δεχόμενος, ἐξαπιναίως προσβάλλει· οὕτω καὶ ὁ Σαοὺλ, καὶ οἱ ἄλλοι πολέμιοι ταῖς ἐΦόδοις ἐχρῶντο. Torrentes iniquitatis injuftos atque frequentes inimicorum impetus appellat. Etenim ficut torrens, aquas hinc inde concurrentes recipiens, repente impetum facit, fic etiam Saul, ceterique hoftes, invafionibus utebantur.* Aben-Efra: דמה האויב למים כמלך אשור את־מי הַנָּהָר אֲזַי הַמַּיִם שְׁטָפוּנוּ *Comparat hoftes fuos cum aquarum fluctibus; quemadmodum Rex Affyriae Ief. VIII,* 7. fluminis undis *confertur; et Pf. CXXIV,* 4. *eadem figura dicitur:* tunc fluctus nos obruiffent. KIMCHI: הצרות הם כנחל השוטף ובליעל אמר על כל אחד ואחד מאויביו

מאויביו *Vexationes indicat torrentis instar inundantis.* Belial *vero collective de hostium suorum unoquoque est accipiendum.* Quod sequutus VATABLUS: „*Torrentes Belial*, vocat multitudinem tribulationum, quae ab impiis infliguntur; quia, ut aqua pereunt homines, cum non possunt resistere, ita et multitudine tribulationum. Alii injurias gravissimas et crebras interpretantur; vel potius improbos homines ac perversos, qui in eum conspiraverunt." Nec multo aliter BUCERUS: „*Torrentes Belial*, hoc est, nihili et perversorum hominum, nam ut torrentibus, id est, fluminibus, e subitis imbribus, vel eliquantibus nivibus, concitatis, homines inopinantes solent obrui, idque vi inevitabili, ita improbitati hostium Davidis et studio perdendi eum, quo illi flagrabant, et impigre omnia tentabant, nihil fere potuit conferri." VENEMAE contra נַחֲלֵי בְלִיַּעַל non sunt *torrentes, qui ab impio immittuntur*, sed ii, qui *in devotum et sceleratissimum caput effundi solent.* „Quemadmodum enim (inquit) *dolores, funes* et *laquei mortis* sunt, qui cum morte cohaerent, et eo ducunt, sic et *torrentes Belial* commode dicuntur, qui viro Belial conveniunt, eum feriunt, et eo tendunt, ut quis in viri *belial* sortem et classem redigatur. Esse autem *Belial* virum nequam, sceleratum et nullius frugis, tralaticium est; sed minus notum, quod nos docuit A. SCHULTENS *ad Proverb. X,* 2., proprie esse *virum, cui nihil asyli relictum*, ex בְּלִי *non*, et יָעַל, *scandere culmen*, inde, *refugium habere tutissimum*; quod in rem est egregium. Indicat enim David, se in eo fuisse statu, quo solet esse nequam, cui nihil praesidii est, homo profligatus ad omnem nequitiam, in quem torrentes irae divinae, seu malorum irruunt, absque ut alicubi refugium habeat, adeoque supplicat, ne tanquam talis a Deo tractetur, et eandem sortem subeat." II) Quum vero hoc nomen, omnem in genere *impium* proprie denotans, postea *malo* in specie *daemoni*, malorum auctori, tributum esse, colligi possit ex 2 Cor. VI, 15. (Τίς δὲ συμ-

συμφώνησις Χριστῷ πρὸς βελίαλ; quod Syrus ܣܛܢܐ *Satanam* interpretatur), fuerunt, qui et noſtro loco, malorum daemonum ſummum, diabolum, indicari cenſerent. Nec abſurdum hoc eſſet, ſi *Tartari principem* ſub eo intelligas, quo parallelismus quidam cum מָוֶת in hemiſtichio priori prodiret. A qua ſententia non multum diverſus eſt C. F. AMMON (in Commentat. *de Orco ad Hebraeorum notionem*, vernacule ſcript. inſerta Parti IV. *der Memorabilien*. p. 200 ſeqq.), qui, quum Iudic. XIX, 22. dictionem אַנְשֵׁי בְנֵי בְלִיַּעַל reperiret, *Belial* immanis alicujus primaevi orbis tyranni nomen eſſe putat, quem fabula ad Tartari tenebras detruſum, ibique incluſum narraret, ut rector umbrarum ibi eſſet. Sed rejicienda videtur omnis haec ſententia, quum nullum veſtigium certum in Pſalmis occurrat, viguiſſe Davidis tempore apud Hebraeos hanc opinionem de malo daemone, qui ſimul Tartari princeps eſſet. Quod autem Iud. XIX, 22 homines peſſimi אַנְשֵׁי בְנֵי בְלִיַּעַל dicuntur, inde minime ſequitur, fuiſſe בְלִיַּעַל nomen alicujus proprium. Certe ex eo, quod 2 Sam. II, 7. ſtrenui et fortes homines בְּנֵי חַיִל, vocantur, nemo colliget, eſſe *Chail* nomen priſci cujusdam herois. III) I. D. MICHAELIS (in *Epimetro ad Lowthii Praelect. IX. de Sacra Hebr. Poeſi*, p. 204. edit. Goetting. p. 507. edit. Lips.) בְלִיַּעַל *Infernum* interpretatur, a בְּלִי, *non*, et وعل *altus fuit*, ut proprie denotet *minime altum*. Unde נַחֲלֵי בְלִיַּעַל *inferorum flumina* eſſe cenſet, ut Stygem, Cocytum, Graecorum. Quod et in *Supplemm.* p. 1119. recepit, hac addita obſervatione: „Quae verſio ne cui nimis videatur Latina aut Graeca, notemus, Graecos flumina inferorum ab Aegyptiis habere, ipſumque nomen, *Charon*, Aegyptium eſſe, ſic enim illis dicebatur portitor mortuorum, qui eos cymba ad ſepulcrum devehebat. Ipſe ille lacus, in cujus inſula mortuos ſepelire Aegyptii ſolebant (Moeris), *lacus Charrun* nomen retinet.“ PAULO etiam in *Clavi Belial* eſt *triſtis umbrarum*

rum locus (das traurige, oede Todtenland), a בְּלִי, *non*, et הוֹעִיל, *prodeſſe*, quaſi *improficuum*, *deſertum*. Cujusmodi interpretationi tamen HENSLERUS in *Obſervatt.* p. 41. recte, meo judicio, opponit idem, quod de ea ſententia, cujus proxime antea mentio eſt facta, monuimus, niti eam argumentis prorſus nullis. Neque enim ille, ad quem Vir quidam doctus in libri Hensleriani cenſura (in EICHHORNII *Biblioth. Univ. Literat. Bibl.* P. IV. p. 120.) provocat, IOSEPHI locus tanquam ad eum, ex quo Hebraeorum mythus de orco cognoſci poſſit (in *Antiqq. Iudd.* L. XVIII. Cap. I. §. 3., ubi de *Phariſaeorum* ſecta agens, inter alia haec dicit: *ἀθανατόν τε ἰσχὺν ταῖς ψυχαῖς πίστις αὐτοῖς εἶναι, καὶ ὑπὸ χθονὸς δικαιώσεις τε καὶ τιμὰς οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτήδευσις ἐν τῷ βίῳ γέγονε· καὶ ταῖς μεν εἱργμὸν ἀΐδιον προστίθεσθαι, ταῖς δὲ ῥαστώνην τοῦ ἀναβιοῦν. Credunt etiam, animis vim eſſe immortalem, ac ſub terra vel praemiis vel poenis eos affici, qui in hac vita virtuti ſe aut vitiis addixerint; et hos quidem ſempiterno carcere clauſos teneri, illis vero facultatem eſſe in vitam redeundi)*, probat, fuiſſe Hebraeos in ea opinione, eſſe flumina in orco. IV) Equidem accedo RUDINGERO, qui, poſtquam obſervaſſet, בְּלִיַּעַל proprie eſſe *improficuum*, *nocivum*, a בְּלִי et הוֹעִיל, hinc in univerſum *malum*, *pernicioſum*, addit: „Uſurpatur de *hominibus* et *rebus* aliis; de *hominibus* uſurpatum, ſignificat *nequam*, *pernicioſos*, *ſceleratos*; de *rebus* autem *malum*, *noxium* atque *exitiale* ſignificat; hoc loco *torrentes Belial* erunt *exitiales torrentes*, et infra Pſ. XLI, 9. דְּבַר־בְּלִיַּעַל *facinus inexpiabile*.“

— יְבַעֲתוּנִי. *Conturbarunt, perterruerunt me*, coll. Syr. ܒܥܬ, *horrere, perterreri*. Sic de vehementi conſternatione uſurpatur Ieſ. XXI, 4. Iob. XVIII, 11. XV, 24. Ita adhibetur, quando ſpectris terrificis aliquis ſtupeſit, Iob. VII, 14.; quomodo Haman conſternatur ob faciem regis fremebundi, Eſth. VII, 6.

6. חֶבְלֵי

6. חֶבְלֵי שְׁאוֹל סְבָבוּנִי *Orci laquei*, ſive *retia*, *me circumdederunt.* חֶבֶל convenit cum Arabum حَبْلٌ, *funis*, *vinculum*, *rete*, unde verbum حَبَلَ etiam *retia tetendit* denotat. Sic poeta quidam vetus in *Anthologia Hudeilitarum* (adductus ab A. SCHULTENSIO in *Commentar.* ad Iob. V, 6. p. 137.) eadem et voce et imagine uſus:

فَعَلْتُمْ بِهَا حَبْلًا مِنَ ٱلدَّهْرِ حَابِلًا

Poſuiſtis ei rete exitii circumretiens.

קִדְּמוּנִי מוֹקְשֵׁי מָוֶת *Praeverterunt me*, id eſt, incautum vel improviſo occuparunt, antequam cavere mihi potui, vel etiam periculum proſpicere, *tendines mortis.* מוֹקֵשׁ enim ſignificat *tendiculam*, vel laqueum, qualem aucupes et venatores ponere ſolent avibus et feris, ut Amos III, 5. *Num cadet avis in laqueum*, וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ *niſi ei tendicula poſita ſit?* Pſ. LXIV, 6. טְמוֹן מוֹקְשִׁים *in occulto tendiculas ponere.* Pſ. CXL, 6. *Abdiderunt mihi ſuperbi* פַּח וַחֲבָלִים *laqueos et funes*, פָּרְשׂוּ רֶשֶׁת *expanderunt rete juxta viam*, מוֹקְשִׁים שָׁתוּ לִי, *tendicula mihi poſuerunt.* מוֹקְשֵׁי־מָוֶת vero, *tendicula mortis*, ſunt inſidiae mortiferae, a Saule reliquisque hoſtibusque Davidi ſtructae. Verbum קִדֵּם plerique *praevertendi* ſignificatione accipiunt, quam cum Arabum قَدَمَ communem habet, et apud Hebraeos ſaepius obtinet, veluti Ion. IV, 2. קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ *praeverti fugere*; Pſ. CXIX, 147. קִדַּמְתִּי בַנֶּשֶׁף *praeverto crepuſculum.* Qua ſignificatione adhibita ſenſus erit is, quem ſupra expreſſimus. Sed quum verbum cognatum Arabum etiam *obviam venire*, *occurrere* denotet, nec raro et ipſum Hebraeum, ut Deut. XXIII, 5. לֹא קִדְּמוּ אֶתְכֶם בַּלֶּחֶם *non obviam iverunt vobis cum pane*; Ieſ. XXI, 14. בְּלַחְמוֹ קִדְּמוּ נֹדֵד *cum pane ſuo obviam ite fugienti*; et noſter locus verti poteſt: *obviam mihi erant tendicula mortis*, quod

 melius

melius cum סָבַב in hemistichio priori convenire videtur.

7. Significat, se in angustiis positum Iovam orasse, seque ab eo exauditum. בַּצַּר־לִי „*In angustia mihi*, h. e. mea, cum essem in anxietate constitutus ita, ut evadendi nullum viderem locum; צוּר enim significat *comprimere, angustare hostiliter*; hinc מָצוֹר, *obsessio*, צָר, *hostis*, item angustia, ab hoste coarctante ac premente concitata, ut Ps. IV, 2. Hos. VI, 1. Evidentiae causa posset in hac constructione suppleri אֲשֶׁר, hoc modo: אֲשֶׁר לִי בַּצַּר, *in angustia, quae mihi* obtigit, vel pronomen separatum pro affixo fuit positum." GEIER. וְאֶל־אֱלֹהַי אֲשַׁוֵּעַ *Et ad Deum meum vociferatus sum.* Pro אֲשַׁוֵּעַ in altero exemplari in Samuelis libro legitur אֶקְרָא, ex priori hemistichio repetitum, quod Koehlerus recte ex nostro exemplo corrigendum pronunciat. Repetitur enim prior sententia cum aliqua epitasi, ad precum vehementiam exaggerandam, quare poeta intensiore שִׁוַּע utitur, quod significat *anxie vociferari*, quemadmodum usurpatur de Iona in ventre balaenae, Ion. II, 3.; de Davide, summa miseria oppresso, Ps. XXII, 25., de Iobo, XIX, 7. XXX, 20. al. — יִשְׁמַע מֵהֵיכָלוֹ קוֹלִי *Exaudivit e palatio suo vocem meam.* Nomen הֵיכָל Alexandrinus ναὸν, *templum*, vertit, qua significatione 1 Reg. VI, 2. occurrit. Sed recte observat THEODORETUS: *ναὸν ἐνταῦθα οὐ τὸν χειροποίητων λέγει· οὐδὲ γὰρ ᾠκοδόμητο τηνικαῦτα· ὁ Σολομῶν γὰρ αὐτὸν ἐδείματο μετὰ ταῦτα· ἀλλὰ τὸν οὐρανὸν προσηγόρευσεν οὕτω. Templum hic non manufactum intelligit, nec enim tunc temporis erectum fuerat, quum Salomo postea illud exstrueret, sed* coelum *ita appellat.* Cf. Ps. XI, 4. et ibi not. — וְשַׁוְעָתִי לְפָנָיו תָּבוֹא בְאָזְנָיו *Et vociferatio mea coram eo pervenit ad aures ejus;* datus est clamori meo locus, ubi coram eo causam meam agerem. Recte KIMCHI tam grammaticam structuram, quam sensum illustrat: שַׁוְעָתִי שֶׁשִּׁוַּעְתִּי לפניו באה באזניו מיד והיה מושיעני *Clamor, quo clamavi coram eo, statim ad aures ejus pervenit, ip-*

seque

ſeque opem mihi tulit. Paulo aliter I. I. SCHULTENS in *Diſſertat.* pag. 416. verba noſtra capit: וְשַׁוְעָתִי לְפָנָיו (inquit) „*quiritatio mea coram eo* ſeorſum et abſolute capiendum, ut Pſ. XIX, 15. אִמְרֵי־פִי וְהֶגְיוֹן לִבִּי לְפָנֶיךָ *verba oris mei et meditatio cordis mei coram te;* deinde repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ שַׁוְעָתִי תָּבוֹא בְאָזְנָיו *quiritatio mea penetravit in aures ejus;* eleganti et ſignato uſu verbi בּוֹא. Pſ. CII, 2. וְשַׁוְעָתִי אֵלֶיךָ תָבוֹא *et clamor meus ad te penetret.* 2 Chron. XXX, 27. וַתָּבוֹא תְפִלָּתָם לִמְעוֹן קָדְשׁוֹ לַשָּׁמָיִם, *ac penetrarunt preces eorum ad habitaculum ſanctitatis ejus, ad coelos,* et cum לִפְנֵי Pſ. LXXIX, 11. תָּבוֹא לְפָנֶיךָ אֶנְקַת אָסִיר, *penetret coram te gemitus vincti.* Heman, Pſ. LXXXVIII, 1. תָּבוֹא לְפָנֶיךָ תְּפִלָּתִי, *penetret coram te oratio mea;* alibi ſaepius.“ — Sed in Samuelis libro, omiſſis duabus vocibus mediis, לְפָנָיו et תָּבוֹא, tantummodo וְשַׁוְעָתִי בְאָזְנָיו legitur; quod Schultenſius l. c. *longe fortius et nervoſius enuntiatum* cenſet, dum verbo omiſſo ellipſis ſit, quae magnam habeat vim et emphaſin; quemadmodum Geneſ. IV, 10. dicitur: קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי מִן הָאֲדָמָה, *vox ſanguinum fratris tui ad me de terra,* ſcil. בּוֹא, *pervenit, penetravit.* KOEHLERO vero in *Repertor.* P. IV. p. 113. duo illa vocabula in altero exemplo a librariis male omiſſa videntur; quae etiam KENNICOTTI eſt ſententia, qui in *Diſſertat. II.* p. 348. provocat ad verſionis Syriacae auctoritatem, quae tamen ſola, recte obſervante REDDINGIO, „vix quidquam valet, nec ſufficere videtur, quum alii teſtes non conſentiant: provocat praeterea ad Codd. Mſs. qui haec verba in editione in Samuele habent. Sed ab aliis eadem in editione altera omittuntur. E codicibus itaque nihil concludi poteſt.“ Reddingio ipſi vero vocabula לְפָנָיו תָּבוֹא, licet omnes Veteres ea habeant, tamen ſuſpecta ſunt, quae a librario quodam, poëſeos Hebraicae ignaro, jam ante quam verſiones compoſitae eſſent, textui inſerta eſſe, ut durior ellipſis poetica ſuppleretur, exiſtimat.

8. Ex-

8. Exponit nunc, quomodo a Iova, cujus opem efflagitaverat, adjutus ſit, magnifica uſus tempeſtatis graviſſimae deſcriptione (usque ad Verſ. 17.), quae tamen figurate, an hiſtorice ſit intelligenda, discrepat inter interpretes. Atque tempeſtatem quidem, inter pugnandum aliquando ortam, qua Davides ab hoſtibus liberatus eſſet, hic deſcribi, veriſimile eſt, ut alios taceam, HERDERO, qui in praeclaro illo de *Poeſeos Hebraicae ingenio* libro, P. I. p. 196. ſeqq. elegantiſſimam loci noſtri verſionem vernaculam exhibet. Sed quemadmodum Davides Pſ. CXLIV, 5. ſeqq. Iovam orans, velit in ſui vindictam conſurgere, iisdem plane imaginibus a tempeſtate arceſſitis utitur; atque alii etiam Hebraei poetae Iovam iratum, gentisque ſuae hoſtes everſurum, depingunt terram commoventem, tonitruis, fulgetris, fulminibus, atque reliquis tempeſtatibus totum orbem concutientem, vid. Ieſ. XXIX, 6. Nah. I. Habac. III. Hagg. II, 21. Zachar. IX, 14. XIV, 2. al.; ita et hic poëtica εἰδωλοποιΐα videtur, quae ſimpliciter hoc dicit, Deum iratum hoſtibus Davidis, et precibus ejus contra hos excitatum ſubveniſſe invocanti ope mirabili atque glorioſa. Eodem ſpectat quod IARCHI obſervat de hujus Verſus verbis ordinandis: מחובר ראשו לסופו כי חרה לו ותגעש ותרעש הארץ כי משמש בלשון כאשר בשחרה לו געשה ורעשה הארץ *Ultima hujus Verſus verba cum initio ſunt conjungenda, atque particula* כִּי *pro* כַּאֲשֶׁר*, quando, ſumenda, hoc ſenſu, ira ejus exardente conquaſſatur tellus.* Ceterum hujus deſcriptionis imagines bene illuſtravit I. D. MICHAELIS in *Not.* 44. *ad Lowth. Praelect. IX,* p. 175. edit. Goetting. (p. 485. edit. Lips.), ubi ſcenam ita inſtituit: „Stygia ad flumina inque umbrarum vicina conſtitutus David Deum invocaverat. Audit in ſancto ſuo et ſublimi templo preces ex Acherontiis ſedibus fuſas; venit, ſed ut ducet ſummum Deum, curru tonante vectus. Intremiſcit pondere terra, et fundamenta montium, ut fieri ad graviora tonitrua ſolet, commoventur. Vere

Sub

Sub pedibus mugire ſolum, et juga coepta moveri
Silvarum — — — —
Adventante Deo."

וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ *Et conquaſſata eſt terra ac contremuit.* Verbum גָּעַשׁ, coll. Syr. ܢܓܚ, *cornu feriit,* proprie ſignificat *ferire*: hinc, paulo latius ſumtum, ut Germanorum *ſtoſsen,* de omni ictu et quaſſatione graviore uſurpatur, ut hic de *terrae motu*, aut vero, aut cum tacta fulmine intremiſcere videtur, quemadmodum et nos nomen *Stöſse, ſuccuſſiones,* de terrae motu ponimus. Vid. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 342. ſequ. — In Samuelis libro in textu quidem eaedem, quae hic, extant literae, ſed talibus inſtructae vocalibus, quae ad lectionem marginalem, וַיִּתְגָּעַשׁ, pertinent, quam tamen, aeque ac noſtram, VOGELIUS, cui KOEHLERUS accedit, falſam eſſe cenſent; ejusque loco reponendam eam, quam in *novem* Codd. Mſs. Kennikottus reperit, וַתִּתְגָּעַשׁ. Nec ego refrager, quum verbum גָּעַשׁ nusquam alias in Conjugatione *Cal* occurrat, atque ex וַתִּתְגָּעַשׁ utrumque, tam וַתִּגְעַשׁ, quam וַיִּתְגָּעַשׁ oriri potuerit. — Verbum רָעַשׁ convenit cum Arabum رعش, *tremuit, trepidavit.* Sic in Hamza Iſpahanenſi (apud LETTENIUM *ad Cantic. Moſis Exod. XV.* Vs. 6): قالوا وانما سمي يرعش للارتعاش كان به *Narrant, eum nomine* Iaraaſch (*Tremuit*) *adſectum, ob tremorem corporis, quo laborabat.* Hinc apud Hebraeos de *commotione* coelorum, Iud. V, 4. Ioel. II, 10. IV, 16.; inſularum, Ezech. XXVI, 15.; murorum, Ezech. XXVI, 10.; montium, Nahum I, 5.; ſpicarum vento motarum, Pſ. LXXII, 16.; ſaepiſſime autem de motu terrae, Pſ. LXVIII, 9. LXXVII, 19. Ierem. VIII, 16. al. uſurpatur. — וּמוֹסְדֵי הָרִים יִרְגָּזוּ וַיִּתְגָּעֲשׁוּ *Montiumque fundamenta concutiuntur conquaſſanturque,* infimae montium partes concuſſae titubare faciunt magnam montium imminentem molem. Eadem imago Nah. I, 5. *Montes commoventur, colles dis-*

disfolvuntur; tremit ejus adventu tellus, orbis et omnes ejus incolae. Et Ierem. IV, 24. *Montes confidero: en moventur et colles trepidant.* Cf. etiam Ief. XXIV, 18. Pf. CXIV, 4. — In Samuelis libro pro הָרִים extat הַשָּׁמַיִם. Sed *fundamenta coelorum quaenam* fint, non confentiunt interpretes. 1) CLERICUS intelligendum cenfet illud, quod coelum eodem in ftatu confervat, et quod concuti videtur, cum coelum veluti tremit, feu cum ftellae contrariis motibus videntur agi. Quod non fatis clarum. 2) VENEMAE *fundamenta coelorum* videntur eadem effe ac *potentiae coelorum,* Marc. XIII, 25., caufae interiores et latentes, quibus coelorum machina continetur. 3) I. A. ERNESTI in *Differtat. de difficultate interpretat. Gramm. N. T.* in *Opuscc.* p. 275. locutionem noftram de coelo ipfo et *στοιχείοις οὐρανίοις*, i. e. aftris intelligit, propterea quod מוֹסְדוֹת fignificet, quibus aliquid conftat, fummam rei. Alii 4) *altiffimos montes* intelligunt, quibus quafi coelum videtur incumbere, et qui *vertice coelum ferire* poetarum ftilo dicuntur. Praeivit hanc fententiam LEVI Ben *Gerfon*, qui ad Samuelis locum haec obfervat: ויתכן שרמז באמרו מוסדות השמים על מוסדי ההרים כי הם גבוהים ולות תארם כשם שמים כאומרו אֲשֶׁר תָּעוּף בַּשָּׁמָיִם *Videtur poeta indicare, dum dicit, fundamenta coelorum, fundamenta montium, quia hi funt excelfi, et forma eorum eft, quafi coeli ibi (requiefcerent). Hinc dicitur Deut. IV,* 17. aves, quae volant in coelis, i. e. in montibus. Sic etiam עַמּוּדֵי שָׁמַיִם *columnas coelorum*, Iob. XXVI, 11. complures non fpernendi interpretes cum GROTIO de altiffimis montibus interpretantur, qui coelum quafi, ut ipfe ait, fuftinere videntur, et provocat ad fabulam de Atlante, coelum humeris geftante. Nec multo alienus eft I. D. MICHAELIS, cui ad Lowth. p. 176. (485.) fundamenta coeli, *extremae* funt *terrae*, ubi coelum five circulo, profpectum definienti, *ὁρίζοντα* dicunt, five fummis montium jugis incumbere videtur. Utramque legendi rationem itaque fic differre volunt, quod quum *fundamenta coelorum* montes

tes denotent, Pfalmus, qui *fundamenta montium* inquit, montes eosdem aliter defcribit, et montes *fundatiffimos* appellat, quos ille montes *excelfiffimos*. Sed videntur haec argute magis, quam vere dici, neque imago poetica, qua coelis tribuuntur fundamenta, eft ad vivum refecanda. Eft vero in Samuele elegans oppofitio *terrae*, quae in praecedenti hemiftichio memoratur, et *coeli*, atque omnino magis poeticum, quam quod in Pfalmo legitur; quare et Koehlerus illud, tanquam a Davide fcriptum, praeferendum cenfet. — Verbi רָגַז propriam vim effe in *concuffione cum fremitu et fragore*, oftendit ALB. SCHULTENSIUS in *Commentar. ad Iob. III*, 17. p. 72. feq. ex Arabum رجز, *fragor nubis tonantis*, hinc *horror* et *concuffio febrilis*. Atque de *fragore tonitru* adhibetur Iob. XXXVII, 2. — כִּי־חָרָה לוֹ *Quando* (cf. Iarchii not. ad hujus verfus initium adductam) *exarfit ipfi* Deo, fubaudi חָרוֹן *ira*, ita enim phrafis integra habetur Num. XI, 33. אַף יְהוָה חָרָה בָּעָם *ira Iovae exarfit in populum;* item 2 Reg. XXIII, 26. Iob. XXXII, 2. 3. Ief. V, 23. Elliptice autem, absque אַף, ut hic, Genef. IV, 6. לָמָּה חָרָה לָךְ *quare exardet tibi*? quid irafceris? et 2 Sam. XIX, 42. Ion. IV, 4. 9. Male itaque Alexandrinus, לוֹ ad hoftes poetae relato, vertit *ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ θεὸς*, quod et reliqui veteres fequuntur.

9. Induit Iova irati hominis perfonam, qui fumum fpiret e naribus, ignem ex ore. עָלָה עָשָׁן בְּאַפּוֹ *Afcendit fumus per nares ejus.* Fumus vehementi flatu e naribus propulfus egregiam irae et indignationis gravioris fiftit imaginem; metaphora ducta ab *equis, leonibus*, aliisque generofi fpiritus animalibus, quae furore concitata, fortiter naribusque dilatatis folent anhelare, concitatoque motu fpiritum reciprocare atque fremere. XENOPHON *περὶ ἱππικῆς*, Cap. I. §. 10.: *Καὶ μυκτῆρες γε οἱ ἀναπεπταμένοι τὸν συμπεπτωκότων εὐπνοώτεροί τε ἅμα εἰσὶ, καὶ γοργότερον τὸν ἵππον ἀποδεικνύουσι· καὶ γὰρ ὅταν ὀργίζηται*

ἵππος

ἵππος ἵππῳ ἤ ἐν ἱππασίᾳ θυμῶται εὐρύνει μᾶλλον τοὺς μυκτῆρας. *Nares patulae compreſſis ad reſpirandum commodiores ſunt, et equi ſpeciem magis terribilem efficiunt. Nam et quum equus equo iraſcitur, et quum inter equitandum ferocior evadit, magis diducit nares.* Hinc veteribus *naſus* irae ſedes. Ita *bilem in naſum concire*, quod Plautinum eſt, ex Theocriti Idyll. 1. βαρεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. Cf. ERASMI *Adag.* Centur. VIII. No. 22. et CASAUBONUM *ad Theocrit.* Cap. I. p. 218. Eadem quae hic, figura occurrit Pſ. LXXIV, 1. יֶעְשַׁן אַפְּךָ בְּצֹאן מַרְעִיתֶךָ, *fumat naſus tuus in gregem paſcui tui;* et Deut. XXIX, 49. כִּי אָז יֶעְשַׁן אַף־יְהוָה וְקִנְאָתוֹ בָּאִישׁ הַהוּא, *nam tunc ira et zelus Iovae fumavit in virum iſtum.* — וְאֵשׁ מִפִּיו תֹּאכֵל *Et ignis ex ore ſuo conſumit.* Continuatur metaphora, et *fumanti naſo* jungitur *ardens oris halitus.* Supplendum Participium יוֹצֵא, *exiens, emicans ignis*, ut Iob. XLI, 12. de Leviathane: נַפְשׁוֹ גֶּחָלִים תְּלַהֵט וְלַהַב מִפִּיו יֵצֵא, *halitus ejus prunae, quae amburunt, et flamma ex ore ejus exit.* — Addit גֶּחָלִים בָּעֲרוּ מִמֶּנּוּ *Prunae ardent ex eo*, pro גֶּחָלִים בֹּעֲרִים יָצְאוּ מִמֶּנּוּ *prunae ardentes ex eo exeunt.* Magnifica ſane tempeſtatis deſcriptio! Indicat autem *fumo* aſcendentem nebulam, quae inſtante tempeſtate denſatur in atram nubem, *igni*, fulmina, quae ſunt ignes in nubibus excitati, *prunis* tela illa fulminea, quae coelitus vibrantur. — Paullo aliter MICHAELIS ad Lowth. l. c.: „Montes gravi procella inſtante, fumare ſolent, jam toti nebula tecti, jam fumi tanquam columnas erigentes: quod vallium planitierumque incolis fortaſſe ignotum, ſciunt, qui altiores montes, ut Hercynium noſtrum, imbrium et tonitruum praenuntios viderunt. Has ergo nebulas fumo ex irati Dei naſo erumpenti comparat vates; fulmina ipſa ſcintillis, ardentis ab ore abſiſtentibus."

10. וַיֵּט שָׁמַיִם וַיֵּרַד *Et inclinat coelos, nubes, deſcenditque.* Habitum coeli deſcribit ſaeviente tempeſtate; demiſſum videtur, et terrae incumbere. Deum vero quum priſci illi

illi homines nequeant cogitatione nifi loco alicui affixum confiderare, in coelis habitare eum faciunt. Hinc ergo cum coelum videatur in tempeftatibus demitti, nofter *Deum* canit *defcendere.* וַעֲרָפֶל תַּחַת רַגְלָיו *Et caligo fub pedibus ejus,* intelligit fpiffiffimarum et tenebroficarum nubium conglomerationem, quae tempeftates, fulmina et tonitrua minatur, hominumque capitibus imminet. „Appropinquante jam procella, ima magis petere, atque in terram fubfidere nubes incipiunt, ipfum autem coelum, grandinis et pluviae nimium onus aegre ferens, ruere.

Ruit arduus aether,
Et pluviae ingenti fata laeta, boumque labores
Diruit.

Noftro praefens in nube Deus, Tartareasque fedes petens, ipfum inclinare coelum dicitur, nimbos pedibus fubftratos habens." MICHAEL.

11. וַיִּרְכַּב עַל־כְּרוּב וַיָּעֹף *Et vehitur fuper Cherubis et volavit.* כְּרוּב propr. *fortis, validus,* coll. Syr. ܟܪܘܒܐ, *potens, magnus,* et ܟܪܘܒܘܬܐ, *vis, fortitudo*), fictam figuram fuiffe, ex humana, bovina, leonina, atque aquilina compofitam, apparet ex Ezech. I, 10. et Apocal. IV, 6. 7. Quae quum in arcana vetuftiffimorum Aegyptiorum difciplina, e qua Mofes ipfam transtulit ad Hebraeorum facra, fymbolum fuiffet divinae naturae (vid. notata ad Genef. III, 24. p. 122. T. I. edit. tert., et ad Ezech. I, 10.) poftea a vulgo, cui illius fymboli interior fignificatio ignota effet, tributa eft daemonibus, five naturis, hominibus fortioribus atque auguftoribus, quibus fummum numen tanquam miniftris uteretur. Ita his Paradifi cuftodia creditur, Gen. III, 24. Hic eorum minifterio ad tempeftatem commovendam Iehova uti fingitur; quemadmodum Pf. CIV, 3. dicitur: הַמְהַלֵּךְ עַל־כַּנְפֵי־רוּחַ, *ventorum alis incedit.* I. D. MICHAELI כְּרוּבִים funt *animalia fphingica, tonanti Dei currui juncta,* Graecorum Latinorumque poe-

poetarum *equis tonantibus*, Iovi tributis, similia, quam sententiam pluribus evincere studuit in Commentatione de *Cherubis, equis tonantibus,* Commentatt. Societ. Scientt. Goett. T. I. inserta, e qua plura excerpsit in *Supplemm.* p. 1343. seqq. Sed *currum tonantem* iis locis, quibus Cheruborum mentio fit, Michaelis intulit sine ratione idonea, veluti nostro, ubi simpliciter ventorum vis describitur. Sic et Ps. XCIX, 1. ita vertit: *Iova sedet in curru tonante,* quum in Hebraeo sit יֹשֵׁב כְּרוּבִים, *sedens super Cherubim* subaudi מָלַךְ, *imperat*, ex hemistichio priori. Studuit tamen hanc Michaelis sententiam firmare I. R. FORSTER, cui in libro *de Bysso Antiquorum,* p. 116. כְּרוּב vocabulum est Aegypticum, ex IX XAPABAI, *spiritus tonans.* PAULUS in *Clavi* collato كُرُوب, *angores, moerores,* Hebraeum כְּרוּב interpretatur *species, figuras, terribiles,* terrorem injicientes, *malorum nuntios,* (*Angsterscheinungen, Unglücksboten*). — Posteriori hemistichio noster eandem, quam in priori expressit, sententiam verbis paullo diversis declarat: וַיֵּדֶא עַל־כַּנְפֵי־רוּחַ, *volatque ventorum alis,* venti immensa coeli spatia, rapido cursu pervolitant, eadem figura, quae in loco Ps. CIV, 3. supra allato. — Pro וַיֵּדֶא in Samuele legitur וַיֵּרָא, *visus est,* apparuit. Prius illud praeferendum censent CAPPELLUS in *Crit. Sacra* L. I. Cap. VII, §. 11. p. 80. ed. Vogel. CLERICUS ad Samuel. KOEHLERUS, alii. Sed BUXTORFIO in *Anti-Crit.* p. 385. utraque lectio aeque bona videtur, in Samuele enim sensum esse, *Deum Cherubinis insidentem et volantem adparuisse,* in Psalmis *volatum* super Cherubinis designari. Quod tamen I. I. Schultensius merito improbat, quum וַיֵּרָא eo sensu non sustineat inchoatam hujus Versus granditatem. Neque tamen, quod ipse affert ad utriusque lectionis majorem convenientiam ostendendam, magis placet. Derivat וַיֵּרָא a radice רוא cujus propriam vim, collato Arabum رأرأ, in *vibratione et agitatione tremula* sitam esse, dicit, unde dictionem, עַל־כַּנְפֵי־רוּחַ sic vertit:

„vi-

„*vibratus fuit*, vel *vibravit sese super alas venti*, i. e. vibrantissimo volatu se extulit, vel libratis sese alis evibravit.“ Verum si etiam demus, inesse verbo Arabico *vibrandi* potestatem, de quo tamen vehementer dubito, quum notio illa ex usitata *splendendi* significatione ratiocinatione potius quadam etymologica sit elicita, quam exemplis comprobata; tamen inter Hebraeos, vigente eorum lingua, verbi דאה sive דוא illam notionem in usu fuisse, nullum vestigium apparet. Mihi omnino וַיֵּרָא unice genuinum videtur, utpote hemistichiorum parallelismo, coeptaeque imagini optime consentaneum, quod ipsum in Samuele quoque Syrus, Arabs et Chaldaeus legisse videntur, quemadmodum et Kennicottus atque Rossi eo loco in codicibus pluribus scriptum repererunt; quamvis nec libri desint, qui in Psalmis וַיֵּרָא exhibeant.

12. Tenebras nunc describit, vimque atrarum nubium, quae terrae incumbunt, dum tempestas viget. יָשֶׁת חֹשֶׁךְ סִתְרוֹ *Ponit tenebras latibulum suum*, s. velamentum suum (collato Arabico سِتْرٌ, *aulaeum*, *cortina*), caliginosis crassisque nubibus latet, e quibus, tanquam e vehiculis bellicis, tela fulminea explodit. „Notandi usus militares, quibus שׁוּת, *posuit*, speciatim invaluit pro *castra posuit*, *disposuit*, *castrametatus est*, et סֵתֶר, quod *latibulum* significare dicitur, proprie *velum*, *cortina* (Ps. LXI, 5. *habitabo in tabernaculo tuo*, אֶחֱסֶה בְסֵתֶר כְּנָפֶיךָ, *confugiam sub velum alarum tuarum*); synecdochice venit pro *tabernaculo*, *tentorio castrensi*.“ SCHULTENS. — סְבִיבוֹתָיו סֻכָּתוֹ *Undique circa se tabernaculum suum* scil. posuit *caliginem*, quemadmodum Iob. XXXVI, 29. *nubes tonantes* Iovae *tentorium* dicuntur. — In Samuele, omisso סִתְרוֹ, tantummodo habetur: *posuit tenebras circum se tentorium*, quo hemistichia quidem aequalia fiunt, sed dubito tamen, recte סִתְרוֹ omitti. — חֶשְׁכַת־מַיִם „*Caliginem aquarum*, h. e. aquosae illae nubes, densitate sua caliginem efficientes, sunt itidem Iovae tentorii loco: per appositionem

nem enim hi accuſativi: *caliginem*, *obſcuritatem aquarum*, *nubes denſas*, dependent a verbo *poſuit*. Vel enunciatio poſterioris hujus membri conſtitui poteſt haec: *denſae coelorum nubes ſunt aquae obſcuriſſimae*. Nomen חֲשֵׁכָה quater, praeter hunc locum, occurrit, Geneſ. XV, 12. (ubi de Abrahamo: אֵימָה חֲשֵׁכָה גְדֹלָה נֹפֶלֶת עָלָיו, *horror et caligo gravis ei ſupervenit*), Ieſ. VIII, 22. (צָרָה וַחֲשֵׁכָה *anguſtia et tenebrae* in terra), Pſ. LXXXIII, 5. (*nihil ſciunt*, *nihil intelligunt*, בַּחֲשֵׁכָה יִתְהַלָּכוּ, *in tenebris incedunt*); Pſ. CXXXIX, 12. (*ipſae adeo tenebrae nihil tibi obſcurare poſſunt*, כַּחֲשֵׁיכָה כָּאוֹרָה, *caligo ſicut lux*). In quibus locis caligo vehemens ac terrifica deſignatur, qualis conſpicitur in nubibus illis foecundis et nigricantibus, quae tempeſtatum tempore omnem coeli lucem intercludunt, magnoque metu percellunt aſpectantes quosvis." GEIER. Sed PAULO in *Clavi* h. l. חֶשְׁכַת diverſum eſt nomen a חֲשֵׁכָה. Statum, quem Grammatici vocant abſolutum, חֶשְׁכָּה cenſet eſſe, idque *congregationem* interpretandum, collato Arabum حَشَكَ, *congregatum*, *copioſum eſſe*, Syrorumque ܚܫܟ, *cohibuit*, quare חֶשְׂכָּה, cum *Sin*, ſcribendum putat. Sed quum verbum Arabicum inprimis de coelo, magnam pluviae copiam emittente, uſurpari ſoleat, unde حَشْكَةٌ *pluvia uberior*; nomen Hebraeum forſan *nimbum* interpretari liceat. — In Samuele חַשְׁרַת־מַיִם ſcriptum eſt, quod interpretes haud parum exercuit. 1) Quidam חַשְׁרַת *colligationem* expoſuerunt, quaſi חָשַׁר et קָשַׁר idem ſit, quia ח et ק, unius organi literae, facile permutantur. Ita KIMCHI: חַשְׁרַת־מַיִם הוא קשור העבים זו, בזו כמו וְחִשֻּׁקֵיהֶם וְחִשֻּׁרֵיהֶם הַכֹּל מוּצָק *Deſignatur nubium inter ſe colligatio*, *unde et* 1 Reg. *VII*, 33. modioli, *ſive rotarum radii* חִשֻּׁרִים *vocantur*, quod orbis ambiens et includens eos colligat. Quod conjecturam tantum eſſe, eamque perquam infirmam, quisque intelliget ipſe. 2) Quum Chaldaeis חֲשַׁר *cribrare* ſignifi-

ſignificet (Arab. حَشَرَ *mundavit a quisquiliis et ſequioribus*); IARCHI vocem noſtram accipiendam eſſe ait לשון כברה שהוא נופל הארץ דק דק *notione* cribrationis, *quia pluvia minutis guttis ad terram cadit:* eamque interpretationem jam longe olim a Iudaeis traditam eſſe, apparet inde, quod Vulgatus ponit *cribrans aquam*, nubes, pluviam demittentes, cribro comparans. 3) Rectius CAPPELLUS in *Crit. S.* Lib. I. C. VII. §. 7. T. I. p. 83. ed. Vogel. coll. Arab. خَثَرَ, *craſſeſcere, coagulari,* חַשְׁרַת־מַיִם interpretatur *aquas denſatas*, et quaſi coagulatas. Quam ſignificationem Lexicorum ſcriptoribus inter Arabes pluribus confirmat I. I. SCHULTENSIUS. 4) Senſu parum diverſo I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 979. 980. adhibita *congregandi* notione, quae Arabico حَشَرَ ineſt, *congregationem aquarum* vertit. Quidquid horum ſumas, ſententia ſemper eadem manet. Ceterum Alexandrinum in Samuele quoque חֶשְׁכַת legiſſe, colligi poteſt inde, quod σκότος ὑδάτων, *caligo aquarum* reddidit. Koehlerus חַשְׁרַת erranti librarii alicujus calamo tribuit, in qua ſententia praeeuntem habet Clericum, qui ex lingua Hebraea nomen illud vix putat poſſe explicari. Addit poeta: עָבֵי שְׁחָקִים *nubes nubium*, ſcil. Iova circum ſe poſuit, i. e. nubes nubibus impoſitas. שְׁחָקִים I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 2313. recte obſervat eſſe proprie quae Arabibus مَسَاحِيقُ ٱلسَّمَآءِ, *tenuia coeli* dicantur, *tenuiores nubium partes;* qua ſignificatione propria hoc loco nomen Hebraeum poſitum credit: „gravi (inquit) tempeſtate oritura ſaepe videas, ſub aliis craſſioribus nubibus tenuiores ire, atque adeo ſaepe contrario curſu ferri, hinc fulmina erumpere, atque deinde totum coelum in imbres ſubſidere.“ Quod argutum videtur. Gravitati hujus deſcriptionis magis conſentaneum videtur, *nubes*

nubes omnino intelligere, sensumque ita constituere, ut supra fecimus.

13. מִנֹּגַהּ נֶגְדּוֹ עָבָיו עָבְרוּ *Prae fulgore qui ante eum nubes ejus transierunt.* Non plane consentiunt in his verbis interpretandis ob verbum עָבַר, quod quamvis *transire, praeterire* notare constet, tamen hic sensu non uno adhiberi possit. 1) KIMCHI: עביו עברו לאויביו, *nubes suae transierunt ad hostes suos.* Quod sequutus VATABLUS: „A splendido conspectu ejus profectae sunt nubes contra inimicos.“ Sensus nec elegans, nec satis commodus. Magis probandi quibus *transire* hic idem est, quod *praeterire, abire, evanescere.* Sic BUCERUS: „Describit tonitrua, fulmina, fulgura, vibrata tela et grandinem, quae cum crebescere incipiunt, tenebrae discuti, et atrae, ob crassitiem, nubes extenuari solent. Inde ait, *prae splendore,* vel *a splendore, qui coram eo est, densae nubes transierunt,* hoc est, extenuatae disparuerunt, crebro scilicet micantibus fulgetris, et decidentibus fulminibus.“ Simili ratione DE MUIS: „prae fulgore micantium fulgurum disruptae sunt nubes, et in hanc illamque partem varie distractae, indeque grando et tela fulminea eruperunt.“ 3) *Pertransire, pervadere* COCCEIUS vertendum censet, hocque hemistichium cum proxime conjungendum, hac ratione: *nubes ejus perrumpebant grando et prunae ignis,* vi grandinis et ignium micantium nubes displodebantur. 4) Aben-Esra *excedendi* significatum adhibet; verba ejus sunt: עברו החוק הידוע ברוב, *transierunt,* superarunt, *motum notum,* i. e. solitum et vulgarem *magnitudine;* nubes solito majores et densiores erant. A quo non multum discedit A. SCHULTENS, qui in *Origg. Hebrr.* L. I. C. V. §. 4. p. 59. locum sic interpretatur: „*a corusco ejus fulgore nubes ejus intumuere, atque aestu correptae efferbuere;* gravidas expingit nubes, et ingenti aquarum pondere ruinam minitantes, quas deinceps Verss. 14. 15. cum tonitruum fragore, fulminumque jactibus displosas exoneratasque inducit.“ Sed quid tum

voces

voces ſolitariae בָּרָד וְגַחֲלֵי־אֵשׁ? Senſum longe commodiorem exhibet quam ſupra ſub No. 2. attulimus interpretatio. In Samuele legitur: מִנֹּגַהּ נֶגְדּוֹ בָּעֲרוּ גַּחֲלֵי־אֵשׁ *prae fulgore, qui coram eo, ardent prunae ignitae;* vivida imago fulminum perpetuo micantium! Verbum בָּעַר dictioni גַּחֲלֵי־אֵשׁ bene congruit (et dicitur etiam ſupra Vs. 9. גֶּחָלִים בָּעֲרוּ), melius quam עָבַר, quod quum facili literarum permutatione textui ſemel illatum eſſet, librariorum aliquem moviſſe videtur, ut עָבִים e Verſu, qui proxime praeceſſerat, repeteret. בָּרָד vero haud dubie ὁμοιοτελευτῷ Verſus ſequentis ortum debet. Singularis eſt Syrus, qui hic et in Samuele vertit: *per ſplendorem* ܕܡܛܠܠܬܗ *tabernaculi ſui nubes ſuas* [illegible] *facit grandinem et prunas ignitas.* Legit עָבַר pro בָּעֲרוּ. Eum ſequitur in Samuele Arabs, niſi quod is verba מִנֹּגַהּ נֶגְדּוֹ omittit: جعل سحابه بردا وجمرا من نار *facit nubes ſuas grandinem et prunas ignitas.* Senſus non incommodus; ſed עֲבַד ſimplici *faciendi* ſignificatione Chaldaeis magis et Syris uſitatum eſt, quam Hebraeis, qui de *opere faciendo, ſerviendo, terram colendo* עָבַד adhibere ſolebant. Poeta ſi illum ſenſum exprimere voluiſſet, verbo פָּעַל uſum fuiſſe credibile eſt.

14. וַיַּרְעֵם בַּשָּׁמַיִם יְהוָה וְעֶלְיוֹן יִתֵּן קֹלוֹ *Tonatque in coelo Iova, et ſummus vocem ſuam edit.* Duo priora vocabula rectius videntur in Samuele ſcripta eſſe: יַרְעֵם מִן־שָׁמַיִם, quemadmodum et noſtro Pſalmorum loco veteres videntur legiſſe, Syro excepto, qui ܒܫܡܝܐ ponit. Sed quae noſtro loco ſequuntur verba: בָּרָד וְגַחֲלֵי־אֵשׁ aperte e Verſu antecedente illata ſunt, quum in Samuele abſint, nec h. l. ab Alexandrino, Latino vetere, et Auguſtino videantur lecta eſſe. Inaequalia praeterea hemiſtichia reddunt, atque ſenſum reliquis minime congruentem. Spuria etiam Cappello, Kennicottio, Vogelio, Koehlero, aliis, videntur.

15. וַיִּשְׁלַח חִצָּיו וַיְפִיצֵם *Emittit tela fua illosque difpergit*, vibratis fulminibus hoftes disturbat. Ad eos enim referendum effe relativum verbo affixum, cognofcitur ex hemiftichio altero: וּבְרָקִים רָב וַיְהֻמֵּם *et fulgura multa* ejaculatur (quod repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ) *eosque disfipat*, proprie: *diffluere facit;* hanc enim verbi הָמַם primigeniam effe poteftatem, cognofcitur ex Arabico هَمَّ, quod vernaculi Philologi explicant أذاب, *fluere fecit, liquefecit*, e. g. fol nivem, ignis aliquid, quod liquefcere poteft; id quod multis oftendit A. SCHULTENS in *Origg. Hebrr.* L. I. C. V. p. 61. feqq. Is vero verbum פוץ, in priori hemiftichio, hoc loco ea fignificatione pronunciat accipiendum, quam Arabum فاض obtinet, quod de *flumine extra ripas exundante* primo dici, deinde de *nubibus*, *coeloque largis imbribus defcendente*, comprobavit C. IV. libri cit. Hinc pronominibus, verbis פוץ et הָמַם affixis, relatis ad *coelos*, quorum mentio Verfu 14. praeceffit, hanc dedit Verfus noftri interpretationem: „*Contorfit tela fua*, corufca illa et trifulca, *et fecit exundare et effervefcere eos*, coelos, *fulmina vibravit, eosque colliquefecit:* nihil enim cum tonitribus fulminibusque conjunctius, quam coeleftium vis aquarum, quae hic tanto aeftu praecipites fefe effundunt, ut coelum ipfum quafi colliquefcere et tabe nimborum dilabi videatur.“ Quae interpretatio minime placet, quum verbis eae notiones tribuantur, quibus vigente lingua adhibita fuiffe, nullis exemplis poteft probari. Verborum פוץ et הָמַם vero fecundarias tantummodo fignificationes, *difpergere* et *fugare*, apud Hebraeos in ufu fuiffe, docent exempla innumera. Recte BUCERUS Verfus hujus fenfum expreffit: „Fulguribus difperfit et conflernatos reddidit hoftes Davidis, quos relativis, cum tamen nomina eorum non praemiferit, ad indicandum animi fui affectum, defignavit. Circa quae enim magno affectu animi occupantur, numquam

fatis

fatis folent explicare, putantes, non poffe latere alios, in quibus ipfi funt toti." Ceterum pro וַיְהֻמֵּם in Samuele Mafórethae legendum praecipiunt fine fuffixo וַיָּהֹם. „At vero hanc eorum emendationem, inquit DE ROSSI, damnant veteres omnes interpretes, qui illud exprimunt; codices et antiquae nonnullae editiones, quae eam exhibent in textu, folum Keri videntur fecutae, non auctoritatem codicum."

16. וַיֵּרָאוּ אֲפִיקֵי מַיִם *Tum apparuerunt alvei aquarum.* De nominis אָפִיק fignificatione ambigitur. 1) I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 113. ad verbum נָפַק, Syriace ܢܦܩ, *exire*, referendum, et אַפִּיקֵי fcribendum cenfet, ut vertendum fit *egreffiones* i. e. *fontes aquae.* Praeivit Alexandrinus, qui noftro loco πηγαὶ τῶν ὑδάτων, *fontes aquarum*, et in Samuele ἀφέσεις θαλάσσης, *effufiones maris*, reddidit. Ita et Syrus, qui ܡܒܘܥܐ, *fontes*, ponit. 2) Chaldaeus עִמְקֵי מַיָּא, *profunditates aquae* vertit. Senfum tantum utcumque videtur expreffiffe. 3) Sed KIMCHI Hebraeum nomen tradit fignificare עמקים מלאים מים *valles aquis repletas*, i. e. alveos, fluviorum receptacula, quod Lexicorum conditores inter noftrates longe plerique funt fequuti, qui a *continendo* alveos dictos putant: הִתְאַפֵּק enim eft *fe continere* (Genef. XLV, 1. Iefai. XLII, 14. LXIII, 15.), et alvei aquas continent, ne exundent. Ac certe *alvei* notionem poftulat locus Iefai. VIII, 7., ubi de Euphrate וְעָלָה עַל־כָּל־אֲפִיקָיו *transfcendet omnes alveos fuos, et excedet* עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו *omnes ripas fuas.* Unde ad *valles* nomen hebraeum translatum eft, ut Ezech. VI, 3. *Sic dicit Dominus montibus et collibus*, לָאֲפִיקִים וְלַגֵּאָיוֹת, *locis declivis et vallibus. Alveorum* notione igitur adhibita locus nofter ita vertendus erit: *confpiciuntur*, apparent, *alvei aquarum*, qui antea femper aquis erant operti, illi jam, fluviis vehemente ventorum exficcantium flatu abfumtis, vel

 per

per ingentes terrae motus trajectis, aut alio derivatis, confpiciuntur nudi. In Samuele pro מַיִם legitur יָם, *mare*, quod magis poeticum videtur. — Sequitur in hemiftichio altero: וַיִּגָּלוּ מוֹסְדוֹת תֵּבֵל, *et retecta funt fundamenta terrae*, quod optime explicavit AGELLIUS: „Terram fuper aquas fundatam faepe legimus, ut in Pfalmo XXIV, 2. *Ipfe fuper maria fundavit eam, et fuper flumina praeparavit eam.* Confequenter igitur mari, et aquis feu fontibus apertis, apparuerunt fundamenta terrae. Loquitur autem non ad exactam philofophiae normam, fed ad vulgarem opinionem, feu potius ad fpeciem ac fimilitudinem quandam accommodate. Nam quia quod fubjectum eft aedificiis, id illorum fundamentum eft, ad eandem fimilitudinem pars illa terra inferior, quae maria continet, quia ultima et extrema videtur, et fuper eam niti ea pars terrae, quam incolimus, ideoque ad fimilitudinem quandam *fundamentum terrae* dicta eft." מִגַּעֲרָתְךָ יְהוָה מִנִּשְׁמַת רוּחַ אַפֶּךָ *Prae increpatione tua, Iova, prae flatu fpiritus nafi tui;* folet enim aqua vento vehementiore aperiri quafi et hifcere. — In Samuele perfona fecunda mutata in tertiam exhibetur בְּגַעֲרַת יְהוָה מִנִּשְׁמַת רוּחַ אַפּוֹ. Ego tamen cum Koehlero quod in Pfalmo praeferendum exiftimo.

17. Adhuc Iovae in hoftes fuos iram, ipfis perniciofam defcripfit; nunc fui liberationem canit. Inducit vero Iovam manu e fublimi protenta et demiffa, fe ex aquis, in quibus periclitabatur, eripuiffe, ac jam demerfum extraxiffe. יִשְׁלַח מִמָּרוֹם יִקָּחֵנִי *Mifit* fubaudi *manum fuam* (ut plene habetur Pf. CXLIV, 7. שְׁלַח יָדֶיךָ מִמָּרוֹם), *de excelfo, et accepit*, apprehendit *me*, in praefentiffimis periculis jamjam occubiturum. יַמְשֵׁנִי מִמַּיִם רַבִּים *Extraxit me ex aquis multis*, e multorum hoftium, vitae meae undique infidiantium turbis. *Calamitates* aquarum moli undique ingruenti comparantur non tantum ab Hebraeis fcriptoribus, vid. e. c. Pf. XXXII, 6. LXIX, 1. 2. Ief. XXVIII, 2. XLIII, 2., verum etiam a Graecis. Exempla

pla ex Aefchylo adduxit A. SCHULTENSIUS ad Iob. XXII, 11. p. 606. Ita in *Prometh.* Vs. 885. et 1014. Οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία ἔπεισ' ἄφυκτος· *Qualis tempeftas malorum et inundatio te invadit inevitabilis!* Item Verfu 745. Δυσχείμερον πέλαγος ἀτηρᾶς δύης, *tempeftuofum pelagus aerumnofiffimae calamitatis.*

18. Eandem fententiam nunc fimpliciter, demta figura, enunciat: יַצִּילֵנִי מֵאֹיְבִי עָז *Eripuit me ab hofte meo valido,* quod collective haud dubie eft accipiendum, quemadmodum id, quod fequitur, וּמִשֹּׂנְאַי כִּי־אָמְצוּ מִמֶּנִּי *et ab iis qui me oderunt, quia,* fcil. *quando validi fuerunt prae me,* viribus praecelluerunt me defertum et undique afflictum.

19. יְקַדְּמוּנִי בְיוֹם אֵידִי *Praeverterunt me,* five, *incurfarunt in me* (vid. not. fupra ad Vs. 6.) *tempore calamitatis meae.* אֵיד convenit cum Arabum أيد unde مويد, quod داهية دهيأ, *graviffimum infortunium,* explicant. TEBLEBI, Grammaticus, citatus ab ALB. SHULTENSIO ad Iob. XVIII, 12. p. 449. يقال آدني الامر وآدني اي اثقلني وعظم علي ومنه شي اد *Verba* ארד *et* איד *ufurpantur in re, cujus moles praegravat et opprimit, unde portentofum malum vocatur* אד. — וַיְהִי־יְהוָה לְמִשְׁעָן לִי *Sed factus eft Iova mihi baculus,* me jamjam labantem, nec amplius confiftere valentem fustinuit. Particula לְ, nomini praefixa, fi verbum היה fequatur, commode vertitur *fieri aliquid.* In Samuele tamen illa eft omiffa.

20. וַיּוֹצִיאֵנִי לַמֶּרְחָב *Eduxit me in fpatiofum,* reftituit mihi, hoftilibus copiis undique cincto, priftinam libertatem. Cf. de hac locutione not. ad Pf. IV, 2. — יְחַלְּצֵנִי כִּי חָפֵץ בִּי *Eripuit me,* tutatus eft, *quia amat me,* mihi favet.

21. „Sua

21. „Succedit,“ recte notante VENEMA, „ea Pfalmi pars, quae mirabilis hujus liberationis *rationes moventes*, a Davidis innocentia et pietate ductas, complectitur (Vs. 21 — 24.), cujus *duae* funt partes, *prior* eas rationes explicat Vs. 21 — 24., *pofterior* illuftrat et confirmat ex ordinaria agendi ratione, quam Deus cum hominibus tenere folet.“ יִגְמְלֵנִי יְהוָה כְּצִדְקִי *Rependit mihi Iova fecundum juftam caufam meam,* כְּבֹר יָדַי יָשִׁיב לִי, *fecundum puritatem manuum mearum mihi retribuit*, i. e. innocentiae meae convenienter. בֹּר יָדַיִם de *integro vitae fcelerisque puro* homine ufurpari, notum eft, vid. Iob. IX, 30. XXII, 30.

22. כִּי־שָׁמַרְתִּי דַּרְכֵי יְהוָה *Nam obfervavi vias Iovae. Vias obfervare* eft tanquam oftenfa ac demonftrata veftigia, per quae incedere debeamus, advertere. Figurate autem plerumque *viae Iovae* ejus praecepta ac mandata fignificant; quare noftra loquendi formula ftudium vitae, quam Iova praecipit, denotabit. וְלֹא־רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי *Nec impie egi a Deo meo*, deficiendo ab eo, conftructio praegnans. Sine ratione itaque Clericus ad genium linguae cenfuit accommodatius, fi legatur פָּשַׁעְתִּי, maxime quum ut plurimum non cum מ fed cum בּ conftrui foleat.

23. כִּי כָל־מִשְׁפָּטָיו לְנֶגְדִּי *Etenim omnes leges ejus in confpectu meo*, h. e. praefenti animo femper intueor, quid praeceperit Iova, quid huic probetur, et huic tum vitam meam conformo; quod repetit hemiftichio pofteriori: וְחֻקֹּתָיו לֹא־אָסִיר מֶנִּי *et ftatuta ejus non moveo a me.* מִשְׁפָּטִים et חֻקּוֹת proprie quidem ita differre volunt, ut illae fint leges *forenfes*, hae *ceremoniales;* hoc vero loco in genere omnia omnino divina praecepta indicari, vix monitu opus. — In exemplari carminis noftri altero, quod in Samuele exftat, legitur וְחֻקֹּתָיו לֹא־אָסוּר מִמֶּנָּה *et ftatuta ejus* quod attinet, *non deflexi ab eis*, five potius *ab eo*, i. e. ab ullo eorum. „Alexandrinus vertit hoc Pfalmorum loco οὐκ ἀπέστησαν ἀπ᾽ ἐμοῦ, a fi legiffet

לא

לֹא סָרוּ מִמֶּנִּי, quae lectio non omnino improbanda est, quia membra fic optime fibi refpondent; probabilius tamen eft, eum interpretem fenfum tantum eo modo exprimere voluiffe. Licet de ejusmodi mutationibus vix certi quid definiri poffit, auctori an librario cuidam adfcribi debeant, praeferrem tamen lectionem Pfalmorum, quam Clericus jam *paullo molliorem* pronunciavit. Syrus etiam et Vulgatus ita legiffe videntur in utraque editione, quare improbabilis non eft conjectura Vogelii a Roffio citati, putantis, אָסוּר a librariis ortum effe: idem forte de מִמֶּנָּה dicendum eft. Objici tamen poffet, faepius correctores folere faciliorem lectionem pro difficiliore fubftituere, adeoque difficiliorem fuiffe ipfius auctoris. Difplicet lectio quorundam Codd. מִמֶּנּוּ." REDDING.

24. וָאֱהִי תָמִים עִמּוֹ *Et fui integer*, fincero animo, *coram eo.* Ita Particula עִם vertenda eft etiam Pf. XXXIX, 13. גֵּר אָנֹכִי עִמָּךְ *peregrinus fum coram te;* 1 Sam. II, 26. וָטוֹב גַּם־עִם יְהוָה וְגַם עִם־אֲנָשִׁים *bonus tam coram Deo, quam coram hominibus.* — וָאֶשְׁתַּמֵּר מֵעֲוֹנִי *Et cavi me ab iniquitate mea*, i. e. ut VATABLUS explicat: „ad quam natura pronus fum;" cavi, ne fcelus admitterem, ad quod indoles et temperamentum inclinat. Sed aliter VOGEL: „Cavi, ne quid pravi admitterem. Latet enim in his verbis fingularis Hebraismus, ex breviloquentia Hebraeorum ortus, pro מֵאֲשֶׁר עָוֹן לִי, *cavique, quod reum me peragere potuiffet.* Cf. Pf. CXV, 7. collat. v. 5. et 6."

25. כְּבֹר יָדַי לְנֶגֶד עֵינָיו *Secundum puritatem manuum mearum*, quae *in confpectu oculorum fuorum*, quam optime novit, rependit mihi. In libro Samuelis fcribitur כְּבֹרִי. „Nulla fere codicum varietas ad h. l. adnotata eft, fed, excepta paraphrafi Chaldaica, omnes verfiones veteres libri Samuelis probare videntur, Pfalmi lectionem folam genuinam effe; cf. et Iob. XXII, 30." REDDING, qui Koehleri judicium hic fequutus eft.

26. עִם־חָסִיד תִּתְחַסָּד *Quicunque probitati ftudet, ei benigne facis*, עִם־גְּבַר תָּמִים תִּתַּמָּם *cum viro integritatis* in-

integre agis, i. e. non fruftraris eum fpe aut fiducia, in te collocata. Sed quum גְּבַר forma nominis fit Chaldaeis magis ufitata, quam Hebraeis, reponendum videtur, quod in Samuele legitur, גִּבּוֹר. Etfi enim hoc plerumque de *forti, heroe*, dicatur, quare Cappellus et Clericus hanc legendi rationem minus probant, videtur tamen, vivente lingua, latiore etiam fignificatione, de omni omnino viro ufurpatum fuiffe, pro גְּבַר, quemadmodum in fexcentis aliis vocibus eadem fignificatio diverfa forma exprimi folet. Certe I. I. SCHULTENS'II locutionis גִּבּוֹר תָּמִים interpretatio, qua *ftrenuus, potens integri*, eum denotet, qui fe *in integro ac recto omni, fortem et firmum praeftet*, parum placebit.

27. עִם־נָבָר תִּתְבָּרָר *Cum puro purum te exhibes*, cum candido candide agis. Sed pro תִּתְבָּרָר in Samuele תִּתָּבַר legitur, de quo interpretes non prorfus confentiunt. Plerique quidem 1) ad verbum בָּרַר referunt, fed nec hi uno modo. I) KIMCHI: תִּתָּבַר משפטו תִּתְבָּרַר ובא חסר הכפל ואם היה אמר תתבר ידמה מנחי הל"מד לפכך שמו תנועות תתבר בתתבר ודגש הת"יו להורות שהוא מפעלי הכפל *Vocabuli* תִּתָּבַר *regularis forma eft* תִּתְבָּרַר, *fequitur formam defectivorum mediae geminatae. Si autem dixiffet* תִּתְבַּר [quod ad formam *Hithpael* propius accedit], *videri potuiffet, effe ex anomalia quiefcentium Lamed* [i. e. tertiae radicalis ה, quafi radix בָּרָה effet; ad hunc itaque errorem evitandum, transpofuerunt vocales τοῦ תִּתְבַּר in תִּתָּבַר]. *Literae Tau vero Dagefch eft inditum, ut indicetur, effe ex verbis mediae geminatae* [cujus defectus per Dagefch compenfari folet.] 2) HEBENSTREITIO in hac forma duarum conjugationum, *Niphal* et *Hithpael*, confufio videtur effe. „Nempe *Niphal* (inquit) תִּבַּר ad formam תִּסַּב, et *Hithpael* eft תִּתְבָּרַר, ex quibus mixtis emanavit noftrum תִּתָּבָר, pro תִּתַּבַּר; fed pro *Patach* penultimo, fequente Dagefch, *Camez* retinetur, tanquam vocalis τοῦ ב ob indagefchabile ר in regulari תִּתְבָּרַר, vel etiam arbitrarie, qualis fubftitutio vocalis longae pro brevi fe-

quente

quente Dageſch, Hebraeis uſitatiſſima eſt; *Patach* autem ultimum ob Accentum in Camez mutatur. Cui affine eſt, aut certe illuſtrationis loco eſſe poteſt, ut ex multis unum adducamus, exemplum haud diſſimile הֻכַּבַּס ex Hophal הֻכַּבַּס et הִתְכַּבֵּס, Levit XIII, 56." 3) OPITIO חִתָּבֵר eſt forma Chaldaica. Nam Chaldaei literam ת verborum mediae geminatae in praeſormativa Conjugationis paſſivae *Ithpeel* per Dageſch forte, ob elegantiorem enunciationem ſolent geminare, ut אִתַּדַּק *comminutus fuit,* אִיתְּעַל, *illatus fuit:* אִתַּחַל, *violatus fuit.* Huc referendus KOEHLERUS, qui תִּתַּבָּר mendum exiſtimat, librarii Chaldaici incuria textui illatum. Quod vero A. SCHULTENSIUM dicit תִּתַּבָּר habuiſſe pro forma *Ittaphal,* in eo errat. Altingii potius haec opinio eſt, a Schultenſio memorata. Ipſe תִּתַּבָּר contractum putat pro תִּתְהַבַּר, in *Inſtitt. Hebr.* pag. 482. — II) VENEMA נָבַר explicandum cenſet ex Arabico نبر *intumuit;* תִּתַּבָּר vero derivat ab אָבַר, cui, collato Arabico أبر, *pungendi, rumpendi pungendo* notionem tribuit. Unde hanc interpretationem procudit: *cum purulento tumido te praeſtas robuſtum perruptorem;* quorum verborum ſenſum hunc eſſe dicit: Deum ſeſe tumido et inſolenti improbo praebere fortem, pungentem, et bellatorem, qui omnem illum tumorem expungat. In qua quidem ſententia parum eſt elegantiae. Nec majori plauſu digna quam cum Venema communicavit VERSCHUIR, interpretatio, allata ab illo in Nota ad Commentarium p. 599.: „Pro תתברר forſan rectius et elegantius legeretur תִּתְנַבָּר, propius ad hanc lectionem accedit illa, quae legitur 2 Sam. XXII, 57. תתנבר; haec autem forma תתנבר derivatur a נבר, quemadmodum praecedens נָבָר non eſt in Niphal a ברר, ſed nomen formatum a themate נבר, quod nuſpiam alibi in S. S. obvium, ſed apud Arabes conſervatum, notat *tumere, tumidum eſſe,* ut quando manus, aut aliud corporis membrum malo ulcere tumet;

tumet; unde نبرة talem *tumorem foedum*, feu *ulcus* notat, proprie quidem corporis, fed figurate animo *ulcus* tribuitur, quando malignis et purulentis affectibus tumet; quare nofter locus vertendus erit: *cum tumido praeftabis te tumidum,"* Nos quidem haud dubitamus, quam fupra primo loco attulimus, Kimchii fententiam noftram facere. Nec minor disfenfus in hemiftichio pofteriori: וְעִם־עִקֵּשׁ תִּתַּפָּל. Verbum תִּתַּפָּתָּל, pro quo in Samuele iterum contractae תִּתַּפָּל reperitur, 1) quidam ad verbum תָּפֵל, *infipidus fuit,* referunt, veluti COCCEIUS, qui vertit: *cum perverfo fatuum et infulfum te praebes,* fcil. agendo praeter fpem hominis distorti. 2) ALTINGIUS recurrit ad radicem פָּלַל, *judicare,* unde per formam *Hittaphal,* אִתְּפַּל, *judicem egit,* ut fit, *cum perverfo judicem agis.* 3) A. SCHULTENSIO a נָפַל, *cecidit,* defcendere videtur, unde הִפִּיל, in *Hiphil*, *ftravit*, et in *Hithpael* הִתְהַפֵּל, *luctatorem et ftratorem egit.* „Hoc iterum (inquit) fine ulla Anomalia in תִּתַּפֵּל contractum, unde תִּתַּפָּל et תִּתַּפָּתָּל unum idemque confignare quivis cernit." 4) Equidem eis accedo, qui ad verbum פָּתַל, فتل, *torfit,* (cf. A. Schultenfium ad Iob. V, 13.), referunt, vertuntque: *cum perverfo tortuofum, five perverfum, te praebes.* Verba עִקֵּשׁ et פָּתַל enim alias etiam conjunguntur, veluti Proverb. VIII, 8. *Recta funt omnia, quae eloquor,* אֵין בָּהֶם נִפְתָּל וְעִקֵּשׁ, *nihil in in iis contortum aut perverfum.* Et Deuter. XXXII, 5. דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל, *genus perverfum et tortuofum.* Senfus totius hujus Verfus eft hic, gerere fe Iovam erga homines pro eorum moribus; benefacere bonis, plectere malos. KIMCHI: וענין תִּתַּפָּל תביא עליו כדרכו הנפתלה וכן ענין אִם לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ יביא עליהם שיכשלו מליצנותם *Senfus hemiftichii pofterioris eft, retribues illi juxta mores ejus perverfos: quo fenfu etiam* Proverb. III, 34. Nonne fanniones ipfe illudet? *h. e. faciet, ut impingant et corruant in fua fubfannatione.*

28. Redit

28. Redit ad praedicandam Iovae in ſe bonitatem, ita probaturus, quod jam cecinit, bonum illum praebere ſe bonis, integris integrum, invertentem vero pravis: כי־אתה עם־עני הושיע *Nam tu populum adflictum ſervas*, iis, qui injuria immerito afficiuntur, auxilium praeſtare ſoles. ועינים רמות תשפיל *Oculosque ſublimes*, homines faſtuoſos et arroganter ſustollentes oculos, *deprimis.* His vero ad ſe atque hoſtes ſuos reſpicit, per adflictum populum ſe cum ſuis, per faſtuoſos vero hoſtes intelligens. — Hemiſtichium alterum in Samuele paullo aliter ſonat: ועיניך על־רמים תשפיל, quae verba non una ratione explicant. 1) Aliis eſt conſtructio, quae dici ſolet *praegnans*, quam KIMCHI ita exponit: עיניך על רמים תתן עד שתשפלם, *oculos tuos in ſuperbos intendis, ut eos humilies;* verbum תתן ex Levit. XVII, 10. ſupplet; potuiſſet etiam תשים ex Levit. XX, 5. Nec multo aliter LEVI Ben *Gerſon:* ר״ל עיניך על רמים להוכיחם עד שתשפילם *Vult hoc: oculi tui ſunt ſuper ſuperbos, ad puniendum eos, ut eos ſupprimas.* 2) HEBENSTREITIUS pronomen relativum אשר ſubaudit, vertitque: *oculos tuos intendis in ſuperbos, quos tu ſupprimis.* 3) DATHIUS nomen עיניך cum verbo תשפיל conjungit: *oculi tui ſuperbos deſpiciunt,* atque in nota obſervat, ſolere Hebraeos verbum ſingularis foem. gener. cum nomine pluralis numeri utriusque generis conſtruere, modo illud *rem,* non *perſonam* ſignificet, e. c. Pſ. XXXVII, 31. CXIX, 98. Ierem. II, 15. Cf. GLASSII *Philolog. S.* p. 328. ed. Dath. et SCHROEDERI Syntax. Reg. LXII. d). Vellem, locum alium attuliſſet, quo השפיל *deſpicere* ſignificet. Sed multo concinnior ea legendi ratio videtur quae in Pſalmo extat.

29. Sibi et ſuis latam divinitus opem *accenſae* a Iova *lucernae*, dejectosque hoſtes diſpulſis tenebris comparat: כי־אתה תאיר נרי *Tu enim accendiſti lucernam meam.* נר, *lampas, lucerna*, metaphorice ſaepe uſurpatur pro felicitate alicujus, ſtatuve proſpero aut ſplendido, ut Iob. XXI, 17. Proverb. XXIV, 20. נר רשעים ידעך, *lucer-*

lucerna improborum extinguetur; praefertim de fplendido Davidis regno ufurpatur 1 Reg. XI, 36. 2 Reg. VIII, 19. Illius igitur felicitas aut regnum *illuftratur*, cum, infortuniorum pulfa caligine, undique profpera quaeque affulgent; quod ipfum pofteriori hemiftichio ita exprimit: אֱלֹהַי יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי *Deus meus fplendere facit*, illuminat, *tenebras meas.* — In Samuele paullo aliter legitur: כִּי־אַתָּה נֵירִי יְהוָה וַיהוָה יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי *Nam tu, Iova, lucerna mea* (cf. fimiles imagines Pf. XXVII, 1. CXIX, 105. Iob. XXIX, 3.), *et Iova tenebras meas illuminat*, quod praetulerim, nifi quod pro וַיהוָה ex Pfalmo אֱלֹהַי reponendum putem.

30. Defcendit jam ad explicandam falutem, quam fibi Iova tulerat, et memorare incipit, ut adiutus ab eo hoftes fuos devicerit. כִּי בְךָ אָרֻץ גְּדוּד *Nam per Te infregi turmas*, fignificat proelia commiffa, in quibus victor evafit. KIMCHI: כי בך בעזרתך אשבר גדודי אויבי וארוץ משורש רצץ ובא בשורק או פירושו ארוץ לקראת גדוד אויבי ולא אירא מהם *Nam per te, i. e. per opem tuam, fregi hoftium meorum turmas,* אָרֻץ *enim a verbo* רָצַץ *defcendit, atque hic cum* Schurek *fcribitur* [contracte pro אָרוּץ]. *Alii ad verbum* רוּץ*, currere, referunt, ut fenfus fit, incurri in hoftium meorum turmas fine metu.* Sic verbum רוּץ faepius ufurpatur de incurfione hoftili, ut Iob. XV, 26, יָרוּץ אֵלָיו בְּצַוָּאר, *impetum in eum fecerat extenfo collo.* XVI, 14. יָרֻץ עָלַי כְּגִבּוֹר, *incurfavit in me inftar bellatoris.* Sed cum רוּץ alias particularum עַל five אֶל ope cum verbis jungi foleat, quarum nulla hoc loco legitur, mallem ad radicem רָצַץ noftrum יָרֻץ referre. — וּבֵאלֹהַי אֲדַלֶּג־שׁוּר *Et per Deum meum transilivi muros,* fignificat urbes a fe expugnatas. KIMCHI: אדלג חומת ערי אויבי לכובשם *transilivi muros urbium hoftium meorum, ut eas caperem.*

31. Hujus divinae erga fe bonitatis admiratione et laude plenus, nunc exclamat: הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ אִמְרַת־יְהוָה צְרוּפָה *Deum quod attinet integra,* recta eft *ejus via,* fine

fine dolofis anfractibus; jufte et veraciter cum fuis agere folet, promiffis facta probe refpondent, *fermo ejus igni probatus*, i. e. exploratiffimae et certiffimae veritatis eft; de quo loquendi modo cf. not. fupra ad Pf. XII, 7. — Ultima vero Verfus hujus particula exprimit, quid prioribus dicere voluerit: מָגֵן הוּא לְכֹל הַחֹסִים בּוֹ *Clypeus*, defenfor eft *omnium, qui in ipfo fuum praefidium collocant.* De formula חָסָה בּוֹ cf. not. ad Pf. II, 12.

32. כִּי מִי אֱלוֹהַּ מִבַּלְעֲדֵי יְהוָה, *Quisnam eft* Deus *praeter Iovam?* KIMCHI: שיפר אמרתו ומי ישיב גזרתו, *qui verbum fuum irritum reddat, aut quis decretum fuum revocet?* qui poffit impedire, quo minus praeftet promiffa, aut fuis opituletur, quemadmodum pollicitus eft? — וּמִי צוּר זוּלָתִי אֱלֹהֵינוּ *Et quis petra,* ita immutabilis, fugientibus ad fe tam potens propugnator (vid. fupra ad Vs. 3.), *praeter Deum noftrum?* — Pro זוּלָתִי in Samuele repetitur מִבַּלְעֲדֵי, ex hemiftichio priore. Sunt tamen codices, qui et ibi זוּלָתִי fervarint. — צוּר LXX. verterunt κτίστης (in Samuele) et θεὸς (in Pfalmo). Dubitari poteft, an aliud quid legerint. Trommius jam, citante Koehlero, „eos יצר legiffe conjecit, quod mihi non ita certum videtur. Forfan hoc modo fenfum exprimere voluerunt, quem צור hic habere putabant." REDDING.

33. Virtutem nunc, qua tot victoriis potitus eft, per partes canit; et primo quidem gloriatur, virtute fe heroica a Iova effe inftructum: הָאֵל הַמְאַזְּרֵנִי חָיִל *Deus eft, qui me accingit robore.* „Qui mihi robur conciliat. Proprie lumbi fuccinguntur. Porro in lumbis fedes eft virium. Igitur accingit lumbos meos fortitudine tanquam balteo aliquo. Ut hic *accingi robore*, fic alibi *indui fortitudine.* Forte in verbo latet nomen verbale, ut folet; *accingit me cingulo roboris.*" DRUSIUS. Metaphora a balteo ac cingulo, five, quo quis accinctus, ad laborem expeditior redditur, five a quo arma militis in aciem contendenti dependent, defumta eft. Cf. GLASSII *Philol. S.* p. 1157. 1190. ed. Dath. — In Samuele iterum lectionis

nis discrepantia: הָאֵל מָעוּזִּי חָיִל, quae verba non uno modo explicant. 1) Plerique ſubaudita conjunctione ו, reddunt: *Deus ille robur meum et virtus mea.* 2) Alii ſupplent particulam ב. Ita KIMCHI: פי׳ חיל בחיל כלומ׳ בכח או פירושו כשהייתי בחיל ובצבא היה הוא מעוזי Nomen חַיִל *hic idem eſt* ac בחיל, *cum robore. Niſi,* חַיִל *ſignificatione* exercitus *accepto, vertere malis: cum verſatus ſum in exercitu, ille erat robur meum.* 3) Alii מָעוּז repetendum putant. Sic LEVI Ben *Gerſon:* רל״ל האל הוא מעוזי חיל והרצון בו מעוז נפלא *Hoc vult dicere: Deus eſt robur meum, robur, inquam, fortitudinis, cujus loquendi formulae ſenſus eſt: robur admirabile et eximium.* Tale eſt in illo Ioſ. III, 14. הָאָרוֹן הַבְּרִית pro הָאָרוֹן אֲרוֹן הַבְּרִית *arcam, arcam, inquam, foederis*, item Pſ. LXXX, 5. אֱלֹהִים צְבָאוֹת pro אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, *Deus, Deus exercituum.* Idem Gerſonides 4) aliam adhuc vertendi rationem proponit: או ירצה בזה הנה האל הוא מעוזי לתת לי חיל וידמה שכן הוא כי כבר אמר בספר תהלים תמורה זה האל המאזרני חיל *Aut etiam hoc vult in hac lectione, ecce Deus eſt robur meum, ad dandum mihi virtutem. Et veriſimile eſt, eum hoc velle, quia dudum (ante quam liber Samuelis ſcriberetur) David in Pſalmo pro illo dixerat: tu accingis me robore;* cingere autem robore, et conferre, aut dare robur, ſenſu conveniunt. 5) COCCEIUS vertit *arx mea valida;* מָעוֹז enim ei idem eſt quod מָעוֹז, *arx, propugnaculum.* 6) Alexandrinus interpres vertit: κραταιῶν με δυνάμει, *roborans me potentia,* quaſi eſſet מְעַיְּזִי, Participium Hiphil. Sive enuntiavit הַמְעוֹזִי, Particip. *Piel.* 7) I. I. SCHULTENSIO מָעוֹז eſt forma Infinitivi Conjugationis Cal per מ praeformativum; unde verba הָאֵל מָעוּזִּי חַיִל vertit: *Deus ille roborare mei virtute;* i. e. Deus eſt, qui roborat me virtute. Verum illius formae Infinitivi exemplum alias extare puto nullum. Utra lectionum illarum ſit genuina, nemo facile definiverit; praeplacet tamen, quae in Pſalmo extat. — Quum vero bellum gerentibus non tantum maximis animis, verum ſingu-

ſingulari etiam ſucceſſu opus ſit; hunc etiam ſibi divina benignitate adſuiſſe canit in hemiſtichio poſteriori: וַיִּתֵּן תָּמִים דַּרְכִּי *Dedit*, fecit, reddidit (quo ſignificatu verbum נָתַן et alias occurrit, ut Pſ. XLIV, 12. Ezech. VI, 14.) *viam meam perfectam*, i. e. planam, expeditam, offendiculo omni carentem; ſucceſſus proſperos ubique mihi largitus eſt. — In Samuele et hic diverſitas. Legitur ibi: וַיַּתֵּר תָּמִים דַּרְכּוֹ, quod varie interpretantur. Occurrit verbum נָתַר in libris Hebraeis tam *ſolvendi*, quam *ſubſiliendi* ſignificatione. 1) Priori adhibita quidam vertunt: *ſolvit perfectam viam ſuam*, quod IARCHI explicat ſubaudiendo: מכל מכשול ומכל חטא ומכל מסוכת עד כי היה שלם וככוש *ob omni offendiculo, errore, ſepimento, ita ut ſit applanata et ſubacta.* Sed ratione paulo diverſa KIMCHI: ופי ויתר שהתיר ופתח דרכי במלחמה ושמהו תמים ושלם שלא נפקד אחד מאנשי במלחמה *Senſus τοῦ* וַיַּתֵּר *eſt, quod ſolvit, id eſt, aperuit viam mihi in bello eamque conſtituit ita perfectam et integram* (ſive *tutam*), *ut ne unus quidem militum meorum in bello deſideraretur*: cum in mediis hoſtium agminibus non haberem, quo evaderem, ſolvit me Deus ea quaſi obſidione, et tutam mihi viam veluti aperuit, meque illaeſum eduxit. — Sed qui 2) *ſaliendi, ſubſiliendi* ſignificationem adhibent, repentinam ac inopinatam opem Davidi latam exiſtimant indicari, q. d. ſubito aſſilire mihi fecit perſectam tutamque viam, ſive ſalutem et liberationem. Sic LEVI Ben *Gerſon:* ר״ל כל כן מהר להגיע אלו הטוב עד שהוא כאילו יתר ויקפץ דרכי אל המקום היותר שלם ותמים *Usque adeo feſtinavit adducere illud bonum, ut quaſi ſalire faceret* (*quod alias per* קָפַץ *exprimitur,* Cant. II, 8.) *viam meam in locum multo tutiſſimum.* Similiter R. IESAIA ad Samuelem, qui, וַיַּתֵּר פי׳, inquit כמו לנתר בהם שהוא מקפץ לפני דרכי לרוץ כשהייתי בורח מפני שאול *explicandum eſt ex Levit. XI,* 21. (ubi de *ſalientibus volucribus* uſurpatur), *ut ſenſus ſit: Iova exilire fecit coram me viam meam ad currendum* [h. e. repente mihi viam ad fugam pandit], *ut cum fug-*

fugerem a Saule; vid. 1 Sam. XIX, 12. XXIII, 26. Ab his discedit 3) I. I. SCHULTENSIUS, qui, postquam multum in eo laborasset, ut ostenderet, collato Arabum نتر, esse propriam ejus verbi potestatem in *vibramine tremulo*, in *tensa pulsave chorda* sitam, locum nostrum sic reddit: *et elibravit perfectissime viam meam sibi*, ad *amussim* quasi et *funiculum mensorium complanatissimam* simul, simul *munitissimam viam* mihi *perlibravit.* Quae omnia quam longe sint quaesita, quisque intelliget ipse. Neque ex lectione וַיַּתֵּר facile sensum concinnum elicias. Quare non dubito, esse וַיִּתֵּן a Davide scriptum. Litterarum ר et ן commutatio vero satis erat proclivis, eamque in Alexandrini interpretis codice jam extitisse, inde colligere licet, quod is vertit ἐξετίναξεν ἄμωμον (ita in Vaticano codice legitur, quod genuinum videtur, non ἐξέτεινε, ut est in Alexandrino, aut ἔθετο, ut est in Aldina et Complutensi editione, ex Psalmo nostro). Adhibuit Chaldaici נְתַר significationem, *defluxit, decidit.* Sed interpretatio illa sensu caret. Ceteri vero antiqui interpretes tantum non omnes, in Samuele etiam וַיִּתֵּן exhibent. Et pro דַּרְכּוֹ in Samuele דַּרְכִּי legendum esse, ipsi Masorethae monent.

34. Praeterea magnam quoque corporis celeritatem et agilitatem a Iova sibi suppeditatam canit, quam inter primas herois virtutes a veteribus habitam fuisse, norunt, qui vel primum Iliados librum legerint, ubi Achilles semper πόδας ὠκὺς, *pedibus celer*, dicitur, v.l c. A, 58. cf. Odyss. VII, 147. [illegible] 1 Paralip. XII, 8. ii, qui e tribu Gad ad Davidem venerant. memorantur *facie leonibus, pedum celeritate capreis similes fuisse* (וּפְנֵי אַרְיֵה פְּנֵיהֶם וְכִצְבָאִים עַל־הֶהָרִים לְמַהֵר), et ea laude bello illos maxime idoneos scriptor praedicare voluit. Ita poeta noster de se ipso: מְשַׁוֶּה רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת *Ponens*, efficiens, *pedes meos tanquam cervarum*, cervarum pedibus meos similes fecit. Verbi שָׁוָה notio primitiva videtur esse *aequare,*

com-

complanare, quae Arabico سوي ineſt, unde reliquae ſignificationes, *exaequare*, aequalem facere, porro *aequaliter*, *convenienier* et *apte ponere*, nec non *ponere* ſimpliciter, facile deducuntur. Quaeritur, cur אַיָּלוֹת, *cervae*, potius quam אַיָּלִים, *cervi*, dictum ſit. Atque ejus quidem rei varii rationes afferunt varias. 1) Ex IARCHII ſententia in cervino genere רגלי הנקבות עומדות ביושר משל זכרים *foemellis crura ſunt rectiora*, et ex conſequenti firmiora, *quam maſculis*; quod commentitium videtur, quum cervorum foeminis nil tale tribuant naturae ſcriptores. 2) Alii *agiliores* opinantur eſſe cervis maſculis cervas, quod corinum pondere nullae praegraventur. Nec hoc tamen teſtimoniis fide dignis conſtat. Quare 3) ego GATACKERO accedo, qui in *Adverſarr. Miſcellann.* Lib. II. Cap. VIII. p. 310., „mihi," inquit, „אַיָּלוֹת nomine, etiamſi formula ſit foeminina, ſexus uterque promiſcue deſignatus videtur, ſicut et אֲתֹנוֹת nomine, cum tamen foemininum ſit, tam aſini, quam et aſinae comprehenduntur Geneſ. XII, 16. Iob. I, 3. XLII, 12. Sed et אָתוֹן ſingulare, cum formam praeferat maſculinam; ἐπικοίνως tamen et ipſum adhibetur. Itaque in Balaami hiſtoria Num. XXII, 23. 25. 30. 33. verbis foemininis junctum identidem reperitur, quod et idem de voce חֲמוֹר patet ex Exod. XIII, 13. ubi פֶּטֶר חֲמוֹר, *apertura aſini*, dicitur foetus is, qui aſinae vulvam primus recludit. — — Animalium vocabulis citra formationis reſpectum, nunc de meliore, nunc de ſequiore ſexu utuntur ſcriptores ſacri, quod ad Ierem. II, 24. Camius [Kimchi] obſervat, quo loco cum nomen ipſum, tum et attributa formam maſculam habent, quum tamen de femina cevente maremque ſectante agatur. — Nec exteri ſecus. Graeci enim in quibusdam maſculeam formam frequentius, in aliis foemineam familiarius uſurpant. De elephante Ariſtoteles *Hiſtor. Animal.* L. VI, c. 27. ὁ δ' ἐλέφας ὀχεύει καὶ ὀχεύεται προ τῶν κ' ἐτῶν *Elephas init et initur ante annum viceſimum.* Et L. V, c. 14. ὄν

δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ, τούτου πάλιν οὐχ ἅπτεται, quem impraegnaverit, eum non attingit denuo. At contra de *cervis,* prout et Hebraei, genere foemineo utuntur crebrius. Sic enim Philofophus idem, operis ejusdem L. VI, c. 29. Ἡ δ' ἔλαφος τὴν μὲν ὀχείαν ποιεῖ, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον, *Cervus coitum perficit, prout fupra dictum eft.*" Cf. STORRII *Obfervatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 89. Poeta vero nofter quid formula illa *factos fuiffe pedes fuos cervinorum inftar*, defignare voluerit, non confentiunt interpretes. 1) BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. Lib. II. Cap. XVII. [T. II. p. 256. feq. ed Lipf.] ad inconcuffam pedum et inceffus firmitatem haec pertinere putat, quia cervi maxime pedibus valent, duriffimamque habere ungulam dicuntur, quare VIRGILIUS *Aeneid.* L. VI. Vs. 884. *cervam* vocat *aeripedem*, et Arabicus Samuelis interpretes vertit: ثبّت قدمي وصلبها مثل ارجل الايل, *firmavit pedes meos et folidavit eos ut pedes cervi.* Ego tamen eorum fententiam magis probo, 2) qui *agilitatem, celeritatemque* indicari putent, ac eam quidem, quae in hoftibus fugiendis adhibetur, quemadmodum cervi facile rupes afcendunt, et loca inacceffa, unde venatores cum contemtu defpiciunt; quare poeta ftatim fubdit: וְעַל בָּמוֹתַי יַעֲמִידֵנִי, *et fupra excelfa mea ftare me fecit,* i. e. ad loca inacceffa, quibus tutus effem, et quorfum vis hoftilis penetrare non potuit, me perduxit. Qui hoftem fugit, folet montes et rupes petere, ad quas non tam facilis eft acceffus. Alii *locis excelfis* arces hoftium, a Davide expugnatas, intelligunt. Quod fi fumas, fimilitudine, hemiftichio priori adhibita, loca munitiffima cum celeritate et facilitate eximia fuperandi occupandique facultas adumbrabitur. Pronomen voci בָּמוֹת additum Alexandrinus, Vulgatus, Syrus et Arabs nec hic, nec in Samuele exprimunt, unde tamen minime fequitur, eos illud in fuis codicibus non legiffe. Exprimitur vero a Chaldaeo: וְעַל בֵּית תּוּקְפִּי יְקִימְנַנִי, *in domo fortitudinis meae collocat me,*

me, arcem Davidis regiam forfan intelligens; atque ab Aquila: *καὶ ἐπὶ τὰ ὑψώματά μου στήσεις με.* Extat etiam fuffixum in Habacuci loco parallelo, III, 19., qui aperte ex noftro eft defumtus. Eft autem pleonaftice hic additum, ut in locis aliis *innumeris*.

35. Manuum datam promtitudinem et lacertorum infigne robur nunc praedicat: מְלַמֵּד יָדַי לַמִּלְחָמָה *docens manus meas ad bellum*, gerere bellum; quod fortiter toties pugnavi, illud fane Iovae acceptum refero, cujus magifterio formatus fum ad militiam, *qui*, ut dicitur Pf. CXLIV, 1. הַמְלַמֵּד יָדַי לַקְרָב אֶצְבְּעוֹתַי לַמִּלְחָמָה *informat manus meas ad proelium, et digitos meos ad bellum.* — Sequitur noftro loco: וְנִחֲתָה קֶשֶׁת־נְחוּשָׁה זְרוֹעֹתָי qua in dictione explicanda verbum וְנִחֲתָה magnam interpretationis discrepantiam creat. I) Sunt, qui ad radicem חָתַת, *confregit*, referant, praefixoque *Beth* ante nomen זְרוֹעֹתָי fubaudito, vertant: *confractus eft arcus aeneus* (hoftis) *brachiis meis.* Quae KIMCHII eft interpretatio: כך למד ידי עד שיפילו קשת נחושה מאויבי והיתה נשברה בזרועותי *Ita inftruxit manus meas ad proelium, ut excufferint arcum chalybeum e manibus hoftium, meisque brachiis facile fuerit confractus.* Atque ad Samuelem notat: ונחתה שרשו חתת והוא נפעלי מפעל הכפל, *effe* נִחֲתָה *a verbo* חָתַת *derivandum, et formam* Niphal *verbi fecundam radicalem geminantis.* Sed Aben-Efra obfervat, literam *Nun* effe שרש, *radicalem*, ut Pf. XXXVIII, 3. וַתִּנְחַת עָלַי יָדֶךָ, adeoque dictionem noftram II) ad verbum נָחַת, *defcendit*, referendum. Neque tamen, qui hoc probant, confentiunt. Aliis enim נִחֲתָה 1) eft *Niphal*, ut IARCHIO: ופעל שלו נחת וכשמת פעל בא דגש ומחסר את הנון ונחתה מגזרת ננחתה *Radix* (f. Conjugatio *Cal*) *eft* נָחַת, *quae fi formam* Paffivam *inducit, literam* Nun *abjicit, atque per* Dagefch *compenfat: ut itaque* נִחֲתָה *hic pofitum fit pro* נִנְחֲתָה, quemadmodum נִחַר Pf. LXIX, 4. pro נִנְחַר; nec non נִבַּק Iefaj. XIX, 7. pro נִנְבַּק; item נִגְּרָה Thren. III, 49. pro נִנְגְּרָה. Aliis vero 2) eft *Piel*, vertendum, *defcendere fe-*

 cit

cit. Utrique tamen confentiunt in eo, ut *defcenfum arcus* indicare ejus *tenfionem* pronuntient. Locutionis rationem LEVI Ben Gerfon aperire conatur in *Commentario ad Samuelem:* וענין ההורדה בקשת היא הורדת ראשי הקשת בכפיפתו כדי לירות בו חצים או יהיה חסר יתר אז יהיה הרצון והוריד יתר קשת נחושה כל אחד מזרועותי בענין היתר הוא שיורידוהו אל המקום מהקשת המוגבל לירות משם החצים *Defcenfus ille, qui arcui adfcribitur, eft defcenfus cornuum ejus, cum inclinantur, ut fagittae emitti poffint. Vel fubaudiendum eft nomen* יֶתֶר, nervus. *Tunc erit fenfus: unumquodque brachiorum meorum defcendere facit arcus aenei nervum, eum enim de arcu deduci attrahique,* f. tendi, *eo usque oportet, dum refiliendo fagittas ejaculetur.* Neque alienus ab hac explicatione eft A. SCHULTENSIUS in *Animadverff. Philoll.* „נִחַת קֶשֶׁת (inquit), *demergere arcum,* non fimpliciter *tendere* notat, fed *validiffime attrahere* et *incurvare.* Arabes hoc docebunt. Verbum غرق eft *fubfidere.* In II. quae *Pihel* refpondet, dicunt غرق في القوس *demerfit arcum,* i. e, exponente Golio, *fumma, qua potuit vi, traxit et tetendit arcum.* Ita et in *Hiphil,* feu IV. Conjug. أغرق في القوس. Arcum aeneum intendere poffe, fummarum virium fignum femper eft habitum. Nota eft in hanc rem e profanis de Ulyffe hiftoria. Ceterum verti poterit: *defcendere factus eft;* unde ב ante זְרֹעֹתָי effet fupplendum, vel, quod praefero, ex *Piel, defcendere fecerunt brachia mea arcum aeneum.* Hanc conftructionem confirmat locus parallelus 2 Sam. XXII., ubi legitur נִחַת, quod τῷ קֶשֶׁת jungi nequit, at cum זְרֹעֹתָי recte, nam foeminin. plural. connecti mafcul. alibi ex Arabifmo doceo [vid. SCHROEDERI *Syntax.* Reg. LXII, et I. D. MICHAELIS *Grammat. Arabic.* §. 70. 71.]." Alexandrinus interpres hunc locum ita vertit: *καὶ ἔθου τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου* quod Vulgatus fequitur: *et pofuifti*

ſuiſti ut arcum aereum brachia mea. Legiſſe illum in ſuo codice וְנִחֲתָה, obſervavit jam AGELLIUS, et probavit: „quod admodum (inquit) placet: tantam firmitatem, tantum robur brachiis meis indidiſti, ut arcus ferreus viderentur. Poſtquam enim expoſuit agilitatem et firmitatem pedum, reliquum erat, ut indicaret firmitatem brachiorum.“ Eundem ſenſum exprimit Chaldaeus: וּמַתְקֵיף הֵיךְ קֶשֶׁת בַּרְכּוֹמָא דְרָעָי, *roborat inſtar arcus aenei brachia mea.* Nec non Syrus: ܘܚܣܢ ܐܝܟ ܩܫܬܐ ܕܢܚܫܐ ܕܪ̈ܥܝ, *et firmavit ſicut arcum aeris brachia mea.* Et legitur quoque in eorum codicum, quos Kennicottus contulit, uno, וְנִחֲתָה. Quibus teſtimoniis motus HAENLEIN in *Obſervatt. Critt. atque Exegett. ad loca quaedam Vet. Teſtam.* p. 12. non dubitat, Koehlero praeeunte, illam veterum interpretum legendi rationem vulgato praeferre, ſenſumque hujus hemiſtichii ſublimiorem atque poeſeos indoli magis convenientem inde elicere: *ſimilia reddis brachia mea arcui aeneo,* i. e. firma hoſtibusque meis terribilia. Videtur tamen rarius, quale וְנִחֲתָה eſt, uſitatori נִחֲתָה praeferendum, praeſertim quum in Samuele Alexandrinus manifeſte hodiernam lectionem, נִחַת, exhibeat, vertit enim: *κατάξας τόξον χαλκοῦν ἐν βραχίονί μου· inclinaſti,* flexiſti, adduxiſti *arcum aereum brachio meo.* In Pſalterio ex officina Ioan. Cratonis, Vitemberg. 1566. in octonis edito pro וְנִחֲתָה legitur וְנִעֲתָה. „Quae lectio, inquit HAENLEIN l. c., quamvis poſthabenda vel vulgatae, vel antiquiori in verſionibus veterum interpretum expreſſae, et ex mendo fortaſſe, ſive ſcribae, ſive typographi orta, ſenſum tamen fundit haud contemnendum, dummodo aliis animetur punctis vocalibus, וְנֻעֲתָה. Sic enim enunciata haec vox ab עות, *curvus fuit,* media tamen ו hic quieſcente, quod alias huic verbo inſolitum eſt, derivari, vertique poſſet, *incurvatur brachiis meis arcus aeneus.*“ — נְחוּשָׁה KIMCHI eſſe dicit הברזל החזק *ferrum perdurum;* ſed monet DRUSIUS in *Quaeſtt.* Ebra-

Ebraicc. L. I. Qu. LXXI. arma antiquitus ex aere fabricata fuiſſe propter ferri penuriam. „Teſtatur clare HESIODUS [Εργ. καὶ ἡμερ. V. 149. ſeq.]

Τοῖς δ' ἦν, inquit, χάλκεα μὲν τεύχη
[*Arma aerea illis erant*]

et mox

— — Μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.
[*Nondum nigrum ferrum exſtabat*].

Quem locum enarrans Proclus ita ſcribit: *In armorum fabricatura aere utebantur, quodam ad id ſolidandum temperamento adhibito; quod temperamentum cum defeciſſet, ad ferrum tandem deventum eſt.* Eadem ſcribit Tzetzes, alter Heſiodi interpres. Quin Alcaeus poeta apud Athenaeum meminit tibialium, quae ex aere fiebant, et enſium quoque.“ LUCRETIUS *de Rer. Nat.* L. V. Vs. 1282.

Arma antiqua manus, ungues, dentesque fuere;
Et lapides et item ſylvarum fragmina rami:
Poſterius ferri vis eſt aerisque reperta,
Et prior aeris erat quam ferri cognitus uſus.

Maſſagetas narrat HERODOTUS L. I. Cap. 25. haſtas, pharetras et ſagares ex aere parare [ὅσα ἐς αἰχμὰς, καὶ ἄρδεις, καὶ σαγάρεις, χαλκεῖ τὰ πάντα χρέωνται]. Cf. POTTERI *Archaeol. Graec.* P. II. p. 45. ſequ. ex Verſ. Rambach.

36. וַתִּתֶּן־לִי מָגֵן יִשְׁעֶךָ *Dediſti mihi clypeum ſalutis tuae,* auxilium tuum in proeliis clypei inſtar mihi fuit, cum ad me protegendum, tum ad repellendos hoſtes; id quod planius dicit, cum ſubjungit: וִימִינְךָ תִסְעָדֵנִי, *et dextera tua me ſuffulſit,* ne hoſtium ictibus, laboribus et periculis ſuccubuerim unquam. In Samuele haec verba non leguntur, licet et ibi a Syro et Arabe expreſſa, ſed haud dubie e Pſalmo noſtro inſerta. — וְעַנְוַתְךָ תַרְבֵּנִי *Et benignitas tua multiplicavit me.* עֲנָוָה, quod proprie *manſuetudinem* ſignificat, ut Zeph. II, 3. Pſ. XLV, 5. (quibus locis cum צֶדֶק jungitur), cum de Deo uſurpatur, *clementiam* deſignat, qua ſupplicibus auxilium praeſtat. Senſum recte KIMCHI explicat: אף על פי שהייתי בעם מעט

מעט ואויבי בעם רב אני הייתי מנצח כי ענוותך היתה עמי כאילו הייתי אני עם רב מהם *quamquam hoſtes copiarum numero me ſuperarent, ego tamen victor evaſi, nam tua benignitas effecit, ut ego cum paucis hominibus licet numeroſos vicerim, perinde ac ſi militum numero ſuperaſſem.* DATHIUS, Venemam ſequutus, עֲנָוָה *opulentiam, divitias* interpretatur, ex Arabum غني, *dives fuit, nullius rei indiguit* (cf. A. SCHULTENSII not. ad *Harir. Conſeſſ. I.* p. 17. et III. p. 154.). Quare vertit: *divitiis tuis me auges,* quibus verbis Davidem exiſtimat divitias ſuas tot bellis congeſtas, liberalitati Iehovae acceptas referre. Cui interpretationi tamen recte opponit REDDINGIUS, poetam in tota hac orationis ſerie agere de auxilio, quod Iova ſibi in ipſa acie praeſtiterit, non vero de fructibus, quos ex una vel pluribus victoriis reportaverit, opulentiſſimis. — In Samuele pro עַנְוָתְךָ legitur עֲנֹתְךָ, quod non uno modo explicant. 1) Quibusdam eſt nomen ejusdem formae grammaticae, ejusdemque ſignificationis, niſi quod ו, in Pſalmo expreſſum et mobile, in Samuele quieſcat. Ita R. IESAIA: וענותך כמו וענוותך ונעלם הו״ כמו ועלתה וְעוֹלָתָה קָפְצָה שהוא כמו ועלתה i. e. וַעֲנֹתְךָ *idem eſt ac* וַעֲנְוָתְךָ, *nam ibi delideſcit* ו *ſicut Iob. V,* 16. *in* וְעוֹלָתָה, *iniquitas, cujus loco Pſ. CVII,* 41. *in eadem locutione* עַוְלָה *ponitur.* Et KIMCHI ad Samuelem: ובספר תהלים וענותך בקראת הו״ו מן עֵקֶב עֲנָוָה יִרְאַת יְיָ וַעֲנָוִים יִירְשׁוּ אָרֶץ שהוא [illegible]חסידות ורוח נמוכה ויהיה וענותך הנכתב הנה כמוהו ואף על פי שכחה הו״ו *In libro [illegible]lmorum eſt* וְעַנְוָתְךָ, *cum lectione τοῦ* ו, *cujus vocabul[illegible]gnificatio eadem h. l. eſt, quae Prov. XXII, 4. et Pſ. XXXVII, 11., ubi* benignitatem *et* mentem manſuetam *indicat;* eſtque τὸ וַעֲנֹתְךָ, *quod hic* (in L. Sam.) *extat, idem ac illud* וְעַנְוָתְךָ, *etiamſi hoc loco* ו *quieſcat.* — 2) Chaldaeus עֲנוֹתְךָ pro Infinitivo verbi עָנָה, *reſpondit, exaudivit, precibus annuit,* accipiebat, vertit enim: וּבְמֵימְרָךְ אַסְגֵּיתַנִי, *per verbum tuum me multiplicaſti.* — 3) Alii, inter quos MI-

CHAE-

CHAELIS, עַנְוָתְךָ enuntiant, quod interpretantur: *humiliari s. adfligere tuum*, i. e. disciplina tua, *me adauxit*. Ita non Syrus tantum, qui ܡܪܕܘܬܟ, *castigatio tua*, posuit, verum Alexandrinus quoque, Theodotion et Symmachus. Duorum priorum interpretationes in hodiernis Alexandrinae versionis editionibus conjunctae sunt; legitur enim in illis: *καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει* quae Vulgatus reddit: *et disciplina tua ipsa me in finem, et disciplina tua ipsa me docebit*: ad quae verba AGELLII apponere observationem operae pretium fuerit: „Haec extrema verba„ *et disciplina tua ipsa me docebit*, non sunt LXX. sed adjecta e Theodotionis interpretatione. Duae sunt igitur eorundem Hebraeorum verborum interpretationes, prior LXX., posterior Theodotionis. Pro eo autem, quod LXX. dixerunt: *et disciplina tua correxit me in finem*, in libro secundo Samuelis transtulerunt iidem: *καὶ ἡ ὑπακοή σου ἐπλήθυνέ με· et obedientia tua multiplicavit me*. Quod etiam Symmachus in hoc loco dixit: *καὶ τὸ ὑπακούειν μέ αὐξήσει με· et quod obtemperavi tibi*, id me augebit. Ergo *παιδεία*, *disciplina*, sic est accipienda, quod me tuis verbis obtemperantem, et dictis tuis obsequentem praebui, haec me subjectio extulit, et sublimem reddidit: nam *correxit* ita intelligendum puto, *elevavit*, magnum fecit, ideoque *ἀνώρθωσεν* posuerunt, quod etiamsi *corrigere* significet, a[illegible]ndo tamen idem est, quod *sublevare*, jacentem erig[illegible]. Quod vero Theodotion dixit: *διδάξει*, *docebit*, id [illegible]t ex ea significatione Hebraei verbi רָבַב, qua solent Hebraei magistros et doctores *Rabbi* vocare. Ergo erit sensus fere idem: disciplina tua, quod tibi ausculto, et humiliter obtempero, quod tanquam discipulus me tibi magistro subdidi, id me magistrum et magnum faciet, cumulabitque sapientia ac doctrina. Itaque LXX. generaliter dixerunt *ἀνώρθωσεν*, *erexit*, extulit, magnum fecit; Theodotion specialiter *magnum sapientia atque doctri-*

doctrina reddet, intellexit. Hebraei pro *diſciplina* manſuetudinem interpretari maluerunt, quod Hebraice eſt עֲנָוָה, quos ſequutus Aquila reddidit: *καὶ πραότης σου ἐπλήθυνέ με· et manſuetudo tua multiplicavit me.* Sed LXX. interpretatio et Theodotionis praeponenda eſt," quod mihi quidem aliter videtur: hemiſtichiorum parallelismo certe magis congruit ea verborum Hebraeorum in Pſalmo noſtro interpretatio, quam primo loco e Kimchio attulimus. Inoffenſum et expeditum curſum in hoſtibus perſequendis a Iova ſibi conceſſum nunc praedicat:

37. תַּרְחִיב צַעֲדִי תַחְתָּי *Dilataſti greſſum meum ſub me*, latum mihi locum praeſtitiſti, ubi tuto pedes figerem. Nam ubi anguſtus eſt locus, neque tantus, ut ad veſtigia ſuſtinenda ſufficiat, ibi plerumque pes labitur. Ita Pſ. XXXI, 9. *Non concluſiſti me in hoſtium meorum manus,* הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי, *in locum ſpatioſum conſtituiſti pedes meos.* Et Proverb. IV, 12. בְּלֶכְתְּךָ לֹא יֵצַר צַעֲדֶךָ *Cum incedes, non prementur tua veſtigia,* וְאִם־תָּרוּץ לֹא תִכָּשֵׁל *et ſi curres, non impinges.* Sic et noſter addit: וְלֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי *Neque tali mei vacillarunt.* Hoc igitur dicit: ſic firmaſti veſtigia mea, dum currerem, et hoſtes meos perſequerer, tanquam ſi per ſpatioſam planamque viam incederem, ubi latiſſimum haberem ſpatium ad figenda firmiter veſtigia.

38. אֶרְדּוֹף אוֹיְבַי וְאַשִּׂיגֵם *Perſequutus ſum hoſtes meos et aſſequutus*, evadere ſua celeritate ac dolis nequibant, quin penitus a me proſternerentur. In Samuele pro וְאַשִּׂיגֵם extat וָאַשְׁמִידֵם, *eosque perdidi.* Prius praeferendum cenſet KOEHLERUS, quod poetae menti obverſata putat verba Moſis Exod. XV, 9. אָמַר אוֹיֵב אֶרְדֹּף אַשִּׂיג *Dixit hoſtis: perſequar, aſſequar.* Eadem locutio reperitur Pſ. VII, 6. יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי וְיַשֵּׂג *Perſequitur hoſtis animam meam et aſſequitur.* Verum hoc ipſum in cauſa eſſe potuit, ut librarius aliquis formulam ſaepius occurrentem, ſibique notiorem, pro rariore poneret. — וְלֹא־אָשׁוּב עַד־כַּלּוֹתָם *Neque reverſus ſum, usque dum eos*

con-

tur מְשַׂנְאַי וָאַצְמִיתֵם *ofores meos* dedifti mihi quoad cervicem, quod fubaudiendum ex hemiftichio priori, *atque filere eos juffi*, quam loquendi formulam, ut minus ufitatam, praetulerim. Alexandrinus verbum in fecunda perfona reddit, tam hoc loco (καὶ τοὺς μισοῦντας με ἐξωλόθρευσας), quam in Samuele (τοὺς μισοῦντάς με, καὶ ἐθανάτωσας), unde Koehlerus colligit, illum, nifi ipfe quidquam mutaverit, legiffe five וַתַּצְמִיתֵם, five in Praeter. Hiphil וְהִצְמַתָּם.

42. יְשַׁוְּעוּ וְאֵין מוֹשִׁיעַ *Vociferati funt* auxilii ferendi caufa, five ad Iovam, fi hoftes ex Ifraelitico populo spectat, five, fi hemiftichio hoc priori barbaros intelligit, ad Deos fuos (לעבודה זרה שלהם, ut Iarchi inquit); *nec erat falvans.* Elegans, ex Hebraeorum fenfu, verborum fimilitudo in יְשַׁוְּעוּ et מוֹשִׁיעַ, quam feliciffime Alexandrinus eft imitatus in Samuele: βοήσονται καὶ οὐκ ἔστι βοηθῶν, *opem implorabunt, nec eft opem ferens*, quamvis ibi in Hebraeo hodie legatur יִשְׁעוּ, *circumfpectarunt*, auxilium opemque quaerentes. Sed recte CLERICUS: „magis placet lectio Pfalmi, שִׁוְּעוּ, ob fequentia verba עַל יְהוָה וְלֹא-עָנָם *ad Iovam, neque illis refpondit*, annuit, quae verba oftendunt, praecedere oportuiffe verbum, quod fignificat *clamare*, aut *invocare*.“ Ceterum עַל hic, ut alias faepe, ponitur pro אֶל, quod in Samuele extat.

43. וְאֶשְׁחָקֵם כְּעָפָר עַל-פְּנֵי-רוּחַ *Comminui eos inftar pulveris ante faciem venti*, coram vento, i. e. comminui eos et diffipavi, quemadmodum vento pulvis diffipatur: *conftructio*; quam vocant, *praegnans*, in qua verbum *disfipare* latet, non enim nifi comminutus pulvis a vento diffipatur, et pulvis comminutus, fi vento expofitus fit, ab eo non poteft non disfipari. — In Samuele fimplicius: וְאֶשְׁחָקֵם כַּעֲפַר-אָרֶץ *Pulveris terrae inftar illos comminui.* כְּטִיט חוּצוֹת אֲרִיקֵם *Sicut lutum platearum effudi*, everri, *illos*; imago fatis quidem apta ad abjectiffimam devictorum hoftium conditionem exprimendam; verumtamen praeferendum videtur, quod in Samuele habetur, אֲדִקֵּם,

con-

contudi eos, quod magis confonat verbo שָׁחַק in priori hemiftichio. Similitudo arceffita vel inde, cum terra antea folida et denfa, affufis aquis diluitur, et pedibus laterariorum aut aliorum opificum, quorum labor in argilla, limo aut calce macerandis occupatur, attenuari folet; vel cum per imbres humectata, viatorum itione comminuitur, ut coenum five lutum fiat, quale eft, quo plateas viasque, inprimis ubi frequentia hominum teruntur, tempeftate pluvia obductas videmus. Id expreffit Chaldaeus interpres verbo בְּעַט, *conculcavit*, quod h. l. in Pfalmis adhibuit. Quod additur in Samuele, אֶרְקָעֵם, *calcavi eos* (ea enim notione hic fumendum eft verbum רָקַע, ut Ezech. VI, 11. cf. not. ad Genef. I, 6.), gloffema fapit.

44. תְּפַלְּטֵנִי מֵרִיבֵי עָם *Eripis me a contentionibus populorum*, etenim nomen עָם collective hic effe intelligendum, cognofcitur ex iis, quae in altera verficuli parte fequuntur, גּוֹיִם et עַם, quod pofterius cum verbo plurali jungitur. In Samuele legitur עַמִּי, cum fuffixo, *populi mei*, quare interpretes, quos vidi, tantum non omnes, haec ad bella civilia referunt, a Saule et Abfalomo commota, a quibus Davidem Iova eripuit, cum effecit, ut totus fe illi populus Ifraeliticus ultro fubderet, vid. 2 Sam. V. et 1 Paral. XI. XII. Sed quum reliqua, ut monuimus, verficuli pars de exteris populis agat, ego eam legendi rationem, quae in Pfalmo extat, cenfeo praeferendam. Et fortaffe in Samuele olim extiterat עַמִּים, quod ipfum in duobus codicibus repererat Kennicottus, unde facile hodiernum עַמִּי oriri potuit. Certe Alexandrinus eo loco λαῶν ponit, licet in Pfalmo fingularem, λαοῦ, exprefferit. Nullus praeterea veterum interpretum, fi Vulgatum in Samuele excipias, fuffixum reddidit. Verum et ipfum עַמִּי pro forma Pluralis habent Grammatici ex Iudaeis non pauci. Mafora in Samuele obfervat: ג׳ סבירין, עמים tria loca in codice occurrere, quibus עַמִּי pro עַמִּים accipi poffe videatur, 2 Sam. XXII, 44. Thren. III, 14. Pf. CXLIV, 2. Idem aliis videtur de לְבָרִי, *ad primores*, 2 Reg.

2 Reg. XI, 4; it. הַכָּרִי ibid. v. 19. חִצַּי *ſagittas*, 2 Sam. XX, 38. Cf. GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 525. Quod ipſum attingit KIMCHI cum ad עַמִּי notat: כמו עמים, *poſitum eſt pro* עַמִּים, et allegat Pſ. CXLIV, 2., quamvis addat: ויתכן לפי׳ כמשמעו והוא שאול והסומכים אותו, *rectius tamen, ſi ſenſu literali accipiatur de Saule ejusque aſſeclis.* Clarius poetae ſententiam ſuam explicat, dum addit: תְּשִׂימֵנִי לְרֹאשׁ גּוֹיִם *Conſtituiſti me caput, principem gentium.* In Samuele תִּשְׁמְרֵנִי *ſervaſti me*, legitur, quod alii interpretantur: conſervaſti me, et conſervatum gentium principem conſtituiſti, ut KIMCHI: שמרתני ונחת עיניך בי לטובה עד שהייתי לראש גוים *ſalus tibi mea curae fuit, ut fierem caput gentium*; alii: *conſtitutum me caput gentium ſervas*, i. e. in regno poſitum me vindicas et ſuſtentas. תְּשִׂימֵנִי an תִּשְׁמְרֵנִי ſit praeferendum, dubito. Subdit poeta: עַם לֹא־יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי *Populi, quos non cognovi*, quorum nullam antehac geſſi curam, exteri, *ſervierunt mihi*, imperio meo ſubjecti ſunt.

45. לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי *Ad auditum auris obedivérunt mihi*, ad ſolam famam nominis mei; quamprimum victoriarum mearum fama ad iſtos populos pervenit, ſtatim metu perculſi, armis depoſitis, ſe mihi ſubmiſerunt. Sic auditus auris et viſioni oculi Iob. XLII, 5. opponitur: לְשֵׁמַע אֹזֶן שְׁמַעְתִּיךָ וְעַתָּה עֵינִי רָאָתְךָ, *ad auditum auris audivi te*, audiveram quidem de te, ſed nihil praeter auditum habebam, *nunc vero conſpicit te oculus meus.* Ac ſaepius שֵׁמַע ſignificat *famam de aliquo*, rumorem, qui auribus percipitur; ut Deut. II, 25. *Tantum veſtri terrorem omnibus gentibus injiciam, ut* אֲשֶׁר יִשְׁמְעוּן שִׁמְעֲךָ *qui audiant famam tuam*, h. e. de te, *expaveſcant.* Vid. quoque Exod. XXIII, 1. Ioſ. VI, 27., 2 Chron. IX, 1. Niphal יִשָּׁמְעוּ eſt: facti ſunt mihi audientes, i. e. obedientes. In Samuele pro לְשֵׁמַע extat לשמוע, quod Salomo Ben Melech recte obſervat eſſe ejusdem ſignificationis nomen, ſed formae תְּהוֹם, יְאוֹר, שְׁאוֹר. — In hemiſtichii poſterioris, בְּנֵי־נֵכָר יְכַחֲשׁוּ־לִי, explicatione interpretes vor-

verbum כָּחַשׁ multum exercuit. Veteres interpretes partim de verbo ad verbum vertunt, ut Alexandrinus, qui utroque ἐψεύσαντό μοι, pofuit, quod Vulgatus fequutus, *mentiti funt mihi*, et Chaldaeus: יְכַדְּבוּן קֳדָמַי, quod idem eft; partim fenfum reddunt, ut Syrus, qui dedit: ܐܬܟܢܥܘ ܠܝ, *fubjecerunt fefe mihi.* Videndum itaque, quid recentiores attulerint. 1) IARCHI poft verbum יְכַחֲשׁוּ־לִי *mentiti funt mihi,* fubaudit מחמת יראה, *prae timore,* quod clarius KIMCHI exponit: מיראתם אותו יכחשו ויכזבו לי אותם שהיו במלחמה יאמרו לא נלחמנו עליך ולא היינו לצרך *prae timore negarunt, fe umquam mihi fuiffe adverfarios, et contra me pugnaffe.* Qua interpretatione textui nimium infertur, neque fenfus priori hemiftichio fatis congruus efficitur. 2) Aliam adhuc explicationem Kimchi fubdidit, qua לִי *propter me* fignificat: יכחשו לבני בריתם בעבורי *mentiti funt foederatis fuis propter me,* i. e. foedera, quae cum aliis inierant, propter me ruperunt, atque ad me defciverunt. 3) Ex Aben-Efrae fententia poeta gloriatur, quod inimici fui jactantes fuam virtutem, et fibi victoriam de ipfo pollicentes, deprehenfi funt falfi et mentiti fuiffe [והטעם שיכחשו לי שהיו מהללים בגבורתם כנגד גבורתי]. Senfus non multo diverfus 4) ex AGELLII interpretandi ratione nafcitur: „*Mentiendi* verbum apud Hebraeos non folum falfum dicere, verum etiam *arefcere* et *tabefcere* fignificat; ac proprie de frugibus et fructibus dicitur; nam quando haec extenuantur et arefcunt, *fallunt* quodammodo *fpem* agricolae, ac *mentiuntur;* aliud enim ferunt, quam ille expectabat. Ex hac fignificatione dictum eft in Cantico Habacuci III, 17. כִּחֵשׁ מַעֲשֵׂה־זַיִת *mentietur opus olivae, et arva non afferent cibum* [Addere potuiffet locum Hofeae IX, 2. *Area et torcular eos non pafcet,* וְתִירוֹשׁ יְכַחֶשׁ בָּהּ *muftumque mentietur,* fallet *eam,* Hierofolymarum urbem: nec non illud HORATII *Epift.* L. I. Ep. VII. Vs. 87. *Spem mentita feges*]. Ait ergo David: debiles et infirmi praeter exfpecta-

etationem aliorum et opinionem ſuam reperti ſunt. Nam qui putabant ſe fortes et inexpugnabiles fore, ii mihi adeo ſe debiles exhibuerunt, ut nihilo a foliis marcidis atque cadentibus differrent.“ Quam interpretationem Agellius commendari exiſtimat et eo, quod verbum יִבְּלוּ proxime Vs. 46. ſequitur, quod de foliis et fructibus marceſcentibus dici ſolet, unde quoque in illo Habacuci loco verbo כִּחֵשׁ reſpondet. Verum quo minus huic enarrationi ſubſcribam, impedit me additum in textu Hebraeo לִי, quod illa interpretandi ratione adhibita, aptum ſenſum aegre admittit. Quare 5) iis accedo, qui verbum כִּחֵשׁ, *mentiri*, per ſynecdochen *ſupplicem fieri*, animo licet invito ac propterea mendaci, valere putant. Certe *ſubjectionem ſupplicem* et *ſervilem* iſte loquendi modus manifeſte indicat Deut. XXXIII, 29. *Beatus es Iſrael, quis tibi conferendus? ſervatus es per Iovam, qui clypeus auxilii tu, et gladius potentiae tuae, et mentientur tibi inimici tui, et tu ſuper excelſa eorum calcabis;* in quibus verbis ſatis liquet, *mentiri inimicos Iſraeli* idem eſſe, quod fieri ei ſupplices, et penitus potentiae illius ſubjici. Sic Pſ. LXXXI, 16., inducitur Deus de Iſraelitis loquens: *Utinam populus meus mihi auſcultaſſet — — brevi tempore deieciſſem hoſtes eorum, et in adverſarios eorum convertiſſem manum meam; oſores Iovae* יְכַחֲשׁוּ־לוֹ *mentiti ei fuiſſent*, ſupplices ei facti fuiſſent. Eadem locutio reperitur Pſ. LXVI, 3. „Et forſan,“ inquit BUCERUS, „inde *mentiri* pro trepidante et maxime ſervili ſubjectione uſurpari ſolet, quod qui ita ſubjecti ſunt, multa ſoleant, timore nimio adacti, iis mentiri, quibus ſerviunt, et quorum potentiam maxime formidant.“ Sive, ut GEIERUS illius locutionis rationem exponit: „Quia in novis dominationibus penes coactos ſubditos fictus plerumque ſolet eſſe cultus, periculi ſaltem amovendi meliorisque temporis exſpectandi cauſa, idcirco tales ſcripturae phraſi dicuntur *mentiri*, h. e. ſimulare obſequia, cum corde ſuo diverſa plane foveant ac molian-

moliantur." Quare fenfus hujus Verfus erit hic: tantum valuit etiam apud exteros celebritas nominis mei, fama et opinio concitata de me, ut vel inviti prae fe tulerint amicitiam, ac voluntariam quoque fervitutem. Leguntur Syri, et quotquot focietatem cum Ammonitis coierant, quod viderent fe ab Ifraelitis elfe fuperatos, pacem cum Ifraelitis fecilfe veritique elfe deinceps ferre auxilium Ammonitis, 2 Sam. X, 13. — Pro יְכַחֲשׁוּ in Samuele extat יִתְכַּחֲשׁוּ, fenfu quidem non diverfo; plura enim funt verba, quae in Piel et Hithpael fignificationibus conveniunt, ut נִכֵּר, *alienum fe oftendit* Deut. XXXII, 27. et הִתְנַכֵּר, idem, Genef. XLII, 7.; שׁוֹטֵט, *curfitavit*, Zach. IV, 10. et הִתְשׁוֹטֵט, Ierem. XLIX, 3.; עוֹלֵל, *fecit*, Thren. I, 22, et הִתְעַלֵּל 1 Sam. VI, 6. Praeferendum tamen putem, quod in Pfalmo extat, quum et duobus aliis locis in eadem locutione Piel ufurpetur, ut ufu loquendi hoc receptum videri poffit. Praeterea in Samuele Verfus hujus hemiftichia funt transpofita, ut quod in Pfalmo fit prius, illic pofterius. Sed aptior videtur is ordo, quo in Pfalmo hemiftichia fequuntur. Illum tamen ab Alexandrino jam et Chaldaeo interprete in Samuele mutatum repertum fuiffe, teftantur eorum verfiones. Arabs vero, Syrus etiam in Samuele, rectum ordinem exhibent.

46. בְּנֵי־נֵכָר יִבֹּלוּ *Alienigenae emarcuerunt*, quod bene KIMCHI interpretatur: מיראתם אותי הם כעלה נובל, *prae metu mei foliis deciduis fimiles funt facti.* De foliis marcidis et decidentibus verbum נָבֵל ufurpari, vidimus Pf. I, 3. Senfus itaque: hoftium meorum vires tot bellis, quae cum iis geffi, debilitatae ac penitus exhauftae funt. Quod ipfum Iarchi fpectat, cum יִבֹּלוּ interpretatur ילאו, *defatigati funt*, eademque metaphora monet accipi, qua Exod. XVIII, 18. נָבֹל תִּבֹּל גַּם־אַתָּה גַּם־הָעָם *fatigas cum te ipfum, tum populum.* Alexandrinus hoc loco vertit ἐπαλαιώθησαν, quod Vulgatus fequitur, *inveterati*

ſunt. Suspicari poſſis, illum יִבְּלוּ enunciaſſe, a בָּלָה *veteraſcere;* neque non Symmachum, qui ἀτιμωθήσονται poſuit, *dehoneſtabuntur,* quia res vetuſtate conſumptae vileſcunt. Syrus interpres quid dederit, dubium eſt, aliis codicibus ܢܒܠܘܢ, *veteraſcent* aliis ܢܬܟܠܘܢ, *conſumentur*, exhibentibus. Ita et Chaldaeus, יְסוּפוּן, *deficient*. Sed potuerunt illi omnes hodiernum יִבְּלוּ legere, ſenſum vero ita, ut nos ſupra expoſuimus, accipere: prae vetuſtate humoris et debilitate cadent, ut ſolent folia fructusque, quando vel areſcunt vel marceſcunt. Certe in Samuele Alexandrinum eodem modo, ac nos, legiſſe, patet inde, quod ἀποῤῥιφθήσονται, *defluent,* poſuit. Addit poeta: וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם, quae verba interpretes non parum exercuerunt. Atque primum quidem anceps eſt nomen מִסְגְּרוֹת, quod a *claudendi* notione, quae verbo סָגַר ineſt, tam *clauſtra, caſtella,* quam *vincula, compedes* ſignificare poteſt. Nec minus dubium, quae verbi חָרַג, hoc tantummodo loco occurrentis, ſignificatio h. l. ſit adhibenda. Duplicem enim offert lingua Arabica: unam, ut Hebraeum verbum idem eſſe putemus I) cum حَرِجَ, *arctus, anguſtus fuit,* in Conjug. ſecunda حَرَّجَ, et quarta أَحْرَجَ, *arctavit, in anguſtias redegit.* Hinc I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 909. Verſum hunc ſic vertit: *filii peregrini populi marceſcunt et coarctantur vinculis ſuis,* in vinculis conſeneſcunt et tabeſcunt. Verum ſi poeta hanc ſententiam exprimere voluiſſet, בְּמִסְגְּרוֹתֵיהֶם ponere debebat. Ab *anguſtiae* ſignificatione Chaldaeis חַרְגָּא eſt *horror, timor, trepidatio.* Ita Deut. XXXII, 25. pro Hebraico אֵימָה Chaldaicus interpres poſuit חַרְגַּת מוֹתָא, *timor mortis.* Qua *timendi* notione h. l. adhibita, duplici modo

do verba Hebraea verti poſſunt. Etenim 1) מְסְגְּרוֹת *vinculorum* ſignificatione accepta, IARCHI locum noſtrum ita explicat: מחמת יסורי מסגרות כלא שאני מסגירם שם ומייסרן בהן timent, anguntur *propter caſtigationes clauſtrorum carceris, quibus illos concluſos teneo et punio.* Sed 2) *caſtellorum* notione nomini מִסְגְּרוֹת tributa, ABENESRA ſic interpretatur: מארמוניהם הנשגבים שיסגרו בהם מפחד horruerunt etiam *e palatiis praealtis, quibus ſe prae timore concluſerant*; quod Kimchi ſequntus eſt. Metuerunt etiam in ipſis ſuis turribus et munitionibus, in quibus, quamvis firmiſſimae eſſent, tamen parum ſibi tuti videbantur. Niſi potius idem ſit hujus loci ſenſus, qui Mich. VII, 17. יִרְגְּזוּ מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם *trepidabunt*, i. e. trepidi egredientur *e caſtellis ſuis.* Non abſimilis loquendi formula Hoſ. XI, 11. יֶחֶרְדוּ כְצִפּוֹר מִמִּצְרַיִם *trepidabunt, ſicut avis, ex Aegypto*, trepidantes, ut fugitiva et perterrefacta avis, ex Aegypto exibunt. Eadem fere ſententia efficitur, ſi II) חָרַג, collato Arabum خَرَجَ, *egrediendi* notione accipias. Ea adhibita FULLERUS in *Miſcellann. Sacris* Lib. VI. Cap. XVII. verba noſtra יִבֹּלוּ וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם ſic interpretatur: „*cadent et prodibunt e clauſtris* (ſive *penetralibus ſuis*). Senſus eſt: cadent animis vel audaciſſimi confidentiſſimique hoſtes mei, et latibulis ſuis, quibus ante fidebant, ſeque eorum praeſidio ab omni periculo tutiſſimos exiſtimabant, egreſſi, deditionem facient. *Latibulorum* nomine propugnacula et potiſſimum vaſtas ſpeluncas in aſperrimis montibus rupibusque editiſſimis ſitas intelligo." I. D. MICHAELIS quoque in Supplemm. l. c., ſi illa *egrediendi* notio h. l. admittatur, vertendum cenſet: *deditionem facient*, „hanc enim qui faciunt (addit), *egredi ex urbe* vel *caſtello* Orientalibus dicuntur. Munimentum expugnatu facile, pomo maturo comparabitur, ſua ſponte ex arbore deciduo." Eundem ſenſum Chaldaeus expreſſit: יִשְׁתַּלְטְלוּן

Ebraicc. L. I. Qu. LXXI. arma antiquitus ex aere fabricata fuiſſe propter ferri penuriam. „Teſtatur clare HESIODUS [Εργ. καὶ ἡμερ. V. 149. ſeq.]

Τοῖς δ' ἦν, inquit, χάλκεα μὲν τεύχη

[*Arma aerea illis erant*]

et mox

— — Μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

[*Nondum nigrum ferrum exſtabat*].

Quem locum enarrans Proclus ita ſcribit: *In armorum fabricatura aere utebantur, quodam ad id ſolidandum temperamento adhibito; quod temperamentum cum defeciſſet, ad ferrum tandem deventum eſt.* Eadem ſcribit Tzetzes, alter Heſiodi interpres. Quin Alcaeus poeta apud Athenaeum meminit tibialium, quae ex aere fiebant, et enſium quoque.“ LUCRETIUS *de Rer. Nat.* L. V. Vs. 1282.

Arma antiqua manus, ungues, dentesque fuere;
Et lapides et item ſylvarum fragmina rami:
Poſterius ferri vis eſt aerisque reperta,
Et prior aeris erat quam ferri cognitus uſus.

Maſſagetas narrat HERODOTUS L. I. Cap. 25. haſtas, pharetras et ſagares ex aere parare [ὅσα ἐς αἰχμὰς, καὶ ἄρδεις, καὶ σαγάρεις, χαλκεῖ τὰ πάντα χρέωνται]. Cf. POTTERI *Archaeol. Graec.* P. II. p. 45. ſequ. ex Verſ. Rambach.

36. וַתִּתֶּן־לִי מָגֵן יִשְׁעֶךָ *Dediſti mihi clypeum ſalutis tuae*, auxilium tuum in proeliis clypei inſtar mihi fuit, cum ad me protegendum, tum ad repellendos hoſtes; id quod planius dicit, cum ſubjungit: וִימִינְךָ תִסְעָדֵנִי, *et dextera tua me ſuffulſit*, ne hoſtium ictibus, laboribus et periculis ſuccubuerim unquam. In Samuele haec verba non leguntur, licet et ibi a Syro et Arabe expreſſa, ſed haud dubie e Pſalmo noſtro inſerta. — וְעַנְוָתְךָ תַרְבֵּנִי *Et benignitas tua multiplicavit me.* עֲנָוָה, quod proprie *manſuetudinem* ſignificat, ut Zeph. II, 3. Pſ. XLV, 5. (quibus locis cum צֶדֶק jungitur), cum de Deo uſurpatur, *clementiam* deſignat, qua ſupplicibus auxilium praeſtat. Senſum recte KIMCHI explicat: אף על פי שהייתי בעם מעט

מעט ואויבי בעם רב אני הייתי מנצח כי ענווחך היתה עמי כאילו הייתי אני עם רב מהם *quamquam hoſtes copiarum numero me ſuperarent, ego tamen victor evaſi, nam tua benignitas effecit, ut ego cum paucis hominibus licet numeroſos vicerim, perinde ac ſi militum numero ſuperaſſem.* DATHIUS, Venemam ſequutus, עֲנָוָה *opulentiam, divitias* interpretatur, ex Arabum غني, *dives fuit, nullius rei indiguit* (cf. A. SCHULTENSII not. ad *Harir. Conſeſſ. I.* p. 17. et III. p. 154.). Quare vertit: *divitiis tuis me auges,* quibus verbis Davidem exiſtimat divitias ſuas tot bellis congeſtas, liberalitati Iehovae acceptas referre. Cui interpretationi tamen recte opponit REDDINGIUS, poetam in tota hac orationis ſerie agere de auxilio, quod Iova ſibi in ipſa acie praeſtiterit, non vero de fructibus, quos ex una vel pluribus victoriis reportaverit, opulentiſſimis. — In Samuele pro עַנְוָתְךָ legitur עֲנֹתְךָ, quod non uno modo explicant. 1) Quibusdam eſt nomen ejusdem formae grammaticae, ejusdemque ſignificationis, niſi quod ו, in Pſalmo expreſſum et mobile, in Samuele quieſcat. Ita R. IESAIA: וענותך כמו וענווחך ונעלם הו״ו כמו וְעוֹלָתָה קָפְצָה שהוא כמו ועלתה i. e. וַעֲנוֹתְךָ *idem eſt ac* וְעַנְוָתְךָ, *nam ibi delideſcit* ו *ſicut Iob. V,* 16. *in* וְעוֹלָתָה, *iniquitas, cujus loco Pſ. CVII,* 41. *in eadem locutione* עַוְלָה *ponitur.* Et KIMCHI ad Samuelem: ובספר תהלים וענותך בקראת הו״ו מן עֵקֶב עֲנָוָה יִרְאַת יְיָ וַעֲנָוִים יִירְשׁוּ אֶרֶץ שהוא ע[illegible]חסידות ורות נמוכה ויהיה וענותך הנכתב הנה כמוהו ואף על פי שכחה הו״ו *In libr[illegible]lmorum eſt* וְעַנְוָתְךָ, *cum lectione τοῦ* ו, *cujus vocabul[illegible]gnificatio eadem h. l. eſt, quae Prov. XXII, 4. et Pſ. XXXVII,* 11., *ubi* benignitatem *et* mentem manſuetam *indicat;* eſtque τὸ וַעֲנוֹתְךָ, *quod hic* (in L. Sam.) *extat, idem ac illud* וְעַנְוָתְךָ, *etiamſi hoc loco* ו *quieſcat.* — 2) Chaldaeus עֲנוֹתְךָ pro Infinitivo verbi עָנָה, *reſpondit, exaudivit, precibus annuit,* accipiebat, vertit enim: וּבְמֵימְרָךְ אַסְגַּעְתַּנִי, *per verbum tuum me multiplicaſti.* — 3) Alii, inter quos MI-

CHAE-

CHAELIS; עַנְוָתְךָ enuntiant, quod interpretantur: *humiliari* f. *adfligere tuum*, i. e. difciplina tua, *me adauxit*. Ita non Syrus tantum, qui ܡܪܕܘܬܟ, *caftigatio tua*, pofuit, verum Alexandrinus quoque, Theodotion et Symmachus. Duorum priorum interpretationes in hodiernis Alexandrinae verfionis editionibus conjunctae funt; legitur enim in illis: *καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει* quae Vulgatus reddit: *et difciplina tua ipfa me in finem, et difciplina tua ipfa me docebit*: ad quae verba AGELLII apponere obfervationem operae pretium fuerit: „Haec extrema verba „ *et difciplina tua ipfa me docebit*, non funt LXX. fed adjecta e Theodotionis interpretatione. Duae funt igitur eorundem Hebraeorum verborum interpretationes, prior LXX., pofterior Theodotionis. Pro eo autem, quod LXX. dixerunt: *et difciplina tua correxit me in finem*, in libro fecundo Samuelis transtulerunt iidem: *καὶ ἡ ὑπακοή σου ἐπλήθυνέ με· et obedientia tua multiplicavit me.* Quod etiam Symmachus in hoc loco dixit: *καὶ τὸ ὑπακούειν μέ αὐξήσει με· et quod obtemperavi tibi*, id me augebit. Ergo *παιδεία*, *difciplina*, fic eft accipienda, quod me tuis verbis obtemperantem, et dictis tuis obfequentem praebui, haec me fubjectio extulit, et fublimem reddidit: nam *correxit* ita intelligendum puto, *elevavit*, magnum fecit, ideoque *ἀνώρθωσεν* pofuerunt, quod etiamfi *corrigere* fignificet, aliquando tamen idem eft, quod *fublevare*, jacentem erigere. Quod vero Theodotion dixit: *διδάξει*, *docebit*, id fluit ex ea fignificatione Hebraei verbi רָבַב, qua folent Hebraei magiftros et doctores *Rabbi* vocare. Ergo erit fenfus fere idem: difciplina tua, quod tibi aufculto, et humiliter obtempero, quod tanquam difcipulus me tibi magiftro fubdidi, id me magiftrum et magnum faciet, cumulabitque fapientia ac doctrina. Itaque LXX. generaliter dixerunt *ἀνώρθωσεν*, *erexit*, extulit, magnum fecit; Theodotion fpecialiter *magnum fapientia atque doctri-*

doctrina reddet, intellexit. Hebraei pro *diſciplina* manſuetudinem interpretari maluerunt, quod Hebraice eſt עֲנָוָה, quos ſequutus Aquila reddidit: καὶ πραότης σου ἐπλήθυνέ με· *et manſuetudo tua multiplicavit me.* Sed LXX. interpretatio et Theodotionis praeponenda eſt," quod mihi quidem aliter videtur: hemiſtichiorum parallelismo certe magis congruit ea verborum Hebraeorum in Pſalmo noſtro interpretatio, quam primo loco e Kimchio attulimus. Inoffenſum et expeditum curſum in hoſtibus perſequendis a Iova ſibi conceſſum nunc praedicat:

37. תַּרְחִיב צַעֲדִי תַחְתָּי *Dilataſti greſſum meum ſub me,* latum mihi locum praeſtitiſti, ubi tuto pedes figerem. Nam ubi anguſtus eſt locus, neque tantus, ut ad veſtigia ſuſtinenda ſufficiat, ibi plerumque pes labitur. Ita Pſ. XXXI, 9. *Non concluſiſti me in hoſtium meorum manus,* הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי, *in locum ſpatioſum conſtituiſti pedes meos.* Et Proverb. IV, 12. בְּלֶכְתְּךָ לֹא יֵצַר צַעֲדֶךָ *Cum incedes, non prementur tua veſtigia,* וְאִם־תָּרוּץ לֹא תִכָּשֵׁל *et ſi curres, non impinges.* Sic et noſter addit: וְלֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי *Neque tali mei vacillarunt.* Hoc igitur dicit: ſic firmaſti veſtigia mea, dum currerem, et hoſtes meos perſequerer, tanquam ſi per ſpatioſam planamque viam incederem, ubi latiſſimum haberem ſpatium ad figenda firmiter veſtigia.

38. אֶרְדּוֹף אוֹיְבַי וְאַשִּׂיגֵם *Perſequutus ſum hoſtes meos et aſſequutus,* evadere ſua celeritate ac dolis nequibant, quin penitus a me proſternerentur. In Samuele pro וְאַשִּׂיגֵם extat וָאַשְׁמִידֵם, *eosque perdidi.* Prius praeferendum cenſet KOEHLERUS, quod poetae menti obverſata putat verba Moſis Exod. XV, 9. אָמַר אוֹיֵב אֶרְדֹּף אַשִּׂיג *Dixit hoſtis: perſequar, aſſequar.* Eadem locutio reperitur Pſ. VII, 6. יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי וְיַשֵּׂג *Perſequitur hoſtis animam meam et aſſequitur.* Verum hoc ipſum in cauſa eſſe potuit, ut librarius aliquis formulam ſaepius occurrentem, ſibique notiorem, pro rariore poneret. — וְלֹא־אָשׁוּב עַד־כַּלּוֹתָם *Neque reverſus ſum, usque dum eos* con-

conſummaverim, non ſatis habui, illos in fugam vertiſſe, verum etiam numquam caedendi finem feci, quoad omnes perderem. Ex KIMCHII ſententia haec victoriam de Amalecitis ſpeciatim ſpectant, quos ſtrenue perſequutus David, omnes ad internecionem delevit, praeter quadringentos juvenes, qui camelis inſidentes fugam capeſſerunt, vid. 1 Sam. XXX, 17.

39. אֶמְחָצֵם וְלֹא־יָכְלוּ קוּם *Percuſſi eos, ut ſurgere nequirent.* In Samuele auctius: וָאֲכַלֵּם וָאֶמְחָצֵם וְלֹא יְקוּמוּן *conſumſi percuſſique eos, ut ſurgere nequirent*, quod Koehlerus praefert. Reddingio vero quod in Samuele praepoſitum eſt, verbum, ſpurium videtur, neque a veterum ullo exprimitur. יִפְּלוּ תַּחַת רַגְלָי *Sub pedes meos ceciderunt*, prociderunt lethaliter vulnerati, penitus occubuerunt.

40. Cauſam nunc canit bellorum tam felici ſucceſſu a ſe geſtorum, ſcilicet ſe a Iova virtute heroica ad bellum fuiſſe inſtructum, Iovam ipſum dejeciſſe hoſtes, ſibique ſubjeciſſe. וַתְּאַזְּרֵנִי חַיִל לַמִּלְחָמָה *Nam tu accinxiſti me robore ad bellum*, verba repetita ex Vs. 33., ubi cf. not. Pro וַתְּאַזְּרֵנִי in Samuele extat וַתַּזְרֵנִי (pro וַתְּאזְרֵנִי), Syriaca ſcribendi ratione, ex qua א et י, literae tenuiſſimae, adeoque quietem amantes, vocalem ſuam ad proxime praecedentem literam ſchwatam ſolent rejicere, ut מַלְּפֵנוּ Iob. XXXV, 11. pro מְאַלְּפֵנוּ, *docens*, et תֵּזְלִי Ierem. II, 36. pro תְּאַזְלִי, *curſitas.* — תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתָּי *Proſtraviſti qui adverſus me inſurrexerant*, ad verbum: *cadere in genua feciſti ſub pedibus meis*, proprie eſt vulneratorum, cum in pugna cruribus debilitatis in faciem cadunt.

41. וְאֹיְבַי נָתַתָּה לִּי עֹרֶף quae verba Aben-Eſra ſic ordinanda jubet: נָתַתָּה לִי עֹרֶף אֹיְבַי *dediſti mihi cervicem hoſtium meorum*, ſcil. בְּנוּסָם, *fugam ipſis capeſſentibus.* Verum poteſt retento eo, quo ſequuntur, ordine, עֹרֶף abſolute accipi, *quoad cervicem eorum*, h. e. vertiſti in fugam hoſtes meos, ut non faciem forti animo mihi

mihi opponere auderent, ſed tergum obverterent, in fugam proni. Eadem locutio Exod. XXIII, 27. וְנָתַתִּי אֶת־כָּל־אֹיְבֶיךָ אֵלֶיךָ עֹרֶף *dedi omnes hoſtes tuos ad te cervicem*, feci, ut cervices tibi dederint. Sic Ioſ. VII, 8. *Iſrael* הָפַךְ עֹרֶף *vertit cervicem*, et Vs. 12. *Non poterunt Iſraelitae ſtare coram hoſte, ſed* עֹרֶף יִפְנוּ לִפְנֵי אוֹיְבֵיהֶם, et 2 Paral. XXIX, 6. *verterunt faciem* וַיִּתְּנוּ עֹרֶף *cervicemque dederunt.* Eandem figuram a *Motanabbio* adhibitam, Carm. XLVII, Vs. 10. affert Koehlerus:

غادرت اوجههم بحيث لقيتهم اقفاهم

Reddis facies eorum, ubicunque deprehenderis eos, terga ipſorum. Sunt, qui locum noſtrum ita interpretentur: *dediſti mihi cervices inimicorum*, ut mihi ſubjicerentur, jugumque cervicibus eorum imponerem. Vel ſic: *dediſti hoſtium cervicem* ſcil. feriendam, i. e. tradidiſti eos mihi mactandos, quo fere modo Latini dicunt, *dare alicui cervicem.* Sed utrumque a conſuetudine Hebraei ſermonis alienum eſt. — Pro נָתַתָּה in Samuele legitur תַּתָּה, quod Clerico vitioſum videtur; ac certe litera *Nun* per incuriam facile omitti potuit. Sed I. I. Schultenſio eſt Infinitivus femininus, contractus ex תַּנְתָּה, quemadmodum ſimplex תַּת ex תֵּנֶת. Infinitum verbum vero ſaepe poni pro finito, nemini ignotum. Vid. N. G. SCHROEDERI *Syntax. Verbor.* Reg. LIV, p. 270. Verſimilius, eſſe תַּתָּה per aphaereſin pro נָתַתָּה poſitum, ut רַד pro יְרַד Iudic. XIX, 11. Alia exempla attulit Geſenius in *dem ausführl Lehrgeb.* p. 139. וּמְשַׂנְאַי אַצְמִיתֵם *Et oſores meos* quod attinet, *ſilere eos feci* (ea enim eſt verbi Hebraei ſignificatio, docente Arabico صمت, et Syr. ܐܫܬܡܛ, *conticuit*, vid. I. D. MICHAELIS *Supplemm.* p. 2104.), i. e. interfeci, nam ſignificatione הכרית, *exciſionis*, obſervante R. Nathanae, ſaepius occurrit, v. c. Pſ. LIV, 7. LXXIII, 27. — In Samuele transpoſita particula ו habetur

tur מְשַׂנְאַי וְאַצְמִיתֵם oſores meos dediſti mihi quoad cervicem, quod ſubaudiendum ex hemiſtichio priori, *atque filere eos juſſi*, quam loquendi formulam, ut minus uſitatam, praetulerim. Alexandrinus verbum in ſecunda perſona reddit, tam hoc loco (*καὶ τοὺς μισοῦντας με ἐξωλόθρευσας*), quam in Samuele (*τοὺς μισοῦντάς με, καὶ ἐθανάτωσας*), unde Koehlerus colligit, illum, niſi ipſe quidquam mutaverit, legiſſe ſive וַתַּצְמִיתֵם, ſive in Praeter. Hiphil וְהִצְמַתָּם.

42. יְשַׁוְּעוּ וְאֵין מוֹשִׁיעַ *Vociferati ſunt* auxilii ferendi cauſa, ſive ad Iovam, ſi hoſtes ex Iſraelitico populo ſpectat, ſive, ſi hemiſtichio hoc priori barbaros intelligit, ad Deos ſuos (לעבודה זרה שלהם, ut Iarchi inquit); *nec erat ſalvans*. Elegans, ex Hebraeorum ſenſu, verborum ſimilitudo in יְשַׁוְּעוּ et מוֹשִׁיעַ, quam feliciſſime Alexandrinus eſt imitatus in Samuele: *βοήσονται καὶ οὐκ ἔστι βοηθῶν, opem implorabunt, nec eſt opem ferens*, quamvis ibi in Hebraeo hodie legatur יִשְׁעוּ, *circumſpectarunt*, auxilium opemque quaerentes. Sed recte CLERICUS: „magis placet lectio Pſalmi, שִׁוְּעוּ, ob ſequentia verba עַל יְהוָה וְלֹא־עָנָם *ad Iovam, neque illis reſpondit*, annuit, quae verba oſtendunt, praecedere oportuiſſe verbum, quod ſignificat *clamare*, aut *invocare*.“ Ceterum עַל hic, ut alias ſaepe, ponitur pro אֶל, quod in Samuele extat.

43. וְאֶשְׁחָקֵם כְּעָפָר עַל־פְּנֵי־רוּחַ *Comminui eos inſtar pulveris ante faciem venti*, coram vento, i. e. comminui eos et diſſipavi, quemadmodum vento pulvis diſſipatur: *conſtructio*; quam vocant, *praegnans*, in qua verbum *disſipare* latet, non enim niſi comminutus pulvis a vento diſſipatur, et pulvis comminutus, ſi vento expoſitus ſit, ab eo non poteſt non disſipari. — In Samuele ſimplicius: וְאֶשְׁחָקֵם כַּעֲפַר־אָרֶץ *Pulveris terrae inſtar illos comminui*. כְּטִיט חוּצוֹת אֲרִיקֵם *Sicut lutum platearum effudi*, everri, *illos*; imago ſatis quidem apta ad abjectiſſimam devictorum hoſtium conditionem exprimendam; verumtamen praeferendum videtur, quod in Samuele habetur, אֲדִקֵּם, con-

contudi eos, quod magis confonat verbo שָׁחַק in priori hemiftichio. Similitudo arceffita vel inde, cum terra antea folida et denfa, affufis aquis diluitur, et pedibus laterariorum aut aliorum opificum, quorum labor in argilla, limo aut calce macerandis occupatur, attenuari folet; vel cum per imbres humectata, viatorum itione comminuitur, ut coenum five lutum fiat, quale eft, quo plateas viasque, inprimis ubi frequentia hominum teruntur, tempeftate pluvia obductas videmus. Id expreffit Chaldaeus interpres verbo בְּעַט, *conculcavit*, quod h. l. in Pfalmis adhibuit. Quod additur in Samuele, אֶרְקָעֵם, *calcavi eos* (ea enim notione hic fumendum eft verbum רָקַע, ut Ezech. VI, 11. cf. not. ad Genef. I, 6.), gloffema fapit.

44. תְּפַלְּטֵנִי מֵרִיבֵי עָם *Eripis me a contentionibus populorum*, etenim nomen עַם collective hic effe intelligendum, cognofcitur ex iis, quae in altera verficuli parte fequuntur, גּוֹיִם et עַם, quod pofterius cum verbo plurali jungitur. In Samuele legitur עַמִּי, cum fuffixo, *populi mei*, quare interpretes, quos vidi, tantum non omnes, haec ad bella civilia referunt, a Saule et Abfalomo commota, a quibus Davidem Iova eripuit, cum effecit, ut totus fe illi populus Ifraeliticus ultro fubderet, vid. 2 Sam. V. et 1 Paral. XI. XII. Sed quum reliqua, ut monuimus, verficuli pars de exteris populis agat, ego eam legendi rationem, quae in Pfalmo extat, cenfeo praeferendam. Et fortaffe in Samuele olim extiterat עַמִּים, quod ipfum in duobus codicibus repererat Kennicottus, unde facile hodiernum עַמִּי oriri potuit. Certe Alexandrinus eo loco λαῶν ponit, licet in Pfalmo fingularem, λαοῦ, expreſſerit. Nullus praeterea veterum interpretum, fi Vulgatum in Samuele excipias, fuffixum reddidit. Verum et ipfum עַמִּי pro forma Pluralis habent Grammatici ex Iudaeis non pauci. Mafora in Samuele obfervat: ג׳ סבירין עמים tria loca in codice occurrere, quibus עַמִּי pro עַמִּים accipi poffe videatur, 2 Sam. XXII, 44. Thren. III, 14. Pf. CXLIV, 2. Idem aliis videtur de לְבָרִי, *ad primores*,

2 Reg.

2 Reg. XI, 4; it. חֲבָרִי ibid. v. 19. חִצַּי *fagittas*, 2 Sam. XX, 38. Cf. GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 525. Quod ipfum attingit KIMCHI cum ad עמי notat: כמו עמים, *pofitum eft pro* עַמִּים, et allegat Pf. CXLIV, 2., quamvis addat: ויתכן לפי כמשמעו והוא שאול והסומכים אותו, *rectius tamen, fi fenfu literali accipiatur de Saule ejusque affeclis.* Clarius poetae fententiam fuam explicat, dum addit: תְּשִׂימֵנִי לְרֹאשׁ גּוֹיִם *Conftituifti me caput, principem gentium.* In Samuele תִּשְׁמְרֵנִי *fervafti me*, legitur, quod alii interpretantur: confervafti me, et confervatum gentium principem conftituifti, ut KIMCHI: שמרתני ונתת עיניך בי לטובה עד שהייתי לראש גוים *falus tibi mea curae fuit, ut fierem caput gentium;* alii: *conftitutum me caput gentium fervas,* i. e. in regno pofitum me vindicas et fuftentas. תְּשִׂימֵנִי an תִּשְׁמְרֵנִי fit praeferendum, dubito. Subdit poeta: עַם לֹא־יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי *Populi, quos non cognovi*, quorum nullam antehac geffi curam, exteri, *fervierunt mihi*, imperio meo fubjecti funt.

45. לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי *Ad auditum auris obedivefunt mihi*, ad folam famam nominis mei; quamprimum victoriarum mearum fama ad iftos populos pervenit, ftatim metu perculfi, armis depofitis, fe mihi fubmiferunt. Sic auditus auris et vifioni oculi Iob. XLII, 5. opponitur: לְשֵׁמַע אֹזֶן שְׁמַעְתִּיךָ וְעַתָּה עֵינִי רָאָתְךָ, *ad auditum auris audivi te*, audiveram quidem de te, fed nihil praeter auditum habebam, *nunc vero confpicit te oculus meus.* Ac faepius שֵׁמַע fignificat *famam de aliquo*, rumorem, qui auribus percipitur; ut Deut. II, 25. *Tantum veftri terrorem omnibus gentibus injiciam, ut* אֲשֶׁר יִשְׁמְעוּן שִׁמְעֲךָ *qui audiant famam tuam*, h. e. de te, *expavefcant.* Vid. quoque Exod. XXIII, 1. Iof. VI, 27., 2 Chron. IX, 1. Niphal יִשָּׁמְעוּ eft: facti funt mihi audientes, i. e. obedientes. In Samuele pro לְשֵׁמַע extat לשמוע, quod Salomo Ben Melech recte obfervat effe ejusdem fignificationis nomen, fed formae תְּהוֹם, יְאוֹר, שְׁאוֹר. — In hemiftichii pofterioris, בְּנֵי־נֵכָר יְכַחֲשׁוּ־לִי, explicatione interpretes ver-

verbum כִּחֵשׁ multum exercuit. Veteres interpretes partim de verbo ad verbum vertunt, ut Alexandrinus, qui utroque *ἐψεύσαντό μοι*, poſuit, quod Vulgatus ſequutus, *mentiti ſunt mihi*, et Chaldaeus: יְכַדְּבוּן קֳדָמַי, quod idem eſt; partim ſenſum reddunt, ut Syrus, qui dedit: ܢܬܟܦܘܢ ܠܝ, *ſubjecerunt ſeſe mihi.* Videndum itaque, quid recentiores attulerint. 1) IARCHI poſt verbum יְכַחֲשׁוּ־לִי *mentiti ſunt mihi,* ſubaudit מֵחֵמַת יראה, *prae timore,* quod clarius KIMCHI exponit: מיראתם אותו יכחשו ויכזבו לי אותם שהיו במלחמה יאמרו לא נלחמנו עליך ולא היינו לצרך *prae timore negarunt, ſe umquam mihi fuiſſe adverſarios, et contra me pugnaſſe.* Qua interpretatione textui nimium infertur, neque ſenſus priori hemiſtichio ſatis congruus efficitur. 2) Aliam adhuc explicationem Kimchi ſubdidit, qua לִי *propter me* ſignificat: יכחשו לבני בריתם בעבורי *mentiti ſunt foederatis ſuis propter me,* i. e. foedera, quae cum aliis inierant, propter me ruperunt, atque ad me deſciverunt. 3) Ex Aben-Eſrae ſententia poeta gloriatur, quod inimici ſui jactantes ſuam virtutem, et ſibi victoriam de ipſo pollicentes, deprehenſi ſunt falſi et mentiti fuiſſe [והטעם שיכחשו לי שהיו מתהללים בגבורתם כנגד גבורתי]. Senſus non multo diverſus 4) ex AGELLII interpretandi ratione naſcitur: „*Mentiendi* verbum apud Hebraeos non ſolum falſum dicere, verum etiam *areſcere* et *tabeſcere* ſignificat; ac proprie de frugibus et fructibus dicitur; nam quando haec extenuantur et areſcunt, *fallunt* quodammodo *ſpem* agricolae, ac *mentiuntur;* aliud enim ferunt, quam ille expectabat. Ex hac ſignificatione dictum eſt in Cantico Habacuci III, 17. כִּחֵשׁ מַעֲשֵׂה־זַיִת *mentietur opus olivae, et arva non afferent cibum* [Addere potuiſſet locum Hoſeae IX, 2. *Area et torcular eos non paſcet,* וְתִירוֹשׁ יְכַחֶשׁ בָּהּ *muſtumque mentietur,* fallet *eam,* Hieroſolymarum urbem: nec non illud HORATII *Epiſt.* L. I. Ep. VII. Vs. 87. *Spem mentita ſeges*]. Ait ergo David: debiles et infirmi praeter exſpecta-

etationem aliorum et opinionem ſuam reperti ſunt. Nam qui putabant ſe fortes et inexpugnabiles fore, ii mihi adeo ſe debiles exhibuerunt, ut nihilo a foliis marcidis atque cadentibus differrent.“ Quam interpretationem Agellius commendari exiſtimat et eo, quod verbum יִבְּלוּ proxime Vs. 46. ſequitur, quod de foliis et fructibus marceſcentibus dici ſolet, unde quoque in illo Habacuci loco verbo כִּחֵשׁ reſpondet. Verum quo minus huic enarrationi ſubſcribam, impedit me additum in textu Hebraeo לִי, quod illa interpretandi ratione adhibita, aptum ſenſum aegre admittit. Quare 5) iis accedo, qui verbum כִּחֵשׁ, *mentiri*, per ſynecdochen *ſupplicem fieri*, animo licet invito ac propterea mendaci, valere putant. Certe *ſubjectionem ſupplicem* et *ſervilem* iſte loquendi modus manifeſte indicat Deut. XXXIII, 29. *Beatus es Iſrael, quis tibi conferendus? ſervatus es per Iovam, qui clypeus auxilii tu, et gladius potentiae tuae, et mentientur tibi inimici tui, et tu ſuper excelſa eorum calcabis;* in quibus verbis ſatis liquet, *mentiri inimicos Iſraeli* idem eſſe, quod fieri ei ſupplices, et penitus potentiae illius ſubjici. Sic Pſ. LXXXI, 16., inducitur Deus de Iſraelitis loquens: *Utinam populus meus mihi auſcultaſſet — — brevi tempore dejeciſſem hoſtes eorum, et in adverſarios eorum convertiſſem manum meam; oſores Iovae* יְכַחֲשׁוּ־לוֹ *mentiti ei fuiſſent,* ſupplices ei facti fuiſſent. Eadem locutio reperitur Pſ. LXVI, 3. „Et forſan,“ inquit BUCERUS, „inde *mentiri* pro trepidante et maxime ſervili ſubjectione uſurpari ſolet, quod qui ita ſubjecti ſunt, multa ſoleant, timore nimio adacti, iis mentiri, quibus ſerviunt, et quorum potentiam maxime formidant.“ Sive, ut GEIERUS illius locutionis rationem exponit: „Quia in novis dominationibus penes coactos ſubditos fictus plerumque ſolet eſſe cultus, periculi ſaltem amovendi meliorisque temporis exſpectandi cauſa, idcirco tales ſcripturae phraſi dicuntur *mentiri,* h. e. ſimulare obſequia, cum corde ſuo diverſa plane foveant ac molian-

moliantur.“ Quare ſenſus hujus Verſus erit hic: tantum valuit etiam apud exteros celebritas nominis mei, fama et opinio concitata de me, ut vel inviti prae ſe tulerint amicitiam, ac voluntariam quoque ſervitutem. Leguntur Syri, et quotquot ſocietatem cum Ammonitis coierant, qnod viderent ſe ab Iſraelitis eſſe ſuperatos, pacem cum Iſraelitis feciſſe veritique eſſe deinceps ferre auxilium Ammonitis, 2 Sam. X, 13. — Pro יְכַחֲשׁוּ in Samuele extat יִתְכַּחֲשׁוּ, ſenſu quidem non diverſo; plura enim ſunt verba, quae in Piel et Hithpael ſignificationibus conveniunt, ut נִכֵּר, *alienum ſe oſtendit* Deut. XXXII, 27. et הִתְנַכֵּר, idem, Geneſ. XLII, 7.; שׁוֹטֵט, *curſitavit,* Zach. IV, 10. et הִתְשׁוֹטֵט, Ierem. XLIX, 3.; עוֹלֵל, *fecit,* Thren. I, 22, et הִתְעַלֵּל 1 Sam. VI, 6. Praeferendum tamen putem, quod in Pſalmo extat, quum et duobus aliis locis in eadem locutione Piel uſurpetur, ut uſu loquendi hoc receptum videri poſſit. Praeterea in Samuele Verſus hujus hemiſtichia ſunt transpoſita, ut quod in Pſalmo ſit prius, illic poſterius. Sed aptior videtur is ordo, quo in Pſalmo hemiſtichia ſequuntur. Illum tamen ab Alexandrino jam et Chaldaeo interprete in Samuele mutatum repertum fuiſſe, teſtantur eorum verſiones. Arabs vero, Syrus etiam in Samuele, rectum ordinem exhibent.

46. בְּנֵי־נֵכָר יִבֹּלוּ *Alienigenae emarcuerunt,* quod bene KIMCHI interpretatur: מיראתם אותי הם כעלה נובל, *prae metu mei foliis deciduis ſimiles ſunt facti.* De foliis marcidis et decidentibus verbum נָבַל uſurpari, vidimus Pſ. I, 3. Senſus itaque: hoſtium meorum vires tot bellis, quae cum iis geſſi, debilitatae ac penitus exhauſtae ſunt. Quod ipſum Iarchi ſpectat, cum יִבֹּלוּ interpretatur ילאו, *defatigati ſunt,* eademque metaphora monet accipi, qua Exod. XVIII, 18. נָבֹל תִּבֹּל גַּם־אַתָּה גַּם־הָעָם *fatigas cum te ipſum, tum populum.* Alexandrinus hoc loco vertit ἐπαλαιώθησαν, quod Vulgatus ſequitur, *inveterati*

funt. Suspicari poffis, illum יִבְּלוּ ennunciaffe, a בָּלָה *veterafcere;* neque non Symmachum, qui ἀτιμωθήσονται pofuit, *dehoneftabuntur,* quia res vetuftate confumptae vilefcunt. Syrus interpres quid dederit, dubium eft, aliis codicibus ܢܬܒܠܘܢ, *veterafcent* aliis ܢܬܟܠܘܢ, *confumentur*, exhibentibus. Ita et Chaldaeus, יְסוּפוּן, *deficient.* Sed potuerunt illi omnes hodiernum יִבְּלוּ legere, fenfum vero ita, ut nos fupra expofuimus, accipere: prae vetuftate humoris et debilitate cadent, ut folent folia fructusque, quando vel arefcunt vel marcefcunt. Certe in Samuele Alexandrinum eodem modo, ac nos, legiffe, patet inde, quod ἀποῤῥιφθήσονται, *defluent,* pofuit. Addit poeta: וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם, quae verba interpretes non parum exercuerunt. Atque primum quidem anceps eft nomen מִסְגְּרוֹת, quod a *claudendi* notione, quae verbo סָגַר ineft, tam *clauftra, caftella,* quam *vincula, compedes* fignificare poteft. Nec minus dubium, quae verbi חָרַג, hoc tantummodo loco occurrentis, fignificatio h. l. fit adhibenda. Duplicem enim offert lingua Arabica: unam, ut Hebraeum verbum idem effe putemus I) cum حَرِجَ, *arctus, anguftus fuit,* in Conjug. fecunda حَرَّجَ, et quarta أَحْرَجَ, *arctavit, in anguftias redegit.* Hinc I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 909. Verfum hunc fic vertit: *filii peregrini populi marcefcunt et coarctantur vinculis fuis,* in vinculis confenefcunt et tabefcunt. Verum fi poeta hanc fententiam exprimere voluiffet, בְּמִסְגְּרוֹתֵיהֶם ponere debebat. Ab *anguftiae* fignificatione Chaldaeis חַרְגָא eft *horror, timor, trepidatio.* Ita Deut. XXXII, 25. pro Hebraico אֵימָה Chaldaicus interpres pofuit חַרְגַּת מוֹתָא, *timor mortis.* Qua *timendi* notione h. l. adhibita, duplici modo

do verba Hebraea verti poſſunt. Etenim 1) מִסְגְּרוֹת *vinculorum* ſignificatione accepta, IARCHI locum noſtrum ita explicat: מחמת יסורי מסגרות כלא שאני מסגירם שם ומייסרן בהן timent, anguntur *propter caſtigationes clauſtrorum carceris, quibus illos concluſos teneo et punio.* Sed 2) *caſtellorum* notione nomini מִסְגְּרוֹת tributa, ABENESRA ſic interpretatur: מארמוניהם הנשגבים שיסגרו בהם מפחד horruerunt etiam *e palatiis praealtis, quibus ſe prae timore concluſerant*; quod Kimchi ſequutus eſt. Metuerunt etiam in ipſis ſuis turribus et munitionibus, in quibus, quamvis firmiſſimae eſſent, tamen parum ſibi tuti videbantur. Niſi potius idem ſit hujus loci ſenſus, qui Mich. VII, 17. יִרְגְּזוּ מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם *trepidabunt*, i. e. trepidi egredientur *e caſtellis ſuis.* Non abſimilis loquendi formula Hoſ. XI, 11. יֶחֶרְדוּ כְצִפּוֹר מִמִּצְרַיִם *trepidabunt, ſicut avis, ex Aegypto*, trepidantes, ut fugitiva et perterrefacta avis, ex Aegypto exibunt. Eadem fere ſententia efficitur, ſi II) חָרַג, collato Arabum خَرَجَ, *egrediendi* notione accipias. Ea adhibita FULLERUS in *Miſcellann. Sacris* Lib. VI. Cap. XVII. verba noſtra יִבֹּלוּ וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם ſic interpretatur: „*cadent et prodibunt e clauſtris* (ſive *penetralibus ſuis*). Senſus eſt: cadent animis vel audaciſſimi confidentiſſimique hoſtes mei, et latibulis ſuis, quibus ante fidebant, ſeque eorum praeſidio ab omni periculo tutiſſimos exiſtimabant, egreſſi, deditionem facient. *Latibulorum* nomine propugnacula et potiſſimum vaſtas ſpeluncas in aſperrimis montibus rupibusque editiſſimis ſitas intelligo.“ I. D. MICHAELIS quoque in Supplemm. l. c., ſi illa *egrediendi* notio h. l. admittatur, vertendum cenſet: *deditionem facient*, „hanc enim qui faciunt (addit), *egredi ex urbe* vel *caſtello* Orientalibus dicuntur. Munimentum expugnatu facile, pomo maturo comparabitur, ſua ſponte ex arbore deciduo.“ Eundem ſenſum Chaldaeus expreſſit: יְטַלְטְלוּן מִבִּירָנְיָתְהוֹן׃

מִבִּרְנְיָתְהוֹן *migrabunt*, vel *ejicientur e caſtellis ſuis.* Ego tamen eam, quam proxime antea, dedi, interpretationem: *trepidi e caſtellis ſuis egredientur*, praeferendam exiſtimo, tanquam ſenſum magis poeta dignum efficientem, qui praeterea parallelo Michae loco confirmari videtur. Neque *egrediendi* ſignificatione verbum חָרַג Hebraeis in uſu fuiſſe credo; poſuiſſet noſter haud dubie, ſi eam notionem exprimere voluiſſet, יָצָא. Sed quod in Samuele legitur, וְיַחְגְּרוּ, non minus diverſe explicatur. I) Sunt, qui חָגַר ſignificatione non diverſum putent a חָרַג, imo hoc ipſum verbum, transpoſitis tantummodo literis duobus poſterioribus. Ita KIMCHI ad Samuelem: דפי' ויחגרו כמו ויחרגו הפוך כמו שכתוב בספר תהלים והוא ענין תנועה ופחד וכתי" וְיָזוּעוּן מִבִּירְנְיָתֵיהוֹן i. e. וְיַחְגְּרוּ *idem eſt quod* וְיַחְרְגוּ, *quod in Pſalmo extat, literis tantummodo transpoſitis, ſenſusque utriusque eſt: commoveri metu, ſuffragio etiam Chaldaei interpretis, qui hoc loco tranſtulit: commovebuntur horrore*, trement. Mera conjectura, ceterarum dialectorum teſtimonio prorſus deſtituta. II) Ex linguae Hebraeae uſu חָגַר ſignificat *cinxit, accinxit*, praeſertim adhibetur de iis, qui *ſe ad iter accingunt*; viatores enim promiſſas veſtes zonis ſolebant cingere, ut eo expeditiores eſſent, more Iſraelitarum ex Aegypto emigraturorum in primo paſchate, qui erant מָתְנֵיהֶם חֲגֻרִים, *lumbis accincti*, Exod. XII, 11. Hinc וְיַחְגְּרוּ hic ita erit explicandum: *accingunt*, ſcil. lumbos ad fugam capeſſendam e clauſtris ſuis ſcil. latibulis, caſtellis ac rupibus, in quibus adhuc metu Davidis delituerunt, ne, illis a victore expugnatis, male excipiantur. Sed eſſe duri quidquam atque inſoliti in hac locutione, *accingunt ſe e clauſtris*, pro, *ad fugam e clauſtris*, quisque ipſe ſentiet. III) A primaria *ligandi* notione, quae radici חָגַר ineſt, Syris atque Talmudicis id verbum *claudicare* ſignificat. Quare DONES, a Iarchio citatus, locum noſtrum ita interpretatur: ויפסחו מכבליהם הנתונים על רגליהם *claudi-*

claudica[nt] propter compedes ſuis pedibus injectas. Eundem ſenſum videtur Alexandrinus expreſſiſſe, cum in Samuele ponit: *σφαλοῦσιν ἐκ τῶν συγκλεισμῶν αὐτῶν, labentur ob vincula ſua,* quibus in eundo impediuntur. Sed I. D. Michaelis, altera nominis מִסְגְּרוֹת ſignificatione adhibita, vertit: *claudicabunt ex clauſtris ſuis,* i. e. victi et humiles ex caſtellis ſuis prodibunt; „claudicare enim (inquit) Hebraei eum dicunt, qui male rem gerit, inferior et victus diſcedit.“ — וְיַחְגְּרוּ etiam in Pſalmo Alexandrinus videtur legiſſe, ſed aliud nomen pro hodierno מִסְגְּרוֹת, transtulit enim: *καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν, claudicaverunt a ſemitis ſuis:* conſentit Syrus, qui utroque loco habet: ܘܢܬܚܓܣܘܢ ܡܢ ܫܒܝ̈ܠܝܗܘܢ *et claudi fient a ſemitis ſuis.* Alexandrinum מִמְּסִלּוֹתֵיהֶם in Pſalmo legiſſe, non improbabilis eſt AGELLII conjectura: „ſolent enim (inquit) מְסִלָּה *τρίβον* transferre, ut Iudic. V, 20. *ἐξ οὐρανοῦ παρετάξαντο οἱ ἀστέρες, ἐκ τριβῶν αὐτῶν,* [מִן־שָׁמַיִם נִלְחֲמוּ הַכּוֹכָבִים מִמְּסִלּוֹתָם] *e coelo congreſſae ſunt ſtellae e ſemitis ſuis,* quod alius interpres reddidit, *ἐπ ταῖς τάξεως αὐτῶν, ex ordine ſuo,* ex ordine, inquam, et ſtatione militari, quaſi ex inſtructa acie. Similiter Ioel II, 7. 8., ubi de exercitu ſermo eſt, in quo quisque ordinem et locum ſuum non reliquit [גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן], Septuaginta ibidem transtulerunt: *τρίβον, καὶ οὐ μὴ ἐκκλίνωσι τὰς τρίβους αὐτῶν, et non divertent a ſemitis ſuis.* Igitur manifeſtum eſt, *τρίβον,* ſeu *ſemitam,* dici *ordinem militarem.* Et quia in inſtructa acie ita ſit, ut ſuum locum et ordinem milites teneant, dum gradiuntur, aut manus conſerunt, ideo *τρίβον,* id eſt *ſemitam,* ordinem militum in gradiendo appellavit. Ergo *claudicaverunt a ſemitis ſuis* hoc ſignificat, miſcuerunt ordines, conſuderunt aciem, et in fugam effuſe et nullo ſervato ordine verſi ſunt.“ Eodem modo Agellius etiam Alexandrinam interpretationem in Sa-

Samuele, *σφαλοῦσιν ἐκ τῶν συγκλεισμῶν αὐτῶν*, *labentur ex conclufionibus fuis*, exponit; idem poffumus, inquit. „intelligere per *conclufiones*, quod per *femitas*, quia videlicet milites eodem ordine et loco progredientes quafi conclufi lineis quibusdam videantur, et eandem viae lineam tenere, et inter fe conjuncti atque connexi incedere.“ Quidquid autem veteres in fuis codicibus legerint, ego nullus dubito, וַיַּחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם, *trepidi e caftellis fuis egreffi funt*, a Davide fcriptum effe.

47. Verba חַי־יְהוָה duplici ratione interpretantur. 1) Sunt, qui poft adjectivum חַי verbo fubftantivo *eft*, fubaudito, ita vertant: *vivus eft Iova*, h. e. ille, cujus ope tantas obtinui victorias, non eft fimulacrum, quod fenfu et vita caret, cujusmodi funt hoftium meorum numina, fed vivus ille ac verus eft Deus, qui ab hoftibus meis expugnari et deleri numquam poterit. 2) Aliis autem formula haec eft faufta acclamantis, *vivat Iova!* quemadmodum homines regibus gratulaturi faufta et felicia omnia precantur, vid. 1 Sam. X, 24. 1 Reg. I, 39. 2 Reg. XI, 12. Quam interpretationem ego praeferendam cenfeo, quum fimiles acclamationes fubjiciantur: וּבָרוּךְ צוּרִי *Et benedictus petra mea*, i. e. praefidium meum et propugnator meus, omnibus laudibus celebrandus! וְיָרוּם אֱלוֹהֵי יִשְׁעִי *Exaltetur*, laudibus evehatur *Deus*, auctor *falutis meae!* In Samuele ante יִשְׁעִי repetitur צוּר, librarii, ut videtur, incuria.

48. Celebretur הָאֵל הַנּוֹתֵן נְקָמוֹת לִי *Deus, qui mihi dedit vindictas*, vires mihi dedit, ut ab hoftibus meis vindictam fumerem. KIMCHI: הנקמות שאני נוקם מאויבי הוא נותן לי כלומר הוא נותן לי הכח *Ultiones, quas de hoftibus meis fumfi, ille mihi dedit, quafi diceret, ille vires mihi praebuit.* Formula autem, *dare alicui ultionem*, hoc vult, ulcifci aliquem, fupplicium de hofte fumere, oppreffi vindicandi caufa. Ita Iud. XI, 36. יְהוָה עָשָׂה

עשה במוח מאויביך, vid. etiam 2 Sam. IV, 8. Ezech. XXV, 17. Addit poeta: וידבר עמים תחתי, in quibus verbis vertendis interpretes discrepant. 1) Sunt, qui verbum דבר *perdendi* notione accipiant, Chaldaeo praeeunte, qui hoc modo transfert: ומתבר עממיא דקימין לאבאשא לי תחותי *et confringit populos, qui exſurgunt ad mala mihi inferenda, pro me.* Cujus interpretationis rationem reddit IARCHI: וידבר יהרוג לשון דבר *denotat occidit, ex ſignificatione nominis* דבר*, peſtis.* Hac ipſa notione verbum דבר reperitur 2 Paral. XXII, 10., ubi de Athalia dicitur: ותדבר את־כל־זרע הממלכה, *et perdidit omne ſemen regium*, pro quo in loco parallelo 2 Reg. XI, 1. ותאבד, tanquam ſynonymum, ponitur. 2) Alii vero ſignificationem *ducendi*, qua verbum דבר tam apud Hebraeos quam apud Chaldaeos polluit, h. l. adhibendam putant. IARCHI: לישנ׳ אחרינא כמו וינהג דמתרגם ודבר, *ex alia interpretatione* ידבר *hic idem eſt quod* ינהג ducit, *quod verbum Chaldaeus 2 Reg. IX, 20. per* דבר *transtulit.* Allegat etiam locum parallelum Pſ. XLVII, 4. ידבר עמים תחתינו *et deducit*, ſubdit, *populos ſub nos*, *et gentes ſub pedes noſtros.* Eadem Aben-Eſrae eſt ſententia, qui huic loco eundem ſenſum ineſſe obſervat, ac Mich. II, 12. *Colligam ego vos Iacobitas omnes, et Iſraelitarum reliquias congregabo, eosque una collocabo ut oves Boſrae,* כעדר בתוך הדברו *ut gregem in caula ſua* (nam a *ducendi* ſignificatione דבר eſt *caula,* in quam ducuntur, aguntur, pecora, cf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XLIV. p. 519. edit. Lipſ.). Tunc loci noſtri ſenſus erit: *duxit*, egit, coëgit, *gentes ſub poteſtatem meam,* gregis pecudum inſtar, imagine non ineleganti ex vita paſtoritia arceſſita. In Samuele legitur מוריד, *deſcendere faciens*, h. e. dejiciens gentes, easque proſternens, ac ſub pedibus ſubjungens. Eadem formula Pſ. CXLIV, 2. הרודד עמי תחתי, *qui ſubdit populum meum ſub me.* Hoc vero loco poeta וידבר ſcripſerit, an מוריד, incertus ſum.

49. מְפַלְּטִי מֵאֹיְבָי *Qui me eripit ex hoſtibus meis;* pro quo in Samuele: וּמוֹצִיאִי מֵאֹיְבָי, *faciens me exire ex hoſtibus meis,* me eorum manibus expediit, vel in praeliis, vel in fugiendo Saule. אַף מִן־קָמַי תְּרוֹמְמֵנִי *Imo exaltaſti me prae iis, qui contra me inſurrexerunt,* ſecurum me reddidiſti, tanquam in praealta quadam arce vel monte conſtitutum, quorſum hoſtilis vis pervenire nequiret, cujusmodi ſimilitudine ſupra Vs. 3. eſt uſus. KIMCHI: לא די שמציל אותי מהם אלא שמרוממם אותי עליהם וזהו אף מן קמי תרוממני *Non ſufficiebat tibi, me ab illis* (hoſtibus meis) *liberare, extuliſti me etiam ſuper illos, id quod particula* אַף *indicat;* ſed ea omiſſa in Samuele contracte legitur וּמִקָּמַי. Nota perſonae enallagen, ſequitur enim hic ſecunda, quum Vs. 48. fuerit tertia. מֵאִישׁ חָמָס תַּצִּילֵנִי *Hominibus violentis me eripuiſti.* Ad verbum: *viro violentiae,* i. e. violento; poſterius ſubſtantivum enim eſt adjectivi loco. *Violentum* Kimchi putat notare *Saulem,* eumque ultimo loco nominari a poeta, quod ſui ab illo liberatio initium fuerit gloriae ſuae (משאול שהיה עושה לי חמס ברדפו אחרי הצלתני ובאותה ההצלה בא אלי כל הכבוד). Aben-Eſra vero regem aliquem exterum putat intelligi, quod Davidem vocaſſe Saulem *virum iniquum* vix credibile ſit (כמלך הגוים כי רחוק הוא שיאמר על שאול מאיש חמס). Sed quum poeta antea ſemper de hoſtibus ſuis in univerſum loquutus eſſet, et haec formula collective videtur intelligenda eſſe. Quod ipſum magis adhuc valet de eo, quod in Samuele legitur, מֵאִישׁ חֲמָסִים.

50. עַל־כֵּן אוֹדְךָ בַגּוֹיִם יְהוָֹה *Propterea confiteor,* i. e. *celebro te inter gentes, Iova!* KIMCHI: לפני כל הגוים שהם נשמעים אלי ונעובדים אותי אודה כי הגבורה והכח מאתך הם לי *Coram omnibus populis meo imperio ſubditis confiteor, vim et potentiam me tibi debere.*

51. Illum, inquit, Deum celebrabo, et laudibus efferam מַגְדִּל יְשׁוּעוֹת מַלְכּוֹ, *qui magnas facit ſalutes regis ſui,*

ſui, qui beneficiis ampliſſimis et multiplicibus ſuis auget et conſervat, quem ipſe regem conſtituit. Pro מַגְדִּל in Samuele Maſorethae ad marginem notant legendum eſſe מִגְדּוֹל, *turris*, ut vertendum ſit: *turris*, praeſidium *eſt ſalutis regis ſui*, quod praeplacet Koehlero, qui affert eandem ſimilitudinem ex Proverb. XVIII, 10. מִגְדַּל־עֹז שֵׁם יְהוָה *Turris firma eſt Iova, ad quam confugit pius et protegitur.* Ego retinendam putaverim eam legendi rationem, quae in Pſalmo reperitur. Poſtrema hujus Verſus verba, לְדָוִד וּלְזַרְעוֹ עַד־עוֹלָם, Reddingio a ſeriori manu videntur adjecta eſſe; rationem tamen ſuſpicionis addidit nullam.

PSAL-

PSALMVS VNDEVICESIMVS.

ARGVMENTVM.

Celebrat hic Pſalmus duplicem rationem, divinam potentiam ſapientiamque cognoſcendi, unam ex coeli mirifica ſtructura, alteram ex legum divinarum praecellentia. „Vel," inquit RUDINGERUS, „praeconium eſt legis peculiare, quo celebrat ſapientiam et uſum legis divinae, ſicut et Pſalmus CXIX. hoc facit copia admirabili. Sic utetur exordio illo ſpecioſo et poetico (Vs. 2 — 7.) et celebrando coeli opus (id quod et alias facit, ut Pſ. VIII. LXXIV, 16. LXXXIX, 6. CIV. ex profeſſo, et CXLVII, 8), et ſolis et lunae (ſub quibus ſane comprehendere licet totum mundi opus, quum haec ſit pars mundi pulcherrima et κάλλιστον ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ). Hoc igitur exaggerandae rei cauſa ita aſſumet, et praemittet de verbo creationis, atque hac occaſione poſtea ad verbum legis, ſeu legem Domini, convertet praeconium, in qua non tantum non minus, ſed multo etiam magis eluceat ſapientia et providentia Dei, quam in illo pulcher-

cherrimo coeli opere, q. d. legem et verbum Domini esse ipso coelo praestantius et magis aliquid, in quo Deus ipse se depingit qualis sit, et quale exemplum virtutum omnium. Petit etiam (Vs. 13. seqq.) sibi remitti peccata, quibus ab hoc archetypo et imagine Dei recesserit, et se et illam polluerit, tam occulta illa, quae per imbecillitatem, quam quae per contumaciam manifestam commiserit, et ut grata Deo faciat, loquatur et cogitet, quae summa est legis totius."

Ad tempus, quo editus sit Psalmus, quod attinet, FERRANDUS hymnum hunc a Davide compositum putat, quum in desertis passim erraret, ut Saulis acerbitatem subterfugeret, tunc enim suam omnem consolationem ex legis divinae meditatione reportasse. Et Vir ille doctus, qui nomine suo suppresso Symbolas ad historicam V. T. interpretationem edidit, Davidem mane illius diei, quo a Philisthaeorum rege, Achiso, una cum copiis Ziclagam reverti jussus esset [1]), hocce carmen existimat effudisse, quo pium suum gratumque in Iovam animum, suamque praeceptorum ejus reverentiam testaretur, a qua Philisthaeorum sollicitationes ipsum frustra abducere tentassent. H. E. G. PAULUS vero non Davidis, sed Salomonis putat hoc carmen, quo Iovam roget, velit sibi mentem dare prudentem et sapientem, ut legibus divinis, quibus nihil

1) Vid. 1 Sam. XXIX.

hil effet praeftantius et magis aeftimandum, convenienter jus diceret populumque gubernaret [2]); atque quum Vs. 6. exorientis folis mentio fiat, dum facrificium matutinum fieret, decantatum carmen colligit. Verum hae omnes conjecturae quam fint incertae, et quam parum folidis rationibus nitantur, non eft, ut oftendamus; neque ad carminis intelligentiam juvat temporis, quo fcriptum fit, notitia.

Ob fubitaneum Vs. 8. transitum a celebrata Dei, qualis in coelorum opificio fefe exferit, potentia, ad praeftantiae legum divinarum praeconium, nos olim in hanc incidimus conjecturam, effe hoc Pfalmo duo diverfa carmina, aut certe diverforum carminum particulas, quorum unum virtutem Iovae ex opificio coelorum mire relucentem, alterum legum divinarum praeftantiam et excellentiam celebraret, cafu vel confilio in hoc uno conjuncta, quae proinde ab interprete fint fejungenda. Quae conjectura nec displicuit de Wettio [3]), ideo potiffimum, quod in parte ea, quae inde a Vs. 8. decurrit, alius prorfus tenor, imo et diverfa parallelismi ratio regnet. Quae tamen parallelismi diverfitas qualis fit, non indicavit Vir doctiffimus. Sed miffam

2) Coll. 1 Reg. III, 7. feqq.
3) Nec non M. H. STUHLMANNO in *den exeget. krit. Anmerkk. zu einzelnen Stellen der Pfalmen* in den *Analekten* Vol. IV. P. I. p. 19.

missam jam facimus istam conjecturam, ut minime necessariam. Neque quid moverit aliquem, ut duorum carminum fragmenta in unum compingeret, facile perspicitur.

---

2. הַשָּׁמַיִם מְסַפְּרִים כְּבוֹד־אֵל *Coeli enarrant gloriam Dei*, corporum coelestium ordo et pulchritudo testes sunt ac praecones assidui gloriae atque potentiae divinae, dum, quantus sit Deus, quanquam taciti, quotidie docent et admonent; quam ipsam sententiam, pro more carminis, repetit hemistichium alterum: וּמַעֲשֵׂה יָדָיו מַגִּיד הָרָקִיעַ *Et firmamentum praedicat opus manuum suarum*, quae et quanta perficere queat divina sapientia et potentia, docent siderum ornatus et ingentes machinae. De nomine רָקִיעַ vide not. ad Genes. I, 6.

3. Divinam gloriam nunquam cessant coeli celebrare die nocteque: יוֹם לְיוֹם יַבִּיעַ אֹמֶר *Dies diei manifestat* (coll. Arab. نبغ, *apparuit, manifesta evasit res*, unde Syris ܢܒܥ, *evulgavit, propalavit*, vid. I. D. MICHAELIS ad *Castelli Lexic. Syriac.* p. 532.) *dictum*, verba laudis divinae, וְלַיְלָה לְּלַיְלָה יְחַוֶּה־דָּעַת *noxque nocti indicat scientiam* laudandi Deum. Declaratur praedicatio sine intermissione. Et quia coelum praedicat per dies et noctes, cum interdiu princeps astrorum, sol, conspicitur, noctu stellarum pulchritudo; et quia dies et noctes sibi invicem succedunt, ideo poëtico artificio fingit noster, unum diem peracto cursu et praedicatione sua, tradere diei sequenti verba praedicationis, et noctem quoque, peracto cursu, et quasi hymno cantato, tradere nocti sequenti munus canendi, ut ita continue, et sine ulla intermissione dies et noctes quasi choreas ducant, et Deum laudibus celebrent.

4.

4. אֵין־אֹמֶר וְאֵין דְּבָרִים בְּלִי נִשְׁמָע קוֹלָם *Non* eſt illis *ſermo, nec verba, neque auditur vox eorum.* Sunt, qui nominibus אֹמֶר et דְּבָרִים diverſas *gentes*, diverſis linguis loquentes, intelligant, Verſumque hunc ita interpretentur: nulla eſt natio, nulla gens aut lingua, nulli homines, ad quos coeli et firmamenti voces non pervenerint; quamvis alii aliis ſermonibus, aliisque loquelis ac linguis ſint homines, tamen eadem apud omnes haec vox coelorum inſonat, et omnes illam audiunt. Eadem videtur mens fuiſſe Alexandrini interpretis, qui ſic vertit: *οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν·* quod Vulgatus ad verbum reddidit: *non ſunt loquelae, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.* Verum Hebraeos nominibus אֹמֶר et דְּבָרִים illo ſenſu uſos fuiſſe, teſtimonio idoneo vix probari poterit. Rectius alii vertunt: *non eſt ſermo, nec ſunt verba, non auditur vox eorum,* quod ita accipiunt, quaſi ſit *ἀνθυποφορὰ,* qua emolliat poeta ſuperiorem proſopopoeiam, ac dicat: non quidem nos alloquuntur coeli, ſed illorum ſtructura ac motus docet nos Dei potentiam et magnificentiam, quod quidem ſignificabit Verſus, qui proxime ſequitur. Quodſi hoc ſequamur, ſub illius initio, ante בְּכָל, particula *Vav* erit ſubaudienda, quae nobis *attamen* valebit. Praeplacet tamen ea interpretandi ratio, quam LUDOVICUS DE DIEU attulit: „*Sine ſermone, et ſine verbis, non audita voce eorum,* in univerſam terram exit ſonus eorum (Vs. 5.). אֵין pro *ſine* accipi putamus etiam Ierem. XXXVIII, 5. Proprie autem negationem dicit cum incluſo verbo ſubſtantivo, quod interdum per Indicativum, interdum etiam per Participium reddi poteſt, pro ſubjecta materia, ut ad verbum ſit: *non exiſtente ſermone, et non exiſtentibus verbis, non audita voce eorum,* ſicut Proverb. XXVI, 20. בְּאֵין נִרְגָּן *in non exiſtente ſuſurrone,* id eſt, deficiente ſuſurrone, absque ſuſurrone, *ceſſat lis.*" CAMP. VITRINGA in *Obſervatt. S. S.* L. III. Cap. XXIV. p. m. 850., ubi varias hujus loci inter-

interpretationes in cenfuram vocat, eum ita exponit: *Non eft dictum, et non funt fermones, quorum non auditur vox*, i. e. coeli inftitutio eft clara, eft intellectu et auditu facilis; vox coelorum ab omnibus audiri, eorumque dicta et fententiae ab omnibus poffunt intelligi. Obfervat praeterea ὁμοιοτέλευτον in קוֹלָם et קַוָּם atque in מִלֵּיהֶם et בָּהֶם.

5. In explicandis verbis בְּכָל־הָאָרֶץ יָצָא קַוָּם difficultatem creat vocabulum קַו, quod quum primo *funem* quemlibet fignificet (a *contorquendo*, quae notio Arabum قوي ineft, unde قُوَّةٌ et قُوِيٌّ *funis*), deinde praefertim de *refticula menforia* ufurpetur, quae κανὼν Graece dicitur (ut Ief. XLIV, 13. *Faber lignarius* נָטָה קָו *extendit refticulam*), hoc loco figurate dici neceffe eft; fed quo fenfu, diffentiunt interpretes. 1) Chaldaeus ita vertit: בְּכוּלָּא אַרְעָא נְפַק מְתַח עֲבִידָתְהוֹן *in omnem terram exit extenfio rerum ipforum*, i. e. corporum coeleftium, quod IARCHI fic explicat: קו השמים שהם נמתחים על פני כל הארץ ומחמת כן בקצה תבל מליהם שהכל מדברים בנפלאות שהם רואים *Linea coelorum, hi enim extenfi funt fuper totam terram, et hinc in fines terrae exeunt verba eorum* (ut in hemiftichio altero dicitur), *quoniam omnes loquuntur de rebus mirandis, quae vident.* Quae quidem interpretatio et nominis קַו ufui, et rei, de qua agitur, ita conveniens videtur, ut nos in ea acquiefcere haud dubitemus. Quod aliis tamen minus placuit, qui proinde varie hunc locum tentarunt. 2) KIMCHI: קום בנינם לפי שבבנין יעשה בנטית הקו כלומר מעשה הגלגלים והכוכבים יצא בכל הארץ *Funis eorum, id eft, aedificium eorum, nam in aedificiorum exftructione funes menforii extendi folent. Senfus eft: orbes illi coeleftes*, tam eleganter, quafi lineatim fabrefacti, *fuper totam terram extenduntur.* 3) Aben-Efra intelligi putat *lineam fcripturae.* En verba illius: קו הוא המכתב ומ״ס [מגלת ספר] והטעם

והטעם כי מכתבם יקרא בכל מקום ויבינו מה טעמו כל המשכילים בכל מקומות הארץ *Linea h. l. fignificat fcripturam et volumen libri; fenfusque eft, fcripturam coelorum ubique legi, atque a prudentibus ubique locorum poffe intelligi.* Quod tamen e longinquo petitum videtur, nec fatis congruere cum hemiftichio altero. Alii 4) *funem* coelorum intelligunt *regulam*, tanquam praeceptum et doctrinam eorum. Quod coactum videtur. Sunt, 5) qui קַו h. l. *chordam* notare velint, et per metonymiam, *fonum*, quem illa reddit, cum extenditur; quod ipfum interpretes antiqui videntur fpectaffe. Alexandrinus enim pofuit: *ὁ φθόγγος αὐτῶν* (quod ipfum fequitur Paulus, Apoftolus, Rom. X, 18. ubi hunc Verfum *ἀλληγορικῶς* accommodat ad evangelii per univerfum orbem propagationem), Symmachus: *ὁ ἦχος αὐτῶν*· Vulgatus et Hieroymus: *fonus eorum;* Syrus: ܣܒܪܬܗܘܢ, *annunciatio eorum.* Minime igitur opus erit, ut fumamus, illos vel קוֹלָם *vox eorum,* vel חַוָּם legiffe, a verbo חָוָה, quod Syriace fignificat *loqui, eloqui,* quae LUD. CAPPELLI funt conjecturae in *Crit. S.* Lib. IV. Cap. IX. §. IV. pag. 652. edit. Halenf. Eas effe fupervacaneas, vidit et EDUARD. POCOCKIUS in *Notis Mifcellaneis,* Portae Mofis annexis, Cap. IV. p. 48. feqq., ubi linguae Arabicae ope probabile reddere ftuduit, obtinuiffe nomen קַו *clamoris* feu *vociferationis* non minus quam *lineae* feu *amuffis* fignificatum. „Conjecturae ratio inde, quod in illa قَوْقَا, formâ (ut fieri folet in ejusmodi Verbis) quadrilitera ex primae radicalis repetitione a themate قَوِيَ (quod Hebraico קָוָא et קָוָה cum *He* leni feu quiefcente refpondet) idem denotet ac صاح *clamare, exclamare, vociferari,* tefte al-Firuzabadio in *Oceano* fuo, in quo forfan et ufitatioris ejusdem thematis intellectus (fcil. *fortitudinis, roboris* et *potentiae*) veftigia non funt obfcura,

ut

ut ſit non quovis modo, ſed *μετὰ βοῆς φθέγγεσθαι, fortiter et alta voce clamare.* . . . . . Hoc licet omnium maxime convenire vocis hujus rationi videatur, unde et primum ei locum attribuimus; nequaquam tamen ab ejus, quod eſt inter has linguas commercii et convenientiae analogia recedemus, ſi ad فُوّهٌ, i. e. cum *He* الظاهر (ut loquuntur) *claro*, ſeu manifeſto (*Mappicatum* Hebraeorum Grammatici vulgo vocant), lectorem remittamus; neque enim inſolens videbitur, ſi quod in altera harum linguarum in *He* clare pronunciato, in altera eàdem quieſcenti deſinat, in pluribus ſit; imo et in una eademque quod natura mobile eſt, inſtar quieſcentis excidit, quorum utrumque eadem exempla confirmatum dabunt: שָׂפָה Hebraicum in linguam Arabicam migrans *He mobile* acquirit, ut ſit شَفَهٌ, quo tamen in formatione nominis vim ſuam amittente ſit شَفَةٌ, quod in Plurali شفاه reſumit; a פֶּה *os* ſit Arabicum فُوهٌ, cum *He moto*, quod tamen in فُم inde formato rurſus excidit. Iam vero فوّه cum *He mobili* ejusdem eſt cum Verbo prius memorato ſignificatus, videlicet صرخ *clamavit, exclamavit,* imo ſenſu loco iſti [Pſ. XIX, 5.] mire commodo, quum ſit ita clamare, ut alter alteri reſpondeat voce mutuo agnita, quaſi ſigno utrinque dato, ut ita coeli ſe invicem inclamare ſingantur ut cum *cantarent pariter aſtra matutina, et jubilarent Dei*, Iob. XXXIII, 7." Quia vero nullum aeque ſidus, ut Solis jubar, Dei majeſtatem atteſtatur; de Sole peculiariter ſubjicit: לַשֶּׁמֶשׁ שָׂם־אֹהֶל בָּהֶם *Soli poſuit tabernaculum in illis* coelis. Eo vero rationem reddidit ejus, quod de coelis cecinit, quod, et ſi nihil loquatur more humano, in omni tamen terra multo praeclariſſime Dei virtutem et

et ſapientiam depraedicent. Rudingero hoc dicere videntur verba illa, coelum eſſe conditum, ut ſit tabernaculum Solis atque ita Solis cauſa quum et hunc ſolum nominet, et hic vere ſit *Φωστήρ* Dei, in quem omnem lucem coeli congeſſit, et qui de luce ſua lunae et ſtellis omnibus communicat. Ita et Campenſis ſenſiſſe videtur, cujus Paraphraſis habet: *et imperium dedit Soli in coelis, eſt dux, et princeps, et moderator luminum reliquorum.* Similiter Venema: „Sol hic tanquam *rex* coelorum, aut imperator exercitus coeleſtis repraeſentatur, cum Deus ei *tentorium* dicatur fixiſſe in coelis, non qualecunque, ſed auguſtale et praetorium: quo ſtatio ejus magnifica, ſplendidiſſima, et ſuper omnia ſidera, quae *exercitus coeleſtis* nomine veniunt, fulgens ſignificatur.“ Neſcio tamen annon ſit praeferenda GEIERI ſententia, *tentorio* indicari nocturnum ſolis domicilium, in quo, hominum oculis abſconditus, quietem quaſi capere videatur, unde in Verſu proxime ſequenti dicatur, *egredi illum ſponſi inſtar e thalamo.* Eadem imagine uſus Habacuc III, 11. שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד זְבֻלָה *Sol, luna, ſubſtitit in ſede ſua,* ubi זְבוּל idem plane eſt quod hic אֹהֶל, denotatque, ſcite Schnurrero obſervante, „locum illum, in quem occidens ſol deſcendere atque intrare ſingitur, ut, nocte ibidem peracta, prodeat iterum, curſum ſuum denuo peracturus: trita eſt Hebraeorum formula, qua ſol occidens dicitur *intrare*, בּוֹא, oriens *exire*, צֵאת.“ Legenda etiam ſunt, quae de hac imagine monuit HERDERUS in libro de *Poeſ. Hebr. Gen.* P. I. p. 78. 79. Alexandrinus ita vertit: *ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ*, *in ſole poſuit tabernaculum ſuum*, quaſi in ſuo codice Hebraeo ita legiſſet: בַּשֶּׁמֶשׁ שָׂם אָהֳלוֹ, quibus verbis AGELLIUS hunc ſenſum putat ineſſe: „fecit, ut ſol non ſemper luceret, ſed viciſſitudine lucis ac tenebrarum, de dominatu etiam lunae concederet: poſuit ergo in ſole ſuum tabernaculum, ſuum ipſius ſolis, quo abderetur, ne ſemper in aperto eſſet, ſed in tenebris, tanquam in tabernaculo, con-

conderetur." Quod quam coactum ſit, quisque ſentiet ipſe. Magis probandi ſunt, qui haec ita explicant, tantam ſoli ineſſe majeſtatem, ut videatur in eo Deus ſuummet conſtituiſſe habitaculum, et quaſi tabernaculum imperatorium, unde omnia gubernat. Sed longe commodiorem ſenſum prodire ex eo, quod nos in codicibus Hebraeis legimus, vix eſt, quod moneamus.

6. וְהוּא כְּחָתָן יֹצֵא מֵחֻפָּתוֹ *Similis eſt ſponſo, qui e thalamo ſuo procedit,* quemadmodum ſplendidiſſimis ornatum veſtibus amici progredientem e cubili ſponſum hilares et gratulabundi excipiunt (cf. Ioh. III, 29.), et nuptiarum feſtum incipitur; ſic exoriente ſole, et mane os aureum orbi proferente, omnes laetantur, univerſi orbis facies mirum in modum recreatur et velut innovatur. Videtur autem vere pulchrior et clarior quodammodo ſol in ortu; ſeu quod ex intervallo noctis jucundius adſpicitur; ſeu quod caligo illa noctis, cum ſolis radiis diſpellitur, ex ipſa lucis orientis comparatione decorem illi adjicere videatur. Sed fortaſſe ſponſo prodeunti eam ob cauſam poeta comparat ſolem orientem, quia inter cetera ornamenta (vid. ARVIOSII libellum *de moribus Arab. Nomad.* p. 122. verſ. germ.) *corona* ſponſi utebantur, ut colligere licet ex Cant. III, 11. *Prodite, ſpectate Sionis puellae, Salomonem corona* [בַּעֲטָרָה] *ornatum, qua mater eum coronavit ſponſaliorum die.* Sol autem cum oritur, quaſi diademate quodam, et corona radiorum vibrantium redimitus videtur. Rudingerus ſimpliciter poetice hoc dici putat, Solem orientem tanquam de cubiculo et lecto ſuo ſurgentem procedere, ſicut Tithoni croceum linquit aurora cubile, quando Sol oritur, poetis. חֻפָּה, a חָפַף, Arab. حَفَّ, *obivit, circumdedit, operuit,* Ieſ. IV, 7. de omni *velo* et *tegumento* ponitur, hic vero ſignificat *lectum, velis circumdatum,* aut cui velum certe praetenſum eſt, *thalamum nuptialem,* qua eadem notione praeter hunc locum, nusquam alias in Codice Hebraeo occurrit,

rit, niſi Ioel. II., 16., ubi ſynonymum eſt חֶדֶר, *penetrale, velo discluſum, cubile* [יֵצֵא חָתָן מֵחֶדְרוֹ וְכַלָּה מֵחֻפָּתָהּ]. Cf. I. GLOB. CARPZOVII *Apparat. Antiqq. Hebr.* p. 630. Simul vero ut progreſſus eſt ſol, יָשִׂישׂ כְּגִבּוֹר לָרוּץ אֹרַח, *gaudet, herois inſtar, viam* (niſi legendum ſit cum affixo, אָרְחוֹ, *viam ſuam*, quod ipſum Alexandrinus Syrusque exprimunt) *currere*, cum tam magnum itineris ſpatium diurno curſu illi ſit emetiendum, tantum abeſt, ut fatigetur, ut etiam exultet, et ſummis viribus ac vigore peragat, ſtrenui viri inſtar, pedum pernicitate praediti, quae dos praecipuis heroibus tribuitur, ut vidimus ſupra ad XVIII, 34. Quanta autem ſit Solis via, nunc declarat.

7. מִקְצֵה הַשָּׁמַיִם מוֹצָאוֹ וּתְקוּפָתוֹ עַל־קְצוֹתָם *Ab extremo coelorum egreſſio ejus, et circuitus ejus ad extremum illorum*, a ſummo coelo, ab Oriente, exit, ac pervenit ad ſummum ejus, nempe in Occidentem. תְּקוּפָה, quod Exod. XXXIV, 22. 1 Sam. I, 20. 2 Chron. XXIV, 23. de *circuitu*, converſione, *anni* dicitur, a verbo קוּף, *obire, ambire*, (cf. A. SCHULTENSII *Commentar.* ad Iob. I, 5. p. 9. 10); hic uſurpatur de fine viae, cum ad eundem locum pervenitur, unde diſceſſum erat. וְאֵין נִסְתָּר מֵחַמָּתוֹ *Nec eſt, qui ſe ab ejus calore abſcondat*, omnia luſtrat et complet vitali luce ſua, neque calorem hujus latere, neque ardorem effugere quisquam poteſt, uti Rudingerus ſenſum declarat, hac tamen addita annotatione: „Quaerendum an hoc etiam dicatur? quod et nihil eum lateat, ut qui terrarum flammis opera omnia luſtrat, ſecundum Homerum et Maronem, et inſuper calorem communicat omnibus, et fovet, alit, producit hoc omnia, ut aliqui hoc accipiunt; etſi quum *latendi* et *abſcondendi* Verbum uſurpetur, ardorem potius et aeſtum, quam calorem ſignificare videtur. Et tamen veriſimile, non incommoda tantum, ſed commoda etiam Solis in tali mentione ſignificari; itaque utrumque refert paraphraſis."

8. Iam

8. Iam transit ad legis divinae praeconium, cum praecedentibus hoc fere modo continuandum: etſi autem hoc coeli opus praeclarum eſt et ſpectabile, et documenta atque praeconia edit ſapientiae Dei, lex tamen Iovae idem praeſtat, et multo quidem luculentius, quae et ipſa eſt opus Dei terſum, politum, et ſapientiam perſectam complectitur. תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה *Lex Iovae eſt perfecta.* תּוֹרָה ſignificat in univerſum praecepta a Iova tradita et patefacta, eſtque vocabulum generale, quod omnes partes ipſius doctrinae ſimul complectitur. Cf. not. ad Pſ. I, 2. תָּמִים, ut Latinorum *integer*, dicitur de omni, quod non eſt truncatum, veluti de *victimis*, Exod. XII, 5. Levit. I, 3. 10., item de *tempore*, cui nihil deeſt, v. c. יוֹם תָּמִים, *dies integra*, Ioſ. X, 13. et שָׁנָה תְמִימָה, *annus integer*, Levit. XXV, 30. Quare cum lex divina hic תְּמִימָה dicitur, erit vel omnibus ſuis numeris abſoluta, cui nihil addi, nihil demi poteſt, vel ἄμωμος, ſincera, vitiorum carens, erroriſque plane vacua. מְשִׁיבַת נָפֶשׁ *reducens animum*, reficit, confirmat, erudit animum. Locutio illa proprie ſignificat, animam, gravibus malis et perturbationibus e corpore veluti depulſam, revocare iterum. Ita panis *revocare* dicitur *animam* famelici Thren. I, 12. Hinc in univerſum *conſolari, placare animum*, denotat, ut Thren. I, 16. רָחַק מִמֶּנִּי מְנַחֵם מֵשִׁיב נַפְשִׁי *Longe a me remotus eſt conſolator, qui animam meam recreet.* Sic et Ruth. IV, 15. וְהָיָה לָךְ לְמֵשִׁיב נֶפֶשׁ וּלְכַלְכֵּל אֶת־שֵׂיבָתֵךְ *Erit tibi filius, qui animum tuum recreet, et ſenectutem tuam ſuſtentet.* Pergit noſter: עֵדוּת יְהוָה נֶאֱמָנָה *Iovae praeceptum* (ab עוּד, i. q. יָעַד, Arab. وعد, *conſtituit*, vid. I. D. MICHAELIS *Supplemm.* p. 1108.), *eſt verax*, erroris expers. מַחְכִּימַת פֶּתִי *Sapientem efficiens imperitum*, rudes ſapientia inſtruit.

9. פִּקּוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים *Quae praeſcribit Iova, recta ſunt*, εὐθέα, nihil habent fallax aut anceps, מְשַׂמְּחֵי־לֵב, *animum exhilarant.* מִצְוַת יְהוָה בָּרָה מְאִירַת עֵינָיִם *Praeceptum*

ptum Iovae eft purum, clarum, dilucidum, *illuftrans oculos*, recreans, abstergeus quafi caliginem oculos fubeuntem, cf. not. ad fupra XIII, 4. et infra XXXIV, 6. Cohel. VIII, 1.

10. יִרְאַת יְהוָה טְהוֹרָה *Timor Iovae*, i. e. per metonymiam religio ea, quae Iovam colendum, et praecepta ejus obfervanda jubet, *pura eft*, fincera, omnis labis expers. עוֹמֶדֶת לָעַד *perftans perpetuo*, Iovae praecepta non funt inftabilia aut flexibilia in contrariam partem, ut pleraeque fere omnes declarationes voluntatis humanae, quae levibus momentis huc et illuc inclinantur, fed numquam mutantur, conftant fibi et permanent eadem in aeternum. מִשְׁפְּטֵי־יְהוָה אֱמֶת *Quae edicit et decernit Iova judicio fuo, ipfa funt veritas*, vera funt et recta, צָדְקוּ יַחְדָּו *jufta funt univerfa*, Iovae mandata miram quandam inter fe habent juftitiae et aequitatis convenientiam.

11. Nihil eft, quod pluris homines aeftimant auro et gemmis, nihil quod aeque oblectet, ut cibus, praefertim delicatior, jam utrisque magis optabilia et dulcia effe praecepta Iovae canit: הַנֶּחֱמָדִים מִזָּהָב וּמִפַּז רָב *Magis funt expetenda auro et obryzo multo.* פַּז eft *aurum praeftantiffimum*, a פָּזַז, diverfo tamen ab eo quod Genef. XLIX, 24. habetur, *levem, agilem effe* denotante, fed cum Arabico فذّ *unicum, folum, fingularem effe* conferendo (recte obfervante I. H. PAREAU in *Animadverff. ad Iob.* XXVIII. ad calcem *Commentat. de immortalitatis notitiis* etc. p. 320.), unde كلمة فاذّة apud Giggejum eft *dictio raro ufitata.* Videtur פַּז proprie Adjectivum effe, quod deinde Subftantivi ufu dictum fuerit de eo, quod *maxime rarum, fingulare*, fere *unicum* adeoque *pretiofiffimum* effet, peculiariter tamen de auro praeftantiffimo. Pareau tamen et de *optimis* iisque *rariffimis gemmis* ufurpatum exiftimat, atque eo generaliori fignificatu hoc loco accipere maluerit, ubi auro fubjungitur פַּז רָב, quod

quod ſignificat *res rariſſimas et pretioſiſſimas quam plurimas.* Veteres, Chaldaeo excepto, *gemmas* vertunt (Alexandrinus λίθον τίμιον, Vulgatus *lapidem pretioſum*, Syrus ܟܐܦܐ ܝܩܪܬܐ). GESENIUS in utroque Lexico פַּז *aurum epuratum* interpretatur, מְפָּז collato cum Arabico فضّ, quod *purgare* denotare, et praeſertim de *purgatione metallorum* uſurpari ait. Quod unde hauſerit Vir Doctiſſimus, vellem indicaſſet. Nam Lexica nonniſi *frangendi, abrumpendi, avellendi, disgregandi* notionem produnt. וּמְתוּקִים מִדְּבַשׁ וְנֹפֶת צוּפִים *Et dulciora melle ac deſtillatione favorum* (vid. BOCHARTI *Hieroz.* P. II. L. IV. Cap. XII. T. III. p. 380. edit. Lipſ.). Mel in favis ſapidius eſſe exemto illis traditur; vid. *das alte und neue Morgenl.* P. IV. No. 810. p. 30.

12. Suo ipſius teſtimonio vim legis declarat, et de ſe loquitur in tertia perſona, per Apoſtrophen ſermonem ad Deum convertens: גַּם־עַבְדְּךָ נִזְהָר בָּהֶם *Etiam ſervus tuus illis admonetur*, i. e. contra peccatum munitur, ad ſalutem eruditur, quia ad vitam inculpatam inſtruitur. Quod autem verſo ad Deum ſermone dixit: גַּם־עַבְדְּךָ *etiam ſervus tuus*, haud caret affectu; quaſi enim exclamatio quaedam eſt, qua ſimul experientiam ejus, quod praemiſit teſtatur. Alexandrinus ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ vertit, *etenim ſervus tuus cuſtodit ea*, ut Vulgatus reddidit, non quod נוצר in Hebraeo reperit, verum, ut recte Koehlerus monet, quod Hebraeum verbum ſignificatione *cavendi ſibi* accepit, qua Chaldaeis in *Itpehal* uſurpatur. Nec hoc ſatis eſt, pergit poeta, quod ad formandam vitam lex tua juvat, ſed etiam affert amplam mercedem: בְּשָׁמְרָם עֵקֶב רָב, *in obſervatione eorum merces magna*, ampliſſimam utilitatem afferunt iis, qui ea diligenter obſervant.

13. Ego pro virili, et quantum poſſum, tua lege edoctus atque illuſtratus, mihi ipſe caveo; ſed vereor tamen,

tamen, ne forte in errorem aliquem imprudens ac neſciens incurram, quis enim cuncta ſua errata poſſit animadvertere? שְׁגִיאוֹת מִי־יָבִין *Errores quis intelliget*, quis eſt, qui animadvertere poſſit, quoties aut quantum contra leges tuas peccet? שְׁגָגָה et שְׁגִיאָה plerumque uſurpatur de peccatis ex ignorantia et incogitantia commiſſis, ut Levit. IV, 2. 22. 27. Cohel. V, 5. Addit: מִנִּסְתָּרוֹת נַקֵּנִי *ab occultis*, ab iis, quae me ipſum latent, *munda me*, expia me. Peto a te, ut me ab iis abſolvas, quae noſſe non poſſum, ea non punias.

14. גַּם מִזֵּדִים חֲשֹׂךְ עַבְדֶּךָ *Etiam a protervis abstrahe ſervum tuum*, quod Aben-Eſra interpretatur מחברת הזדים ומרעתם *a ſocietate protervorum eorumque flagitiis*. Et certe Pſ. CXIX, 21. זֵדִים *protervos*, flagitioſos homines denotat. Sed magis probo eorum ſententiam, qui זֵדִים ſenſu neutro accipiunt, ut vim ſubſtantivi זדונות (quo Iarchi h. l. utitur) obtineat (quod haud raro adjectiva ſolent, vid. STORRII *Obſervatt*, p. 248. not. **)), oppoſitumque ſit erratis, quae nos ipſos latent, שְׁגִיאוֹת et נִסְתָּרוֹת in Verſu praeced. Erunt igitur זֵדִים *proaeretica peccata*, quemadmodum Deut. XVII, 12. XVIII, 22. qui non errore et ignorantia peccant, ſed ſcientes, facere id dicuntur בְּזָדוֹן, *ſuperbia*, i. e. *proaereſi*, nempe exiſtimatur ſuperbia, legi, quam ſcias, obedire nolle. Quare recte KIMCHI hunc locum ita explicat: גם ועוד אני מבקש ממך שאלה גדולה יותר ממה ששאלתי שתמנע אותי מן הזדונות *Majus quid praeterea abs te peto, ut me prohibeas a peccatis ſcienter commiſſis*: non tantum, inquit, peto, ut me ab occultis abſolvas, et quae forte imprudens commiſi, ſed facias, ut numquam volens et ſciens adverſum te peccem. Alexandrinus ita vertit: καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου, *et ab alienis parce ſervo tuo*, ut Vulgatus reddidit, quaſi מִזָּרִים pro מִזֵּדִים in Hebraeo legiſſet. *Alienis* vero vel *homines*, vel *dii* indicantur. Ita poeta Iovam orabit, velit prohibere, ne aut ipſe umquam deorum alienorum cultui ſeſe addicat, aut in conſortium et pote-

poteſtatem eorum hominum veniat, qui deos alienos colerent. Sed ſenſum reliquo contextui multo aptiorem efficere, quae in Hebraeo nunc leguntur, nemo, opinor, non intelliget. אַל־יִמְשְׁלוּ־בִי, *ne dominentur in me,* tunc enim tuus ſervus eſſe deſinerem. אָז אֵיתָם *Tunc integer ero,* i. e. innocens coram te, et vacabo culpa gravi, quae irritet iram tuam. Verbum אֵיתָם varie interpretantur. Alii I) ad יָתַם referunt, ſed hi etiam in duas partes diſcedunt. Etenim Arabicum يَتَمَ quum primo *tardus fuit,* hinc *remanſit,* ſignificet; 1) I. D. MICHAELIS in *Supplemm.* p. 1187. haec verba cum iis, quae proxime ſequuntur, ita vertit: *tunc remanebo et innocens ero a defectione magna,* i. e. a ſceleribus enormibus. Peccata, addit, „proaeretica via tanquam et ſcala ſunt, cui inſiſtens ad enormia etiam delicta, et ſcelera praeceps ruet: ab his ſervatur, qui numquam proaeretice peccare ſuſtinet, conſcientiae ſervus." Quae ſimilitudo tamen non ſatis congrua videtur. 2) Quum vero verbum יָתַם praeter illas, quas paullo ante memoravimus notiones, etiam *ſolitarius fuit,* hinc *orphanus remanſit,* denotet (unde יָתוֹם Hebraice *orphanus, pupillus*); CLERICUS, cui A. SCHULTENSIUS adſtipulatur in *Inſtitt. Ling. Hebr.* p. 448., locum noſtrum hoc modo explicat: *infanti tunc pupillo ſimilis ero quoad innocentiam.* Quod e longinquo petitum videtur. Multo commodior naſcetur ſenſus, ſi אֵיתָם II) ad verbum תָּמַם *integer fuit,* referamus, ut ſit prima futuri Cal, inſerto Iod per epentheſin (pro אֶתְמַם), et cum Camez ob pauſam. Aben-Eſra: טעם אֵיתָם אהיה תם והיא מלה זרה *Significat haec locutio: ero integer; vox eſt anomala.* Ejus rationes explicat KIMCHI: כתוב ביו״ד אחר האל״ף והוא הנה שהוא תמורה הדג״ש בלא יו״ד *Scribitur cum* Iod *poſt* Aleph, *pro* אֶתָּם, quod ipſum reperitur in quinque codicibus a Kennicotto collatis, atque in margine Pſalterii, Vitebergae anno 1566. editi, obſervante HAENLEINIO in *Obſervatt. Critt. et Exe-*

Exegett. Specim. I. p. 14. 15. Cf. GESENII *ausführl. Lehrgeb.* p. 366. Ita quoque veteres omnes, excepto Syro, qui haec verba omiſit. Alexandrinus, ἄμωμος ἔσομαι, Vulgatus et Hieronymus: *immaculatus ero*, Chaldaeus: אֱהֵי בְלָא מוּם *ſine labe ero.* Addit: וְנַקִּיתִי מִפְּשַׁע רַב *et mundus ero a delicto magno*, ſi ſemel compeſcueris affectus malos, immunis ero a multis delictis.

15. יִהְיוּ־לְרָצוֹן אִמְרֵי־פִי וְהֶגְיוֹן לִבִּי לְפָנֶיךָ *Sint ad beneplacitum*, i. e. grata et accepta ſint tibi *verba oris mei, et meditatio cordis mei coram te.* Haec non pauci, ut ea, quae praeceſſerunt, praedicendi modo accipiunt, hoc ſenſu: tunc dicta et cogitata mea omnia grata tibi erunt et accepta. Verum epiphonemati ſub finem Verſus magis congruum videtur, optantis has voces eſſe, ut orationi ſuae annuat Deus, et votis propitius adſit. Niſi ſenſus forſan ſit hic: os meum loquatur tantum quod tibi placet et gratum eſt, nihil conſtituat aut concipiat animus meus, quod tibi contrarium ſit. Quod vero Iovam צוּרִי, *petram*, i. e. tutorem, propugnatorem ſuum, vocat, ut ſupra XVIII, 3. 32. 47., eo ſignificat, ſe Iovae ſolius praeſidio niti, et omnis ſalutis auctorem agnoſcere. Quod autem addidit גֹּאֲלִי *vindex meus*, videtur ad id reſpexiſſe, quod ſola ejus bonitate ea peccatis eorumque poenis, liberari ſe poſſe ſentiret.

PSAL-

PSALMVS VICESIMVS.

ARGVMENTVM.

Populus regi cum exercitu ad bellum anceps et difficile proficiscenti omnia fauſta et proſpera apprecatur (Vs. 2 — 5.), ſperatque, cum victor e bello fuerit reverſus, exultaturum et triumphaturum (6 — 9.), atque ut in poſterum etiam Iova eum ſalvum et incolumem ſervare velit, orat (Vs. 10.).

Plerique interpretes in expeditione contra Ammonitas ſuscepta *) carmen hoc compoſitum cre-

*) 2 Sam. X, 6. ſeqq. Ad bellum Ammoniticum Pſalmum refert jam Syra inſcriptio: ܠܕܘܝܕ ܟܕ ܒܥܐ ܕܢܬܦܨܐ ܡܢ ܩܪܒܐ ܕܥܡܘܢܝܐ ܘܠܢ ܗܫܐ ܨܠܘܬܐ ܕܡܥܕܪܐ ܠܢ *Davidis, quum rogaret, ut ſalvaretur a bello Ammonitarum. Nobis autem nunc precatio utilis.* E recentioribus hanc ſententiam prae aliis commendavit BUCERUS: „Videtur," inquit, „hoc hymno memorari inſignis quaedam et publica, in certo aliquo

credunt, propter mentionem curruum et equitum in Verſu ſeptimo, cum nulli umquam hoſtes plus

aliquo periculo, pro Davide, rege, ſuscepta ſupplicatio. Et haud ſcio, an id fuerit, cum ſusciperet bellum cum Ammonitis, ii enim una cum auxiliaribus copiis, quas a Syris conduxerant, ſemel ab exercitu Davidis fuſi, omnem fere Syrorum, etiam eorum, qui ultra Euphraten habitabant, potentiam, contra Davidem collegerant, ut illum totum Israelem cogere, et contra illos educere oporteret. Quantus vero hoſtilis exercitus fuerit, inde licet conjicere, quod ſacra hiſtoria narrat, ex eo, quamquam fugerint, caeſa quadraginta millia equitum (2 Sam. X, 18.), et totidem peditum (1 Chron. XIX. al. XX, 18.), et captos currus ſepties mille. Secundo Samuelis numerantur nonniſi ſeptingenti; ſed ducum tantum numerum illic Scriptura perſtringit, in libro autem Paralipomenon, ſummam poſuit ſingulorum; ut et peditum numerum expreſſit, quem tacuit ſcriptor libri Samuelis, ſolum equitum numerum indicans. Verum non ſolum haec conjectura, quod belli hujus periculum tam anceps fuerit, ut totum Iſraelem educendi neceſſitas eſſet, me invitat, ut credam, de hoc bello ab Ammonitis et Syris illato, hunc Pſalmum compoſitum; ſed et illa me huc movet, quod hoſtes hoc Pſalmo peculiariter notentur fiduciae in multitudine curruum et equitum poſitae. Jam nullum bellum Davidi motum Scriptura memorat, in quo tantam narret fuiſſe contra eum adductam vim curruum et equitum. In primo Paralip. XIX, 6. 7. legimus ab Ammonitis conductos fuiſſe ex utraque Syria et Meſopotamia duo et triginta millia curruum. Quumque liber Samuelis narret quadraginta equitum millia caeſa, facilis conjectura eſt, et horum fuiſſe multitudinem immenſam. Nam quum fugerint, et Iſrael equitatu et curribus haud quaquam ita inſtructus fuerit, veriſimile, fuga plurimos elapſos fuiſſe. Ut igitur inſigne fuit periculum, ita ſolennem pro Rege ſupplicationem ſuſcipere conveniebat."

plus curruum et equorum contra Davidem eduxerint. Quod tamen nequaquam eſſe τεκμήριον, quum et alii Hebraeis vicini et infeſti populi in bellis curribus et equis uti ſolerent, unusquisque intelligit. Quum igitur generaliora ſint, quae in Pſalmo occurrunt, quam ut certae temporis, quo editus ſit, notae haberi poſſint, in eo acquieſcimus, ut illum occaſione certae expeditionis factum, manſiſſe poſtea communem precum formulam ad omnes ſtatuamus, ut inter preces et ſacrificia regis (Vs. 4.) a populo aut Muſicis templi caneretur, forſan alternis choris, ut alter chorus vota pro ſalute regis faceret, alter de re proſpere geſta teſtaretur, populoque acregi de ea gratularetur.

---

2. Precatur populus: יַעַנְךָ יְהוָה בְּיוֹם צָרָה *Reſpondeat tibi Iova die anguſtiae*, exaudiat Iova te, regem, cum bello imminente, aut aliis temporibus difficilibus, in periculis et rebus adverſis auxilium ejus rogas. יְשַׂגֶּבְךָ שֵׁם אֱלֹהֵי יַעֲקֹב *Exaltet te*, in tuto te collocet, tanquam in locum altum, aut praecelſam arcem conſtitutum, quo vis hoſtilis pertingere nequeat, *nomen Dei Iacobi*, i. e. deus populi Iſraelitici praeſes, et cuſtos, et propugnator. *Iacobum* enim ſaepe pro *Iſraele* poni, notum eſt, veluti Jeſ. XLIV, 2. אַל־תִּירָא עַבְדִּי יַעֲקֹב *Noli timere, ſerve mi, Iacob*, id eſt, Iſraelita.

3. יִשְׁלַח־עֶזְרְךָ מִקֹּדֶשׁ *Mittat auxilium tuum de ſancto*, a ſe ſubmittat tibi opem et auxilium e ſede ſan-

cta

cta ſua, quae qualis ſit ſtatim declarat, dum ſubjungit: וּמִצִּיּוֹן יִסְעָדֶךָּ *et ex Sione*, ubi tunc erat arca ſacra, *ſufſulciat*, confirmet et corroboret, *te*. Quod vero ex ipſa numinis ſede auxilium regi mitti orant, illius opis certitudinem videntur indicare, perinde ac ſi dixiſſent: certum tibi a ſe ipſo Iova auxilium mittat, ipſe tibi opituletur.

4. Solebant qui ſerio quid precaturi tabernaculum adibant, ſimul hoſtiis, et nominatim holocauſtis atque pacificis, quae vocantur, ſuam pietatem teſtari, et Dei benevolentiam quaſi eblandiri. Id cum alia veterum exempla, tum factum Saulis, 1 Sam. XIII, 9. et Davidis, 2 Sam. XXIV, 25., ſatis confirmant. Ita veriſimile eſt, Davidem, priusquam difficile et arduum bellum aggrederetur, cujus occaſione hic Pſalmus eſt factus, publicam ſupplicationem inſtituiſſe, et rege dignas hoſtias immolaſſe, ſic opem Dei precatus. Hinc orat populus: יִזְכֹּר כָּל־מִנְחֹתֶךָ *Recordetur*, rationem habeat, *omnium libamentorum tuorum*. De מִנְחָה, *ſacrificio farreo*, quod libis oleo adſperſis, additoque thure conſtabat, vid. Levit. II. וְעוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה *Et hoſtiae tuae ſint pingues*, ſic gratas habeat, tanquam ſi pinguiſſimae eſſent. Gratiores erant hoſtiae, quae religioſiore animo, et ex ſinceriore Dei ſtudio offerebantur. His vero qui erant praediti, ſelectiores et pinguiores ſolebant hoſtias immolare. Inde eſt, quod *pinguem haberi hoſtiam* pro *haberi acceptam* Vates hic poſuerit. Lex ſane ipſa poſcebat hoſtiam תָּמִים, id eſt, *integram*, et nulla ex parte vitiatam. Quare et per prophetam Maleachi I, 8. Iova Judaeos objurgat, quod ſibi hoſtias claudas, male ſanas, et macras offerrent. Non utique quod hominis dona, aut quaslibet victimas moraretur per ſe Deus, id quod infra L, 8. 9. 13., et multis aliis locis abunde teſtatus eſt; ſed quod viles hoſtiae, vilem quoque haberi ipſum in animis offerentium demonſtrarent. Alii verbum, quod hic uſurpatur, referunt ad nomen דֶּשֶׁן, *cinis*. Ad horum mentem vertendum erit:

ad

ad cinerem redigat hoſtias tuas, hoc ſenſu, mittat ignem, qui illas conſumat, indicetque gratas Iovae fuiſſe (Ita KIMCHI: ישימה דשן כלומר שישלח אש לשרפה ויקבלה ברצון). Reſpicietur ſic ignis aliquoties coelitus miſſus, qui victimas conſumſit, quo Iova probavit, eſſe ſibi illas acceptas. Vid. 1 Reg. XVIII, 24. 36. 1 Paral. XXI, 26. Sed tale prodigium hic peti, haud eſt veriſimile.

5. יִתֶּן־לְךָ כִלְבָבֶךָ *Det tibi ſecundum cor tuum*, largiatur tibi, quicquid expetit animus tuus, et nunc praeſertim felicem ſucceſſum expeditionis, quam contra hoſtes ſuscipis. וְכָל־עֲצָתְךָ יְמַלֵּא, *Et omne conſilium tuum impleat*, optato eventu ſecundet.

6. Cum victor e bello fueris reverſus, ac ita Iova votorum compotem te fecerit, יְמַלֵּא יְהוָה כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ quod ex fine commatis huc trahendum eſt, tunc נְרַנְּנָה בִּישׁוּעָתֶךָ *ovabimus de ſalute tua*, וּבְשֵׁם־אֱלֹהֵינוּ נִדְגֹּל *Et in nomine Dei noſtri vexillum erigemus*, quod ita explicant: in Dei noſtri gloriam ſigna ſustollemus, et victoriae monumenta ponemus; ſive levatis in ſignum laetitiae vexillis ac ſignis carmina tibi canemus. Sed Alexandrinus et Syrus videntur legiſſe נִגְדַּל, ille enim vertit μεγαλυνθησόμεθα *magnificabimur*, ut Vulgatus reddit; Syrus vero: ܢܬܪܘܪܒ, *exaltabimur*. Ita ſenſus erit: gloriabimur et exultabimus de Deo noſtro. Eodem modo verba רָנַן et גָּדַל etiam conjunguntur Pſ. XXXV, 27. Eandem tamen *gloriandi*, *exultandique* notionem etiam verbo דָּגַל tribui poſſe, Muntinghe cenſet, quum primigenia illius poteſtas (coll. Arab. دَجَلَ) in *ſplendendo* ſit poſita, eademque figura verbi הָלַל, هَلَّ, propria ſignificatio, quae eſt *ſplendere*, ad *gloriandum* et exultandum transferatur.

7. Sequitur informatio eorum, quae pro gloria Dei dicturus ſit populus parta victoria, et quale ἐπινίκιον tum canere velit, formulâ Epinicii compoſitâ ante victoriam.

riam. Ita omnia erunt plana et consentanea, quae alioqui impeditissima sunt, et temporum mutationibus minime erit opus. Mimesi vero poeta inducit singulos Israelitas, ut unumquemque pro se gratulari, idque magno animi fervore, indicet, et fortasse hic Versus ab uno solo tantummodo cantorum recitabatur. עַתָּה יָדַעְתִּי כִּי הוֹשִׁיעַ יְהוָה מְשִׁיחוֹ *Nunc cognovi, quod Iova servat unctum suum*, nunc animadvertere licet, Iovam adesse Regi suo, יַעֲנֵהוּ מִשְּׁמֵי קָדְשׁוֹ, *exaudit eum de coelo sancto suo*, abunde patefactum est, precem regis nostri in monte Sion fusam, a Iova in sacrario coelorum auditam, id est, Deum ipsum illi opem tulisse, בִּגְבוּרוֹת יֵשַׁע יְמִינוֹ *potentia salutis dexterae suae*, adesse illi salvifica potentiae virtute suae.

8. Versu hoc et proximo gemina antithesi et hostibus propria virtute confisis insultat, et Dei bonitatem suos magnifice defendentis, praedicat: אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים *Isti*, hostes nostri, *curribus, isti equis* scil. gloriati, confisi sunt. הִזְכִּרוּ, proprie, *recordati sunt*, fastuose illos semper commemorarunt, quod sub finem commatis. *Currus* intelligendi sunt *bellici*, e quibus milites pugnare solebant; sive *currus falcati*, quorum axibus additae erant falces ferreae acutissimae, quibus ipsis citato cursu in medium perrumpebant militum agmen, illudque confundebant. Legenda sunt, quae de hisce curribus, in quibus praecipuum in proeliis robur apud veteres populos situm erat, congessit DILLHERR in *Dissertatt. Academicc.* Tom. I. p. 129. MENOCHIUS de *Republica Hebraeorum*, L. VI. C. XI. §. VIII. quem excerpsit IAC. LYDIUS in *Syntagmate Sacro de Re Militari*, Lib. III. C. X p. 129 — 137. qui tamen et ipse quaedam addidit, atque IO. CHRIST. WICHMANNSHAUSEN in Dissert. *de curribus bellicis Orientalium*, Viteberg. 1706. Currus vero illos eo magis metuebant Hebraei, quo minus ipsi illis utebantur. Vid. Ios. XVII, 16. XXXI, 1. Iud. I, 19. IV, 3. et locis compluribus aliis. Verba וַאֲנַחְנוּ בְּשֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ נַזְכִּיר plures sic vertunt: *sed*

nos

nos Deo noftro gloriamur. Nam Verbum זָכַר in *Hiphil* primo eft *commemorari*, tum vero praefertim *cum laude alicujus mentionem facere*, aliquem celebrare, ut innumeris Pfalmorum locis, veluti XLV, 18. LXXI, 16. LXXVII, 12. Verum quum videatur vates hoc Verfu canere voluiffe, quibus rebus hoftes, quibus et ipfe cum fuis confifi fint, refert Iarchi נַזְכִּיר, id eft, *memorari fecimus*, ad preces et incenfum, ut intelligas in hunc fenfum: illi confidebant multitudine curruum et equitum, nos autem fola Dei noftri fpe nixi fumus, eoque in nomine ejus preces fudimus, et incenfum adolevimus, ut ab ipfo, quo noftri ad falutem memor effet, impetraremus. Nam מִנְחָה, *facrificium farreum*, (vid. fupra Vs. 4.), Levit. II, 2. XXIV, 7. אַזְכָּרָה *memoriale*, feu *commonefactorium* dicitur, quod nimirum offerentes per illud fe Deo commendarent, et eum, quo fui ad bonum recordaretur, orarent. Hanc igitur fententiam fi fequamur, ita vertendum erit: *nos vero Deum noftrum invocamus.* Futurum enim actum indicat continuum. Attamen quum ejusmodi invocatio cum laude fieri foleret, non abs re foret, נַזְכִּיר hic *celebrare* reddere. Ita Iofaphatum antequam cum Ammonitis pugnam committeret, invocaffe Deum ejusque potentiam praedicaffe legimus 2 Paral. XX, 6. feqq.

9. הֵמָּה כָּרְעוּ וְנָפָלוּ *Ifti incurvarunt fe*, i. e. plane fracti et humiliati funt, quum antea erecto collo fuperbe incederent, *et ceciderunt.* Nihil illis profecit tantus belli apparatus, nil curruum atque equorum multitudo; nam ipfi de curribus et equis dejecti terram fuis corporibus tegunt; ipfi, qui in curribus et equis fublimes feruntur, jacent proftrati, וַאֲנַחְנוּ קַמְנוּ וַנִּתְעוֹדָד *nos vero*, qui Iovam propugnatorem habemus, *ftamus et erectos nos fuftinemus*, erecti et firmi in acie confiftimus. Verum עִוֵּד, *ftetit*, in *Piel* bis occurrit, Pf. CXLVI, 9. *Pupillum et viduam Iova* יְעוֹדֵד erigit, *fed malos* יְעַוֵּת *curvat*, et Pf. CXLVII, 6.

מְעוֹדֵד עֲנָוִים יְהוָה *ſtatuminat*, confirmat, *Iova pios*, מַשְׁפִּיל רְשָׁעִים עֲדֵי אָרֶץ *impios vero humi deprimit.*

10. Maſorethae, qui voci הוֹשִׁיעָה accentum *Athnach* apponunt, ita jubent diſtinguere et vertere: *Iova, ſerva* (ſcil. *nos*), *Rex exaudiat nos cum eum invocaverimus.* Emphaſin eſſe volunt in voce הַמֶּלֶךְ *ille rex noſter*; ſignificare ſiquidem vatem, ſeu, quem ille loquentem introducat, regem non ſe, ſed Iovam, verum populi regem eſſe, et ipſius opus victoriam illam fuiſſe. Atque ita jam Syrus: ܡܪܝܐ ܢܦܪܩܢ ܘܡܠܟܢ ܢܥܢܝܢ *Dominus ſervabit nos, et rex noſter reſpondebit nobis.* Verum commodior haud dubie ſenſus naſcitur, ſi, Alexandrinum et Vulgatum ſequuti, poſt הַמֶּלֶךְ demum interpunctionem ponimus, atque ſic vertimus: *Iova ſerva regem!* Quis enim hujus carminis, quo votum pro ſalute regis continetur, aptior epilogus, et quae melior ἀνακεφαλαίωσις quam illa? Et quis non videt, fieri vim non modo argumento, ſed etiam dictionibus, ſi priori modo vertas? Vix enim reperias in ſacrorum Hebraeorum librorum volumine locum, quo Deus *rex* abſolute appelletur. Pro יַעֲנֵנוּ Alexandrinus poſuit *ἐπάκουσον ἡμῶν, exaudi nos*, ut Vulgatus reddit, vel quod legerit in Hebraeo וַעֲנֵנוּ, quod ipſum Hubigantius atque Koehlerus probant, vel quod emendare voluerit enallagen perſonae, quae hic forſan eſſet durior; ut ſaepe alias facit. Verum retenta hodierna legendi ratione absque enallages figura licet hunc Verſum ſic interpretari, ut in priore quidem hemiſtichio populus Iovam oret, velit praeſto adeſſe regi, in poſteriore vero idem populus, certa concepta fiducia, hoc dicat: profecto Iova noſtras audiet preces, quotiescunque eum appellabimus. Huic ſententiae ſuffragari videntur Verſ. 7. et 9.

CORRIGENDA.

Pag. 174. Lin. 8. pro نعصهم lege نعصهم

— 222. — 4. — ܗܒܟܐ — ܗܒܟܐ

— 338. — 7. — *Numquid omnes deflexit? — Omnis deflexit.*

— 339. — 11. — *innutiles* — *inutiles*

— 370. — 2. — الغزع — الفزع

— 387. — 6. ab imo — ܡܚܢܐ — ܡܚܢܐ.

LIPSIAE,

EX OFFICINA DÜRRIA.